BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — A
23

Digitized by Google

8.27.A.23

Digitized by Google

Digitized by Google

ADRIANI MANGOTII GOUDANI SOC. JESU

MONITA SACRA

EX

S. SCRIPTURA & SS. PATRIBUS

POTISSIMUM COLLECTA,

In celebri Academia Lovanienſi Sodalibus Deiparæ Virginis dicta, omnibus utiliſſima, & quatuor Tomis diſtincta.

Cum triplici Indice ad calcem Operis, ſeu in fine Tomi Quarti ſubjuncto.

I. Eſt propoſitorum ordine ſcripturarum digeſtus.
II. Eſt Dominicorum & feſtorum dierum totius anni, quibus hæc monita rectè à Concionatoribus dici poſſunt.
III. Eſt rerum & materiarum copioſiſſimus.

PARS TERTIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LUGDUNI,
Apud ANISSONIOS, JOAN. POSUEL, & CL. RIGAUD.
M. DC. LXXXIV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX PROPOSITORUM TERTIÆ PARTIS.

1. *Videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & majeſtate.* Luc.21.

2. *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* Matth.11.

3. *Ego baptiſo in aqua: medius autem veſtrûm ſtetit, &c.* Joan.1.

4. *Parate viam Domini.* Luc.3.

5. *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* Pſal.52.

6. *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Joan.12.

7. *Mortificate concupiſcentiam veſtram.* Coloſſ.3.

8. *Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor.* Pſal.50

9. *Dele, Domine, iniquitatem meam.* Pſal.50.

10. *Secundùm magnam miſericordiam tuam.* Pſal.50

11. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Joan.7.

12. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c.* Ioan.1.

13. *Videns fidem illorum.* Matt.9.
Fides tua te ſalvam fecit. Luc.7.

Digitized by Google

INDEX
PROPOSITORUM
TERTIÆ PARTIS.

1. *Videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & majeſtate.* Luc.21.
2. *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* Matth.11.
3. *Ego baptiſo in aqua: medius autem veſtrûm ſtetit, &c.* Joan.1.
4. *Parate viam Domini.* Luc.3.
5. *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* Pſal.52.
6. *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Joan.12.
7. *Mortificate concupiſcentiam veſtram.* Coloſſ.3.
8. *Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor.* Pſal.50
9. *Dele, Domine, iniquitatem meam.* Pſal.50.
10. *Secundùm magnam miſericordiam tuam.* Pſal.50
11. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Joan.7.
12. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c.* Ioan.1.
13. *Videns fidem illorum.* Matt.9.
Fides tua te ſalvam fecit. Luc.7.

14. *Remittuntur tibi peccata tua.* Matth.9. Luc.7.
15. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.* 1.Cor.15.
16. *Adhuc modicum lumen in vobis eſt: ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant.* Joan.12.
17. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Joan.12.
18. *Filius hominis tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, &c.* Luc.18.
19. *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit.* Matt.18.
20. *Cùm jejunaſſet 40. diebus, & 40. noctibus.* Matt.4.
21. *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum.* Marc.ult.
22. *Duo ex diſcipulis ibant ipſa die in caſtellum, &c.* Luc.14.
23. *Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Luc.14.
24. *Thomas autem non erat cum eis, quando venit Ieſus.* Joan.20.
25. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, &c.* Joan.16.
26. *Ego ſum paſtor bonus.* Joan.10.
27. *Arguet mundum de peccato, de juſtitia, de judicio.* Joan.16.
28. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, &c.* Joan.16.
29. *Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, &c.* Joan.16.
30. *Sic Deus dilexit mundum, ut filiũ ſuum, &c.* Jo.3.
31. *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, &c.* Matth.28.
32. *Ne projicias me à facie tua, & ſpiritum, &c.* Pſal.50.

*Redde mihi lætitiam ſalutaris tui,& ſpiritu prin-palì,&c.*Pſal.50.
*Venite, comedite panem meum, & bibite vi-um, &c.*Prov.9.
Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum, &c. Matth.18.
*Corripite inquietos.*1.Theſſ.5.
Nolite judicare,& non judicabimini:date,& da-tur vobis. Luc.6.
Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Job 7.
Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Epheſ.5.
Venite cogitemus contra juſtū cogitationes. Jer.18.
*Qui dixerit fratri ſuo,fatue,reus erit gehennæ ig-s.*Matt.5.
Cùm turbæ irruerent in eum,ut audirent verbum ei. Luc.5.
Accipiens ſeptem panes,gratias agens,fregit,&c. Marc.8.
*Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad s, &c.*Matth.7.
Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Matt.22.
*Tu es Chriſtus filius Dei vivi.*Matth.16.
Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſan-is,&c. ibid.
*Ingreſſus in templum, cœpit ejicere vendentes in o,&c.*Luc.19.
*Adducunt ei ſurdum & mutum.*Marci 7.
Miſit digitos in auriculas eius,&c. Marc.7.
Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui t,&c. Joan.12.
Non turbetur cor veſtrum.Creditis in Deum,& in credite. Joan.14.
Elegi vos de mundo, ut eatis & fructum affera-,& fructus veſter maneat. Joan.15.
54.Re

54. *Regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum.* Luc.17.
55. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Matth.24.
56. *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito.* Matth.13.
57. *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſalvos facere,&c.*1. Timoth.1,
58. *Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci, in incredulitate.* ibidem.
59. *Non eſt impoſſibile apud Deũ omne verbũ.* Luc.1,
60. *Si licet Sabbatho curare?* Luc.14.
61. *Sabbatha umbra ſunt futurorum, corpus autem Chriſti.* Coloſ.2.
62. *Erat Ieſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc.11.
63. *Ieſus cùm cognoviſſet, quæ venturi eſſent, ut raperent eum,&c.* Joan.6.
64. *Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ eſtis.* Io.8
65. *Proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illu m.* Rom.8.
66. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentẽ in deſerto,&c.* Io.3
67. *Unuſquiſque uxorem ſuam, ſicut ſeipſum diligat. Mulier timeat virum.* Epheſ.6.
68. *Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Matth.8.
69. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Matth.9.
70. *Hoc eſt primum & maximum mandatum.* Matt.22
71. *Propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem.* Heb.12.
72. *Duo homines aſcendebant in templum, ut orarent.* Luc.18.
73. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Matth.6.
74. *Quæ pacis ſunt, ſectemur.* Rom.14.

75. *Iura*

75. *Iurabis, Vivit Dominus, in veritate, & in iudicio & in iuſtitia.* Jerem. 4.

76. *Vovete, & reddite.* Pſalm. 75.

77. *Venite, ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* Matt. 11.

78. *Domine, ſalva nos, perimus.* Matth. 8.

79. *Aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.* Marc. 16.

80. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Pſal. 90.

81. *Credidi propter quod locutus ſum.* Pſal. 115.

82. *Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum.* 1. Tim. 3.

83. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Jonæ 3.

84. *Ore confeſſio fit ad ſalutem.* Rom. 10.

85. *Incipiebat enim mori.* Joan. 4.

86. *Nec mihi, nec tibi, ſed dividatur.* 3. Reg. 3.

87. *Diliges Dominum Deum.* Luc. 10.

88. *Hic eſt filius meus dilectus. Hunc audite.* Matt. 18.

89. *A ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes.* Jerem. 10.

90. *Filia mea modò defuncta eſt.* Matt. 9.

91. *Ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, &c.* Matth. 15.

92. *Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit, &c.* Luc. 1.

93. *Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.* Hebr. 13

94. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Matt. 11.

95. *Verbum caro factum eſt.* Joan. 1.

96. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* Apoc. 3.

97. *Salvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* 1. Cor. 3.

98. *Mulierem fortem quis inveniet?* Prov. 31.

99. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* ibidem.
100. *Stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.* Joan. 20
101. *Magiſter, volumus à te ſignum videre.* Matt. 12.
102. *Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt.* Pſal. 72.
103. *Grati eſtote.* Coloſ. 3.
104. *Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ, &c.* Pſalm. 50.
105. *Pars mea Dominus, dixit anima mea.* Thren. 3.
106. *Qui intrat per oſtium, Paſtor eſt ovium.* Jo. 10.
107. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, &c.* Pſal. 44.
108. *Quæ eſt iſtas quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens, &c.* Cant. 8.
109. *Cœpit lavare pedes diſcipulorum, &c.* Joan. 13.
110. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Pſalm. 109.
111. *Accipite, & manducate.* 1. Cor. 11.
112. *Mortuo ne prohibeas gratiam.* Eccleſ. 7.
113. *Vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua.* Matth. 25.
114. *Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Luc. 10.
115. *Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi.* 1. Cor. 7.
116. *Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, &c.* Luc. 15.
117. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.* Tob. 4.
118. *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* Joan. 12.
119. *Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti.* Pſalm. 64.
120. *Dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis.* Epheſ. 4.

ADRIANI MANGOTII GOUDANI
SOCIETATIS JESU
MONITA SACRA,
EX S. SCRIPTURA
ET
SS. PATRIBVS.
POTISSIMUM COLLECTA,

PARS TERTIA.

MONITUM I.

Videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & majeſtate.

Luc. 21.

VAria Dei judicia in Scripturis exprimuntur. Duo occulta, quorum unum nunc agitur, de quo Apoſtolus Petrus; *Tempus eſt, ut judicium incipiat à domo Dei*; & ut D. Auguſt. ait, *eſt pœna, quâ nunc unuſquiſque homi[n]a aut exercetur ad purgationem, aut admonetur [ad] converſionem; aut ſi contempſerit vocationem, [&] diſciplinam Dei, excæcatur ad damnatio[nem].* Aliud occultum eſt, quod exercet Chri[ſtus] in animas, cùm primum à corpore ſeparan[tur]. De quo Apoſt. Paulus; *Statutum eſt homini-*

Vide Aug. in Pſal. 9.

1. Pet. 4.

Hebr. 9.

Eccleſ. 11. Baſil. hom. 13. Aug. de orig. animæ. ca. 4. lib. b. *bus, ſemel mori; poſt hoc autem judicium* & Sapiens; *Facilè eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundùm vias ſuas.* Tertium autem manifeſtum eſt, quo: venturus eſt Dominus judicare vivos & mortuos omnibus fatentibus eum eſſe, à quo & bonis præmia, & malis ſupplicia tribuentur. Sed tunc illa confeſſio, non ad remedium malorum, ſed ad cumulum damnationis valebit. De quo in Evang.

Sed quærat aliquis, Cur præter particulare & occultum, quod in morte cujuſque agitur judicium, opus fuerit manifeſto & univerſali? Variæ à Doctoribus adferuntur cauſæ. Primò, mortuis ipſis hominibus, ſuperſunt interdum filij, parentum imitatores, liberi, diſcipuli, exemplorum, opinionum, actionum imitatores, & propugnatores: quibus rebus ipſorum mortuorum præmia vel ſupplicia augeri ne eſſe eſt. Quæ utilitas aut calamitas ad plurimos pertinens, non finitur priùs quàm mundus: ideò de his omnibus perfecta quæſtio haberi debebat, quòd fieri non poteſt, niſi facto communi omnium judicio.

Vide D. Baſil. de vera Virg.

Deinde piorum fama ſæpè hîc læditur, mali innocentiæ laude commendantur; divinæ ergo juſtitiæ ratio poſtulat, ut pij ablatam injuſtè apud homines exiſtimationem in publico omnium cœtu ac judicio recuperent. Vnde Chriſtus; *Nihil opertum quod non revelabitur.* & juſtitia patientis, & injuſtitia perſequentis. Hinc in Pſal. ad conſolationem juſtorum, qui hîc injuſtè affliguntur, ſæpè dicitur: *Iudicabit Deus orbem in æquitate, &c.*

Matt. 10.

Pſal. 95.

Tertiò, ut pœna conveniens detur impiis, piis verò beatitudo cum eo honore, quo par eſt. Propria autem hominis pœna, quatenus homo, eſt confuſio

ſio & ignominia (igne & ſimilibus pœnis etiam beſtiæ affliguntur) & maximè peccato conveniens. Quam & intendunt leges publicè ſceleratos punientes. Iſto ſupplicio Deus peccatores in univerſali judicio puniet, revelans ipſorum peccata coram toto mundo.

Quartò, multi nunc Dei judicia & opera damnant, dicentes cum impiis Iudæis; *Non eſt aqua via Domini*. Tunc oſtendetur omnibus, quòd omnes viæ Domini æquitas & judicium. Etiam ſancti aliquando in illam tentationem cadunt, quando vident malos proſperari, bonos affligi. Tunc revelabitur non ſolum illud judicium extremum eſſe juſtum, ſed & omnia alia antè judicata, fuiſſe juſtiſſima.

Ezech. 18. Pſal. 72. Aug. de Civit. lib. 20. cap. 1.

Poſtremò, boni & mali quæcunque in vita egerunt, non ſine corporibus egerunt: conveniebat ergo maximè, ut corpora ſimul cum animabus, vel præmiis vel ſuppliciis afficiantur; (*non poſſunt ſeparari in mercede*, inquit Tertull. *quos opera conjungit*, loquens de carne & anima) Quod quidem nec ſine generali hominum aut reſurrectione aut judicio fieri poterat.

Libro de reſur. carnis Vide P. 2. Mon. 116.

Cùm autem judicij diem dicimus, adjicimus ultimum vel noviſſimum, inquit D. Auguſt. *quia & nunc judicat, & ab initio generis humani judicavit Deus, dimittens de paradiſo, & à ligno vitæ ſeparans primos homines peccati magni perpetratores; imò etiam, quando angelis peccantibus non pepercit: quorũ princeps homines, à ſeipſo ſubverſus, invidẽdo ſubvertit, proculdubio judicavit. Nec ſine illius alto juſtoque judicio, & in hoc aëreo cœlo, & in terris & dæmonum & hominum vita miſerrima eſt, erroribus ærumniſque pleniſſima. Verùm etſi nemo peccaſſet, non ſine*

De Civit. Dei ibid.

Pet. 2.

Eccleſ. 12. *bono rectoque judicio Deus univerſam rationalẽ creaturam perſeverantiſſimè ſibi Domino cohærentem, in æterna beatitudine retineret. Iudicat etiam non ſolùm univerſaliter de genere dæmonum atque hominum, ut miſeri ſint propter primorum meritum peccatorum, ſed etiam de ſingulorum operibus propriis, quæ gerunt arbitrio voluntatis. Nam & dæmones, ne torqueantur, precantur; nec utique injuſtè vel parcitur eis, vel pro ſua quique improbitate torquentur. Et homines plerumque apertè, plerumque occultè luunt pro ſuis factis divinitus pœnas, ſive in hac vita, ſive poſt mortem: quamvis nullus hominum agat iniquè, niſi divino eodemque juſtiſſimo Dei judicio permittatur. Sicut enim ait Apoſtolus;* Rom. 9. *Non eſt iniquitas apud Deũ: & ſicut ipſe alibi dicit,* Rom. 11. *Inſcrutabilia ſunt judicia Dei, & inveſtigabiles viæ ejus.*

Non igitur in Evang. de illis primis, nec de iſtis mediis Dei judiciis, ſed de ipſo noviſſimo eſt ſermo, quando Chriſtus de cælo venturus eſt, judicaturus vivos, & mortuos. De Civitat. lib. 20. cap. 2. *Iſte quippe dies judicij propriè vocatur, eò quòd nullus ibi erit imperitæ querelæ locus,* inquit D. Aug. *cur injuſtus ille ſit felix, & cur juſtus ille infelix. Omnium namque tunc non niſi bonorum vera & pleniſſima felicitas, & omnium non niſi malorum digna & ſumma infelicitas apparebit. Nõ ſolùm autem quæcunque tunc judicabuntur, verùm etiam quæcunque ab initio judicata, & quæcunque uſque ad illud tempus adhuc judicanda ſunt, apparebunt eſſe juſtiſſima. Vbi hoc quoque manifeſtabitur, quàm juſto judicio Dei fiat; ut nunc tam multa, ac penè omnia juſta judicia Dei, ſenſus menteſque mortalium lateant; cùm tamen in hac re piorum fidem non lateat, juſtum eſſe quod latet.*

Magna autem eſt differentia inter primum, & ultimum adventum Chriſti: In illo enim humilis

Digitized by Google

& manſuetus apparuit; & dum hæc vita agitur valdè larga eſt Dei miſericordia erga genus humanum. Multis dat *pœnitentiam, vt reſipiſcant à diaboli laqueis*; & facilè veniam concedit. At in fine ſeculi ex cælo, ubi nunc regnat, venturus eſt in ea forma ſive effigie, in qua viſus eſt cælum conſcendere; cum multa gloria & majeſtate, cum omnibus ſanctis angelis ſuis: venturus inquam, judicatum omnes omnino homines. Nullus Chriſti judicium effugiet; nullus impius impunitus evadet, nullus juſtus ſpe ſuâ fruſtrabitur.

2. Timot. 2. Act. 1. Matth. 25.

Futurum eſt enim hoc judicium ſecundùm cujuſque opera; uti clariſſimè docet Chriſtus; *Venturus eſt*, inquit, *filius hominis in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tũc reddet unicuique juxta opera ſua.* Quod repetens Paulus; *Reddet unicuique ſecundùm opera ejus. Iis quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: Iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.* Vbi ſequentibus in textu verbis clariſſimè oſtendit, ob legem decalogi violatam damnandos impios: ſicut & alibi dicit; *Lex juſto non eſt, poſita* (hoc eſt, maledictum legis) *ſed injuſtis, & non ſubditis, impiis & peccatoribus, &c.* Iuſtos quoque accepturos vitam æternam, quia factores ſive obſervatores legis fuerunt, habueruntque per Chriſti gratiam opera legis ſcripta in cordibus ſuis. Sicut & alibi affirmat cùm de ſe ait; *Bonum certamẽ certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, juſtus judex: non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum ejus.* Similiter Iacobus, *Qui* inq. *perſpexerit in*

Matth. 16. Rom. 2. Vide epiſt. 47. Auguſt. 1. Timot. 1. 2. Timot. 4. Iac. 1.

in legem perfectam libertatis;non auditor obliuioſus factus,ſed factor operis;hic beatus in facto ſuo erit. Duo iſta opus bonum, & ſpes vitæ ſe mutuo fouent & augent. Hinc Petrus, *Per bona opera certam facite vocationem veſtram* Et Ioannes, *Omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe.*

2. Pet. 1.
1. Ioan. 3.

Epiſt. 47. *Qui putat,* ait D. Auguſt. *quando ad iudicium Dominus venerit, non iudicari hominem ſecundùm opera ſua, qui iam per ætatem vti potuit libero voluntatis arbitrio, in errore eſt Soli enim parvuli, qui nondum habent opera propria, vel bona vel mala, ſecundùm ſolum originale peccatum damnabuntur, quibus per lauacrum regenerationis non ſubuenit gratia Saluatoris. Cæteri autem omnes, qui iam vtentes libero arbitrio, ſua propria peccata originali peccato inſuper addiderunt, ſi de poteſtate tenebrarũ per gratiam Dei non eruuntur, nec transferuntur ad regnum Chriſti, non ſolùm ſecundùm originis, ſed etiam ſecundùm propriæ voluntatis merita, iudicium reportabunt. Boni verò etiam ipſi quidem non ſolùm ſecundùm ſuæ bonæ voluntatis merita præmium conſequentur, ſed etiam ipſam bonam voluntatem per Dei gratiam conſecuti ſunt, &c.* Et alibi idem Auguſt. *Immutabilis eſt illa lex, qua boni beatam vitam; mali verò miſeram merentur. Reddet omnino Deus & mala pro malis, quoniam iuſtus eſt: & bona pro malis, quoniam bonus eſt: & bona pro bonis, quoniam bonus & iuſtus eſt. alioquin ſi nullum eſt meritum vel bonum piorum, vel malum impiorum, quomodo Deus iudicabit mundum?* inq. idem Auguſt.

Lib. 1. de li. arb. ca. 6. li. 3. c. 3. De grat. & lib. arb cap. 23. epiſt. 46.

Non autem erit opus longa mora in cauſis cuiuſque diſcutiendis nec locum habebunt fraudes & technæ, dilationes & excuſationes: quæ hominum iudiciis ſolent imponere. *Tunc enim illuminabit Deus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia*

1. Cor. 4.
Rom. 2.

cordium,

cordium, teſtimonium vnicuique perhibente propriâ conſcientiâ, & cogitationibus vnumquemque aut damnantibus, aut ſecurum reddentibus. Venient inquit Sapiens, *in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Per librum, qui in Apocalypſi apertus legitur, vis quædam,* ait S. Auguſt. *eſt intelligenda diuina, quâ fiet, vt cuique opera ſua, vel bona, vel mala, cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mirâ celeritate cernantur: vt accuſet, vel excuſet ſcientia conſcientiam; atque ita ſimul & omnes & ſinguli iudicentur. Quæ nimirum vis diuina, libri nomen accepit; in ea quippe quodammodo legitur, quicquid à faciente recolitur.*

Sap. 4. & 5.
De ciuit. li. 20. c. 14.

Sed dices: Fides & gratia dicuntur iuſtos perducere ad vitam æternam, vbi ergo merita? Hac ratione verum eſt, quòd fide impetretur & remiſſio peccatorum, & gratia, quâ ea opera obtinentur, ac in eis perſeueratur, quibus vita æterna ex Dei immutabili ordinatione debetur. *Non enim fides deſtruit legem, ſed eam ſtatuit:* dum nimirum per fidem præcepta legis implentur, & pro ea impletione promiſſum præmium redditur. Sic dicit Apoſt. *nos ex fide iuſtificari, quia illa prima datur.* inquit S. Auguſt. *& per illam cætera impetrantur, quæ ad iuſtitiam & vitam pertinent. Fides impetrat,* ita alibi, *quod lex imperat.*

Aug. de ſpis & lic. ca. 32.
De correpr. & grat. cap. 13.
Rom. 3.
De prædeſt. ſanctor. cap. 7.
In Pſal. 112. conc. 16.

Sed nónne in illo iudicio etiam ſanctis miſericordia erit neceſſaria? Ita. Hoc enim teſtatur Scriptura, vbi ſanctus Dauid dicit animæ ſuæ de Domino Deo ſuo; *Qui coronat te in miſericordia & miſeratione.* Et dicit D. Iacobus; *Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam. Oſtendens etiam in illo*

Pſam. 102.
Iac. 2.

Digitized by Google

judicio, in quo juſti coronantur, injuſtique damnantur, alios cum miſericordia, alios ſine miſericordia judicandos.
2. Mach. 7. Prov. 20. vt LXX. *Hinc & mater Machabæorum filio ſuo dicit; Vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cùm enim Rex juſtus, ſicut ſcriptũ eſt, ſederit in throno, non adverſabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato?*
Pſal. 31. Vide Proſp. lib. 1. ca. 12 de vit. con. templ. *ac per hoc etiam ibi miſericordia neceſſaria erit, quâ fiet beatus, cui non imputavit Dominus peccatum.* Quomodo ergo ſecundùm merita? *Quia tunc pro bonorum operum meritis juſto judicio etiam ipſa miſericordia tribuetur. Cùm enim dicitur, Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam, manifeſtatur in his,* inquit D. Auguſt. *in quibus inveniuntur bona opera miſericordiæ, judicium cum miſericordia fieri; ac per hoc etiam ipſam miſericordiam, meritis bonorum operum reddit.*

Proſp. lib. 1. de voc. gent. cap. 5. Beda in 2. cap. Iac. Aug. lib. 83. q.q. 76. Ser. 27. in Nov. Lib. 1. de pec. mer. cap. 9. Epiſt. 107.

Sed quid de illis, qui in ipſo ſolùm vitæ fine renovantur? Etiam ipſi juſto judicio vitam æternam accipiunt, quia parati erant bene operari, ſi tempus habuiſſent. De talibus loquens S. Auguſt. *Pax,* inquit, *in terra hominibus bonæ voluntatis. Deus non annotat facultatem, ſed coronat voluntatem. Scit quia voluiſti & non potuiſti; ſic te annotat quaſi feceris, quod voluiſti.* Imo & infantes renati digni ſunt vitâ, per juſtitiam, *& occultiſſimam Spiritus ſancti gratiam, quam latenter infundit & parvulis,* inquit idẽ Auguſt.

2. Cor. 5.

Et alibi: *Scimus quòd omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut ferat unuſquiſque ſecundũ ea quæ per corpus geſſit, ſive bonum, ſive malum. Scimus etiam parvulos ſecundùm ea quę per corpus geſſerunt, recepturos vel bonum vel malum. Geſſerunt autem non per ſeipſos, ſed per eos quibus pro illis reſpondentibus, & renuntiare diabolo dicuntur, & credere in Deum, unde & in numero fidelium computan-*

computantur, pertinens ad ſententiam Domini; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Propter quod & illis qui hoc Sacramentum non accipiunt, contingit quod ſequitur; Qui autem non crediderit, condemnabitur. Vnde & ipſi, ſicut dixi, ſi in illa parva ætate moriuntur, utique ſecundùm ea quæ per corpus geſſerunt, id eſt, tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora geſtantium crediderunt vel non crediderunt, judicantur. Marc. 16.

MONITVM II.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Matth. 11.

QVærebant olim Gentiles Philoſophi, Chriſtianam religionem irridentes, Cur Chriſtus, qui ſe viam dicit ac Salvatorem, tot ſeculis ſeſe ſubduxerit, tam ſerâ miſeratione humano generi ſubvenerit; & non potiùs ab initio venerit priuſquam innumerabilis hominum multitudo periret? Sed *hanc quæſtionem*, inquit D. Hieron. *Apoſtolus ad Romanos ſcribens, prudentiſſimè ventilat, ignorans hæc, & Dei concedens ſcientiæ.* Et S. Aug. *Quid quando fiat quod ad unam eandemque fidelium & piorum liberationem pertineat, conſilium Deo tribuamus, nobis obedientiam teneamus.*

Vide Aug. epiſt. 49. b. 2.

In epiſt. ad Creſiph. Aug. lib. de grat. Chriſti cap. 37. epiſt. 49.

Vbi in primis vitandus pernitioſiſſimus Pelagianorum error, dicentium primùm vixiſſe homines juſtos ex natura, deinde ſub lege, tertiò ſub gratia. Ex natura, ſcilicet ex Adam tam longâ ætate, quâ lex nondum erat data. Tunc enim, aiunt, duce ratione cognoſcebatur creator; & quemadmodum Vide epiſt. Cæleſtij ad

Demetriadem. erat viuendum, ſcriptum erat in cordibus, non lege literæ, ſed lege naturæ. Verùm vitiatis moribus, inquiunt, vbi cœpit non ſufficere natura, iam decolor, lex ei addita eſt, quâ velut luna fulgore priſtino, detritâ rubigine, videretur. Sed poſtquam nimia, ſicut diſputant, conſuetudo præualuit, cui ſanandæ lex parum valet. Chriſtus aduenit; & tanquam morbo deſperatiſſimo, non per diſcipulos, ſed per ſeipſum medicus ipſe ſubuenit.

Sed hæc diſputantes, inquit D. Auguſt. *à gratia Mediatoris iuſtos excludere conantur antiquos, tanquam Dei & hominum illorum non fuerit mediator homo Chriſtus Ieſus, quia nondũ ex vtero Virginis carne ſuſceptâ, homo fuit, quãdo illi iuſti fuerunt. Quod ſi ita eſſet, nequaquam* 1. Cor 15. *Apoſtolus diceret: Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Quandoquidem illi antiqui iuſti ſecundùm iſtorum vaniloquia, ſibi ſufficiente naturâ, nec mediatore homine Chriſto indiguerunt per quem reconciliarentur Deo; nec in eo viuificabuntur, ad cuius corpus & membra, ſecundùm id quod propter homines homo factus eſt non pertinere monſtrantur.* Hæc & alia eódem pertinentia S. Aug.

De peccat. Orig. cap. 2. & ſeq. 3. Apoc. 13. Hoc ergo certiſſimè teneamus: Sicuti nos per Chriſti mortem iam peractam, iuſti ſaluique efficimur; ita omnes ante Chriſtum fideles, iuſtos ſaluoſque per Chriſti mortem futuram evaſiſſe, *Agno illo nimirum, qui mundi peccatum tollit, occiſo ab origine mundi.* Semper enim in oculis Dei mors Chriſti præſens fuit, eiuſque intuitu ab exordio mundi, iuſtos fecit quos

Epiſt. 49 voluit. *Ab exordio mundi*, inquit S. Auguſt. *quicunque*

Digitized by Google

cunque in eum crediderunt, eúmque utcumque intellexerunt, & ſecundùm ejus præcepta juſtè & piè vixerunt, quandolibet, & ubilibet fuerint, per eum proculdubio ſalui facti ſunt. Et D. Leo: *Ceſſent*, inquit, *illorum querelæ, qui impio murmure divinis diſpenſationibus obloquentes, de Dominicæ nativitatis tarditate cauſantur: tanquam præteritis temporibus non ſit impenſum, quod in ultima mundi ætate eſt geſtum. Verbi incarnatio hæc contulit facienda, quæ facta; & Sacramentum ſalutis humanæ, in nulla antiquitate ceſſavit, &c.* Ser. 3. de Nat.

Non dubitemus etiam ſummâ Dei Sapientiâ factum eſſe, ut ſub finem ſæculorum Verbum caro fieret, omnium ſalutis cauſa. Ioan. 1. Cujus rei etiamſi nos rationem percipere omnino nullam poſſemus, ſubmittere tamen animos Deo deberemus. Licet tamen cum modeſtia hujus conſilij rationes inquirere, uti id à veteribus factum reperimus. Vna ergo ac vera ratio dilationis ſit, ut progreſſu temporum palàm fieret talis tantique liberatoris neceſſitas.

Hinc autem manifeſtata eſt; Primò, quòd nec lex naturæ ſanare hominem potuit. Non enim obſtante lumine naturali, in varias idololatrias, & alia nefanda ſcelera homines paſſim proruebant, & quod ejus erat reliquum, ſenſim extinguebatur denſiore caligine vitiorum. Secundò, nec etiam lex ſcripta, quia licet homo per eam eſſet eruditus, tamen jugum peccati excutere nondum potuit: habita enim cognitaque jam lege, nondum omnis ſuperbia adempta eſt; putabant enim legem ſibi ſufficere ad bene juſteque vivendum: unde accepta lege, *Omnia*, inquiunt,

Rom. 4. De ſpir. & lit. cap. 4. quiunt, *quæ præcepit nobis Deus faciemus.* Cùm tamen, teſte Apoſtolo, *Lex iram operetur. Neſcio enim quomodo*, inquit S. Auguſt. *hoc ipſum quod concupiſcitur, fit jucundius dum vetatur.*

Prius quàm ergo hanc ſuam infirmitatem perſpexiſſet homo, nondum tempus erat ut veniret medicus. Non enim ab ægroto fuiſſet acceptus, ſed contemptus; iſtaque ratione, medecina importunè adhibita exaſperaſſet morbum, non ſanaſſet. Debuit ergo homo per legem cognoſcere imbecillitatem ſuam, ut eâ intellectâ, intelligerent ſibi cæleſtem medicum eſſe neceſſarium; venientemque lubentius admitterent, ac multiplicatis infirmitatibus ſuis, poſteà accelerarent. *Nam ſi ſibi*, ait D. Auguſt. *adhuc ſani viderentur, nunquam accelerarent. Quare bonum eſt ſic humiliari peccatorem: & nemo eſt inſanabilior eo, qui ſibi ſanus videtur.* Idcirco etiam Iudæis *lex pædagogus fuiſſe dicitur ad Chriſtum*, ad eumque uſum ordinata eſſe in manu Mediatoris, donec veniret ſemen; ut paulatim magnus ille qui per univerſum genus humanum jacebat ægrotus, præpararetur ad ſuſcipiendum medicum Chriſtum.

Pſal. 15. In Pſal. 58. Galat. 3.

Altera dilationis cauſa eſt talis: Agendum quidem erat cum infirmis, ut intelligerent medicum ſibi eſſe neceſſarium; ſed & multò antè præparandi, ut crederent ſibi repoſitam eſſe medicinam in filio Dei, homine facto, & mortuo. Quia enim mira illa adeoque inuſitata fuit medendi ratio, facilè eam infirmi reſpuiſſent, non credentes ſe poſſe hâc ratione ſanari, etiamſi laborare ſe gravioribus vitiorum morbis non diſſiterentur. Hinc *crucis prædicatio*

1. Cor. 1.

gentibus

gentibus ſtultitiæ loco fuit, quod tametſi multi non ignorarent naturæ vitia, morboſque varios, tamen hâc viâ reduci hominem ad juſtitiæ ſanitatem poſſe non exiſtimarent.

Hanc rationem tradit D. Leo; *Sapientia*, inquit, *& benignitas Dei, hâc ſalutiferi operis morâ, capaciores nos ſuæ vocationis effecit: ut quod multis ſignis, multis vocibus, multiſque myſteriis per tot fuerat ſæcula prænũtiatum, in his diebus Evangelij non eſſe tambiguum: & nativitas quæ omnia miracula, omnemque intelligentiæ erat exceſſura menſuram, tantò conſtantiorem in nobis gigneret fidem, quantò prædicatio ejus & antiquior præceſſiſſet & crebrior.* Tam diuturna ergo, tam varia prænuntiatio mortis reſurrectioniſque Domini, & redemptionis per crucem futuræ, multùm valuit ad Chriſtum venientem in propria, complectendum. Vnde & D. Auguſt. *Hoc totum prophetandum fuit, prænuntiandum fuit, venturum commendandum fuit, ut non ſubitò veniens horreretur, ſed creditum exſpectaretur.* Serm. 3. de Nat. vide & ſer. 13. de paſ. In pſal. 109.

Tertia dilationis cauſa jungi poteſt illa; Vt declararetur divinæ juſtitiæ ſeveritas, quæ ad tantos luctus, & clamores, & miſerias hominum, noluit ſtatim commoveri ut veniret; ſed multo tempore hominum genus dereliquit, pauciſſimos quoſdam ſalvans per fidem; ut palàm fieret, quid mereretur peccatum, & quàm grave fuiſſet delictum, cui ſic indignaretur Dei juſtitia. Ob hoc etiam non ſtatim per Chriſtum reſtituit hominem priſtino ſtatui, ſed eum multis vitiorum fibris, innumeras relinquit hujus vitæ pœnas & ærumnas, etiam peccatis in baptiſmo plenè remiſſis. *Productior eſt enim pœna, quàm culpa, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna* Aug. tract. ult. in Ioan.

Digitized by Google

& pœna, inquit ſanctus Auguſtinus.

Domini ſententia in ipſa ſtatim origine fuit; Geneſ. 9. *Quia audiſti vocem uxoris tuæ, maledicta terra in omnibus operibus tuis; in triſtitia & gemitu ades ex ea omnibus diebus vitæ tuæ; in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram de qua ſumptus es; terra enim es, & in terram reverteris.* Ex hac ſententia ſic omnes naſcimur, ut preſſuris hic variis & conflictationibus laboremus: idque totum ut illius tranſgreſſionis & culpæ magnitudo, quæ in loco tantæ felicitatis admiſſa eſt, ipſius miſeriæ continuatione monſtraretur. *Circumfert homo mortalitatem* (ſub qua reliquas miſerias intellige quibus paulatim ad mortem tranſitur) *teſtimonium peccati ſui, teſtimonium, quia Deus ſuperbis reſiſtit*, ait S. Auguſt.

Lib. 1. conf. cap. 1.

Lib. 3. cont. Iulia. cap. 5.

Vnde & multi renati, inquit idem Auguſt. *nec ſanantur omnino, ſed cum iiſdem vitiis, ſive in qualibet ætate, ſive in ipſa moriuntur infantia; nonnullis etiam parvulis permanent cum quibus nati ſunt vel accidunt hujuſmodi mala. Abſit ut dicamus indignè: Sed hinc intelligamus potius ad alterum eis ſeculum prodeſſe quod renaſcantur: hujus autem ſeculi diſpoſitionem propter initium ſuperbiæ hominis, per quod apoſtatavit à Deo diverſis* Eccle. 40. *hominum malis peragi in jugo gravi ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.*

MONI

MONITVM III.

Ego Baptizo in aqua : medius autem ve-ſtrum ſtetit, &c.

Ioan. 1.

CRaſſus admodum & apertiſſimus eſt error hæreticorum, qui aſſerunt idem eſſe Sacramentum Baptiſmi, quod conferebatur à Ioanne, & à Chriſto: cùm tamen omnium Patrum certiſſima ſit fides, Baptiſmum Ioannis non fuiſſe Sacramentum, ſed aſſuefactionem quandam, & exercitationem per prædicationem & pœnitentiam ad Sacramentum Baptiſmi: quod ipſe Ioannes hîc apertè teſtatur; *Ego*, inquit, *Baptizo in aqua*. In quo loco D. Chryſoſt. & cæteri omnes Patres hoc intelligunt, & efficaciſſimè probant ex illo Pauli opere, de quo in actis habetur: ubi confeſſi ad Pauli interrogationem, ſe Baptizatos tantùm Baptiſmo Ioannis, Baptizati ſunt rurſum. Inciderunt verò in hunc errorem, quia Sacramentum Baptiſmi Chriſti tantùm putant eſſe ſignum gratiæ, & non cauſam. Itaque ſicut Iudæi ut Chriſtum repellerent, Ioannem conabantur extollere; ita hi quia minùs tribuunt Baptiſmo Chriſti, coguntur illi æquare Ioannis Baptiſmum.

Hom. 15. & 16.

Act. 19.

Quantùm autem ſit diſcrimen inter Baptiſmum Chriſti & Ioannis, alibi diximus. Nunc ad majorem ejus rei confirmationem, & elucidationem, varios Baptiſmi Chriſti effectus proferemus ex Scripturis & Patribus. Primus eſt, Remiſſio peccatorum. Vnde

Part. 2. Mo. Sacr. Mon. 81.

Act. 2. de Petrus ad Iudæos; *Pœnitentiam agite*, inquit, *& baptizetur unuſquiſque veſtrûm in remiſſionem peccatorum.* Et Symbolum Conſtantinopolitanum; *Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum.* Eſt autem hæc remiſſio peccatorum, pleniſſima; tum quia omnia peccata, quantumvis multa & grandia hîc condonentur; tum quia perfectè abſoluteque remittantur, ut nulla futuri ſæculi pœna luenda reſtet. Vnde Auguſt. *Si continuò poſt baptiſma ſequatur ex hac vita migratio, non erit omninò quod obnoxium hominem teneat, ſolutis omnibus quæ tenebant.* Hinc juxta vetuſtiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem, nulla baptizatis imponitur ſatisfactio. *Gratia Dei*, inquit D. Ambroſ. *non requirit gemitum, neque planctum, vel etiam opus aliquod* (videlicet afflictivum) *ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat*, id eſt, ſine compenſatione, qua Dei juſtitiæ per ſui punitionem ſatisfiat, ſicut poſt baptiſmum.

Symb. Conſtantinop.

Lib. 2. de peccat. mer. cap. 28. & lib. 1. c. 20.

In Comment.

Peti tamen debet requies pro omnibus baptizatis adultis, etſi uno momento baptizati, altero ex hac vita migraſſent. Inde tamen non ſequitur non conferre baptiſmum plenam remiſſionem, ſed hoc eò fit, quòd venialis affectus malus hærere etiam in baptizato poſſit, qui non ſit plenè Sacramento baptiſmi deterſus, non imbecillitate Sacramenti, ſed aliquo vitio baptizandi. Alioqui hanc plenam remiſſionem Ambroſius videtur etiam tribuere baptiſmo flaminis, ut patet ex oratione ejus in obitu Valentiniani Imper. Et pro ita baptizatis etiam fieri ſolere ſacrificium altaris ex eodem patet, & Chryſoſt. Sed, ut inquit S. Auguſt. in Enchir. *Iſtæ pro valdè bonis ſunt gratiarum actiones, pro non valdè malis propitiationes.*

Ambr. in orat. de obitu Valent.

Ench. cap. 110.

De priori verò pleniſſimæ remiſſionis parte ſic

habet idem Auguſt. *Baptiſmatis munus contra originale peccatum donatum eſt, ut quod generatione attractum eſt, regeneratione detrahatur: & tamen activa quoque peccata, quæcunque corde, ore, opere cõmiſſa invenerit, tollit.* Sed nónne manet in baptizatis concupiſcentia? ita; ſed *peccatum ampliùs non eſt, ſoluto nimirum ipſius reatu, quo captivum hominem detinebat. Vocatur tamen ab Apoſtolo peccatum, non quia peccatum jam ipſa ſit, ſed quia peccato facta eſt, ſicut vocatur lingua, locutio, quam facit lingua; & manus vocatur ſcriptura, quam facit manus. Deinde vocatur peccatum, quia peccatum, ſi vicerit, facit; ſicut vocatur frigus pigrum, quod pigros faciat.*

Ench. c. 64. Vide de pec. merit. lib. 2. c. 28. lib. 1. de nupt. ca. 25. & ſeq. Ibid. ca. 23. de perf. juſt. in fine. Con. Iulia. lib. 5. cap. 3. Cont. 2. ep. Pelag. lib. 1. cap. 13.

Calumnia ergo erat, quod Iulianus dicebat olim, Catholicos docere *Baptiſma non dare indulgentiam omnium peccatorum, nec auferre crimina, ſed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, unde creſcant iterum reſecanda peccata.* Hic ergo primus effectus Baptiſmi eſt, remiſſio peccatorum, quâ ſolvitur omnis reatus, ingeneratus & additus, per quam fit, ut à poteſtate tenebrarum (in quam nemo niſi per peccatum incidit) baptizatus eripiatur.

Secundus effectus ex priori profluens, eſt, renovatio, & regeneratio, juſtificatio, & ſanctificatio, quæ fit per adventum Spiritus ſancti. De qua Apoſtolus; *Secundùm miſericordiam ſuã ſalvos nos fecit, per lavachrum regenerationis, & renovationis Spiritus ſancti.* Et Chriſtus ipſe; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, &c. Quo loco docet Chriſtus, ita ex Spiritu ſancto per aquam homines ſpiritualiter renaſci, ſicuti ex ſanguinibus, & voluntate carnis & viri carnaliter omnes naſcuntur. Addit enim, *Quod natum eſt ex carne,*

Tit. 3. Ioan. 3.

Vide de pecc. merit. l. 1. cap. 9. li. 2. ca. 7.

Digitized by Google

caro eſt: quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

Sed in quo conſiſtit hæc novitas, & regeneratio ſpiritus? In juſtitia & ſanctitate veritatis, id eſt, in vera coram Deo juſtitia, & ſanctitate, per quam Chriſtum induimus, ſeu, ſimiles illi reddimur, per quod & in filios Dei adoptamur: quemadmodum de baptizatis Galatis ait Apoſtolus; *Omnes filij Dei*
Galat. 3. *eſtis, per fidem: quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis,*
Rom. 8. *Chriſtum induiſtis. Quod ſi filij ſumus Dei, & hæredes, & Chriſti fratres, & cohæredes*; quia per Chriſtum membra Chriſti, & commembra aliorum Apoſtolo-
1. Cor. 12. rum efficimur. Etenim ſicut ait Apoſtolus; *In uno*
In Serm. de Baptizat. *ſpiritu omnes, in unum corpus baptizati ſumus.* Hos omnes effectus pulchrè recenſet Divus Chryſoſtomus.

Etiam parvulos in Baptiſmo verè regenerari & renovari, patet ex his ſcripturis, atque infundi
Conc. Viennen. Gen. gratiam (vide in Concil. Viennenſi generali) & qualitates aliquas fideì, ſpei, & charitatis, quantum neceſſe eſt, ut animus innovetur, dubitari non debet: tametſi adeò tenuiter inhæreant, ut citiſſimè excutiantur, vanitate ſæculi animum oc-
Aug. epiſt. 107. cupante: ideóque neceſſe eſt vigilantiâ diſciplinæ, inſtitutioneque parentum ſenſim foveri, donec radices agant altiùs. Qui habitus in eo perſpiciuntur, quòd doctrinæ ſalutari propoſitæ acquieſcant, atque ubi inter Chriſtianos vivere contigerit, eorum more & religione ſine averſatione vivant.

Tertius effectus eſt, de his effectibus adeptis bona confidentia, & quaſi ſecuritas quædam & bona conſcientia. Vnde Paulus reſpiciens ad Ba-
Hebr. 10. ptiſmum: *Aſperſi*, inquit, *corda à conſcientia mala, &*
1. Pet. 3. *abluti corpus aqua munda.* & Petrus, Baptiſma dicit eſſe

eſſe id per quod quærimus, & adipiſcimur bonam conſcientiam apud Deum. Facit, ut conſcientia bona ſit: remittit enim peccata præterita, ut non debeat conſcientia metuere ac trepidare & per Spiritum ſanctum renovat hominem, ut deinceps rectè vivat; bona autem cônſcientia audet interrogari & examinari in judicio, & tribunali *Dei*, confidens ſe haud damnatum iri. Hunc effectum Paulus vocat, *Pacem ad Deum*. De quo & D. Auguſt. *Fides*, inquit, *me ſecurum eſſe non ſinebat de præteritis peccatis meis, quæ mihi per Baptiſmum tuum remiſſa nondum erant*. Et: *Baptizati ſumus, & fugit à nobis ſollicitudo vitæ præteritæ*, in vitiis ſcilicet tranſactæ. Rom. 5. Lib. 9. Conf. cap. 4. & 6.

Atque hi ſunt effectus quos Baptiſmus mox præſtat: at omnis ſanatio & mundatio, quæ paulatim poſt Baptiſmum efficitur, & tandem perficitur, etiam eſt Baptiſmo tribuenda. *Sic enim accipiendum eſt*, ait S. Auguſt. *quod ait Apoſtolus; Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut eam ſanctificaret, mundans eam lavachro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejuſmodi. Sic, inquam, accipiendum eſt, ut eodem lavachro regenerationis, & verbo ſanctificationis omnia prorſus mala regeneratorum mundentur atque ſanentur; non ſolùm peccata, quæ omnia nunc remittuntur in Baptiſmo, ſed etiam quæ poſterius humaná ignorantiâ vel infirmitate contrahuntur: non ut Baptiſma toties repetatur, quoties peccatur, ſed quia ipſo quod ſemel datur, fit, ut non ſolùm anteà, verùm etiam poſt quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Quid enim prodeſſet, vel ante Baptiſmum pœnitentia, niſi Baptiſmus ſequeretur, vel poſteà, niſi præcederet? In ipſa* Lib. 1. de nupt. cap. 33. & 34. Epheſ. 5.

Matth. 6. *quoque Dominica oratione, qua quotidiana eſt noſtra mundatio, quo fructu, quo effectu diceretur, Dimitte nobis debita noſtra, niſi ab iis qui baptizati ſunt, diceretur?*

Aug. ibid. *Item eleemoſynarum largitas & beneficentia quantalibet, cui tandem ad dimittenda ſua peccata prodeſſet, ſi baptizatus non eſſet? Poſtremò regni cælorum ipſa felicitas, ubi non habebit Eccleſia maculam aut rugam, aut aliquid ejuſmodi, ubi nihil reprehenſionis, nihil ſimulationis erit; ubi non ſolùm reatus, ſed nec concupiſcentia ulla peccati erit, quorum erit niſi baptizatorum? Ac per hoc non ſolùm omnia peccata, ſed omnia prorſus hominum mala Chriſtiani lavachri ſanctitate tolluntur, quo mundat Eccleſiam ſuam Chriſtus, ut exhibeat eam ſibi non in iſto ſæculo, ſed futuro, non habentem maculam, aut rugam aut aliquid hujuſmodi.* Sic Auguſt.

Conſequitur hinc & alius effectus in nobis qui permanet, etiamſi in multa crimina labamur: & quando Dei gratiâ convertimur, ad ſanationem recuperandam aliis Sacramentis cooperatur; non ſecus quàm medicæ potioni cooperatur ipſa natura per generationem accepta: eſt enim baſis & fundamentum, ſine quo alia non operantur. *Apoſtata anima,* inquit S. Auguſt. *velut de conjugio Chriſti recedens, etiam fide perditâ, Sacramentum fidei non amittit quod lavachro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet autem hoc qui receſſerit ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmij.* Putabat Iulianus apoſtata ſanguine victimarum deleri potuiſſe ſignaculum quod Baptiſma impreſſerat, & eodem manus illas abluere, quibus Sacram Euchariſtiam, ori eam admoturus, acceperat, ut teſtatur D. Gregor. Nazianzenus.

Lib. eodem cap. 10.

Hic

Hic effectus comparatur alibi ab Auguſt, charaꝺteri, vel notæ militari, vel ſigno regali monetæ impreſſo. Ideoque à Doctoribus Character vocatur, quemadmodum enim per hanc notam cognoſcitur, quis ad militiam adſcriptus ſit, quis non ſit: ita per hunc effectum Baptiſmi, agnoſcitur, quis adſcriptus ſit civis, & miles in Eccleſia Dei. Sed quid ſi quis fictè, id eſt, ſimulans pœnitentiam, quam corde non agit, (nam ea fictio quâ ſimulant Baptiſmi ſuſcipiendi voluntatem, etiam Sacramentum excludit) Baptiſmum ſuſcipiat? Is quidem tunc non prodeſt, imò nocet ob peccatum Sacrilegij, tamen recedente fictione; id eſt, mutatâ voluntate peccandi, Sacramentum ipſum incipit operari, non minùs, quàm ſi cùm ſuſciperetur, adeſſet illa pœnitentia, ut Auguſt. docet, quod tota ſequitur Eccleſia: opus eſt autem illud peccatum poſt Baptiſmum confiteri, & deteſtari. Quod putant quidam in reliquis omnibus Sacramentis locum habere. Oſtendit D. Petrus quòd exterior ablutio per ſe non ſalvet nos, ſed per pœnitentiam & fidem, de qua interrogantur baptizandi. Vnde & S. Auguſt. Sacramenta recepta ſine interna motione fidei & pœnitentiæ ſimilia eſſe præceptis, Sacramentis, exemplis, quæ ſine ſpiritu pejorem faciunt, & occidunt.

Quàm autem ſit mirabilis efficacia Sacramenti Baptiſmi habes exemplum apud S. Auguſt. lib. 4. Confeſſ. cap. 4. Et in S. Porphyrio mimo, qui coram Iuliano Apoſtata per jocum Baptiſmum ſuſcipiens, Dei virtute repentè mutatus, Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt, & mox eo jubente ſecuri percuſſus, martyrio coronatus eſt.

Orat. 1. in Iulian. Lib. 2. cont. Parmenian. cap. 13.

Lib. 1. de bapt. cont. Donat. cap. 12. Vide Tho. p. 3. q. 69. art. 10. 1. Petri 3. De perfect. juſt. in fine. Vide Baſil. de Spirit. S. Ambr. de imitandis myſt. cap. 3. 4. Auguſt. cont. Fauſt. lib. 19. ca. 12. tract. 8. in Ioan. Serm. 3. de verb. Domini.

MONITVM IV.

Parate viam Domini.

Lucæ 3.

VIA Domini, pœnitentia eſt: recedit à nobis per culpam, redit per pœnitentiam: non eſt autem vera pœnitentia, niſi omnis diſpliceat offenſa. De ea ut virtus eſt, omnibus temporibus neceſſaria, agendum. Multiplex eſt autem hujus vocis (Pœnitentia) ſignificatio. Primò enim pœnitentia de iis dicitur, quibus aliquid diſplicet, quod antè placuerat, nullâ habitâ ratione hujus cogitationis, bonúmne an malum fuerit. Sic omnes pœnitet, *quorum triſtitia ſecundùm ſæculum eſt*, non ſecundùm Deum; cujuſmodi pœnitentia *non vitam adfert, ſed mortem*, ut ait Apoſtolus. Altera eſt, cùm quis ex admiſſo ſcelere, quod quidem anteà placebat, dolorem concipit, non Dei, ſed ſuiipſius causâ, quia per illud incurrit infamiam, vel aliam aliquam pœnam. Tertia eſt, cùm non ſolùm admiſſi ſceleris causa, intimo animi ſenſu dolemus, vel ejus doloris externum etiam aliquod ſignum damus, verùm unius Dei cauſa in eo mœrore ſumus.

Vide Catech. Trid.

2. Cor. 7.

Atque hoc verbum (Pœnitere) etiam Deo tribuitur, qui tamen de ſe in Scriptura dicit; *Ego Deus & non mutor*. Et David de eo; *Tu autem idem ipſe es*. De quo D. Auguſt. *Immutabilis, mutans omnia*; Et, *Opera mutat, non mutat conſilium*. Tribuitur autem ei per tranſlationem; eo enim loquendi genere, quod ad hominum mores accommodatum eſt, ſacræ literæ

Malac. 3. 6.
Pſal. 10.
In confeſ. lib. 1. cap. 5.

teræ utuntur, cùm Deum mutare aliquid conſtituiſſe declarant; quod non aliter facere videatur, quàm homines; quos ſi alicujus rei pœniteat, eam commutare omni ſtudio laborant. Sic ergo ſcriptum eſt de Deo, quod inundante malitiâ hominum, dixerit; *Pœnitet me feciſſe hominem.* Sic etiam pœnituit eum, *quòd Saulem* in multis contra eum peccantem, *Regem conſtituiſſet.* Et dicebat Ieremias ad populum; *Bonas facite vias veſtras, &c. & pœnitebit Dominum mali, quod locutus eſt adverſum vos.* Unde & D. Ambroſ. *Novit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noveris emendare delictum.* Et S. Hieron. *O felix pœnitentia, quæ furentem Dei ſententiam confeſſo errore mutat.*

Geneſ. 6.

1. Reg. 15.

Ierem. 26.

Lib. 2. in Lucam.

In Epitap. Fabiolæ.

Obſervandum autem diſcrimen inter has pœnitentiæ ſignificationes. Prima, in vitiò ponenda eſt. Secunda eſt quædam commoti & perturbati animi commotio. Tertia ad virtutem pertinet. Atque in hac intima animi pœnitentia maximè fideles elaborare debent, ſine qua quæ extrinſecus adhibetur, parum admodum profutura eſt. Eſt autem, cùm ad Deum ex animo nos convertimus, & commiſſa à nobis ſcelera deteſtamur, & odio habemus, ſimulque id nobis certè propoſitum eſt, malam vitæ conſuetudinem, corruptoſque mores emendare non ſine ſpe veniæ à Deo conſequendæ.

Primùm ergo laborandum fidelibus, ut communis fragilitatis memores, omni ſtudio optent, & conentur, ut divinâ ope adjuti, ſine caſu aliquo in via Domini progredi poſſint. Quod ſi oſtenderint, tum verò ſummam Dei benignitatem intuentes, qui tanquam *bonus Paſtor*, ovium ſuarum vulnera obligare, eiſque mederi ſolet, hoc

Ioan. 10.

ſaluberrimum pœnitentiæ medicamentum, nunquam in aliud tempus differendum eſſe cogitabunt. Vnde D. Cyprian. *Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere: ſecundus, delicta agnoſcere, & deflere. Illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela, quæ ſanet.* Conqueritur idem Cyprian. de lapſis; *Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta: peccaſſe, nec ſatisfacere; delinquere, nec delicta deflere.*

Lib. 1. epiſt. 11.

In tract. de lapſis.

Hanc ergo pœnitentiam ſequitur dolor & triſtitia, quæ perturbatio & affectio eſt, & paſſio à multis vocatur, veluti comes peccatorum deteſtationi adjuncta. Quamobrem apud complures ex Patribus, pœnitentiæ definitio, hujuſmodi animi cruciatu declaratur. Eſt ergo duplex dolor peccati; unus voluntatis, ſeu appetitus rationalis, qui ſemper neceſſarius eſt; qui deſcribitur, diſplicentia in ſuperiori parte animi, quâ non ſolùm peccatum, ſed aliquis ſibi ob peccatum diſplicet. Alter dolor eſt in appetitu ſenſitivo, qui non ſemper ad imperium rationis paret; nec ex eo pœnitentia menſuranda eſt: ideoque non ſenſibilem hunc dolorem, ſed rationalem præcipuè à pœnitente requirimus. *Sed ſciat*, inquit D. Auguſt. *culpabiliter ſe durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non oſtendit.*

De vera & falſa pœnit. cap. 9.

Requiritur autem dolor, ſeu diſplicentia, ac deteſtatio de quolibet peccato quod ipſemet pœnitens commiſit: Neque enim peccatum mortale quiſquam ſub ratione peccati deteſtatur, ſi unum ſine altero deteſtetur. Omnes enim docent de ratione pœnitentiæ eſſe dolorem deteſtationemque peccati,

cati, quia contra Deum eſt. Conſideranda quidem ſunt in peccatis, quæcunque mala ſunt, quòd videlicet, ſint turpia, contra rectam rationem, & honeſtatem, contra honorem & famam, contra æternam vitam & felicitatem peccantis; omnibus tamen ſupereminéat, quòd ſit contra juſtitiam, contra Dei bonitatem, reverentiam, honorem ac debitam obedientiam: nec ſi priora illa ſenſibiliùs moveant, curandum eſt.

Ex multis autem oſtenditur hanc intimam pœnitentiam ad virtutem pertinere. Primò ex multis præceptis de pœnitentia traditis. Lex enim de iis tantùm actionibus, quæ cum virtute ſuſcipiuntur, præcipit. Secundò dolere, quando, quomodo, & quatenus oportet, virtutis eſſe, nemo negare poteſt. Hoc autem ut rectè fiat, pœnitentiæ virtus præſtat. Tertiò colligitur ex iis rebus, quas ſibi tanquam finem, proponit is, quem verè pœnitet peccati. Cupit autem delere peccatum, omnemque animæ maculam abſtergere. Deinde, pro ſceleribus admiſſis aliquo modo ſatisfacere, quod ad juſtitiam refertur. Denique, in Dei gratiam redire, in cujus offenſionem & odium propter peccatum incurrit.

Vide Aug. de civit. Dei li. 9. c. 5.

Sed quibus gradibus ad hanc virtutem aſcenditur? Primò miſericordia Dei nos prævenit, & ad ſe corda noſtra convertit. Sed quibus modis? Primò, facit hominem peccatorem credere veras eſſe minas Dei, eique æternas (ſi in peccato perſeveret) in inferno præparatas eſſe pœnas.

2. Sequitur inde motus timoris, & ſupplicio-

rum, quæ ſuis peccatis meruit acerbitate propoſitâ animus paulatim à peccatis revocatur. De quo
Eccleſ. 1. timore dicitur: *Timor Domini expellit peccatum*; Et,
Pſalm. 110. *Initium Sapientiæ, timor Domini.* Quem præcipit Do-
ibi Aug. & Proſp. minus, dicens; *Timete eum, qui poteſt animam & corpus*
Matth. 10. *perdere in gehennam.*

3. Oritur in animo peccatoris, peccati odium & deteſtatio, deſiderium juſtitiæ. De quo deſiderio
Pſal. 118. David: *Ecce concupivi mandata tua.* Et, *Quoniam man-*
Matth. 5. *data tua elegi.* Et, *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam.*

4. Ex conſideratione omnipotentiæ, & miſericordiæ Dei, accedit ſpes impetrandæ ab eo ve-
Pſalm. 37. niæ, De qua dicitur; *Sperantem in Domino miſericor-*
Pſalm. 80. *dia circundabit.* Et, *Quoniam in me ſperavit, liberabo eum.*

5. Ex hac ſpe, accedit homo ad orandum Deum; nec enim veram agit pœnitentiam, qui ut veniam conſequatur, judici ſuo non ſupplicat. Non enim ſufficit, quod dicitur; *Peccaſti, non adjicias iterum*, ſed
Eccleſ. 21. adjicitur; *Sed & de præteritis deprecare Dominum, ut tibi dimittantur.* Suſcipienda eſt autem pœnitenti duplex oratio; Vna, quâ deprecetur pro præteritis; Altera quâ ad futura declinanda, impetratâ gratiâ, confirmetur.

Poſtremò caritate cor inflammatur, ex qua filialis ille timor oritur, quæ non eſt aliud quàm *Solli-*
Mich. 6. *citudo cum Deo ambulandi*, quam per Prophetam exigit Deus, quâ illud unum veremur, ne qua in re Dei Majeſtatem offendamus. Huic autem pœnitentiæ adeſſe votum debet, præſtandi reliqua, quæ ad remiſſionem peccatorum,

Deique

Deique gratiam conſequendam à Deo ſunt inſtituta, ut jam ſunt, confeſſio, & ſatisfactio.

Sed quem fructum parit hæc pœnitentiæ virtus & quam habet in Scripturis promiſſionem? Vitæ æternæ. Ita enim Baptiſta & Chriſtus apud Matthæum: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum* Et antè Propheta Ezechiel; *Vivo ego, dicit Dominus; Nolo mortem impij, ſed ut convertatur impius à via ſua, & vivat: impietas impij non nocebit ei, in quacunque die converſus fuit ab impietate ſua.* Et, *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, vitâ vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus eſt, non recordabor; in juſtitia ſua quam operatus eſt, vivet.* Ubi beata vita & æterna, ſine dubio intelligenda eſt.

Matth. 3. & 4.
Ezech. 33.
Ezech. 18.

MONITVM V.

Dixit inſipiens in corde ſuo; Non eſt Deus.

Pſalm. 52.

MUltiplex eſt genus impiorum hominum. 1. eorum qui dicuntur Athei. Quorum genus deſcribens David, ait: *Non eſt Deus in conſpectu ejus.* Et; *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. In corde ſuo dicit,* inquit Hilar. quia *ſi velit verbis oris hoc eloqui, inſipiens eſſe, ſicut eſt, publici aſſenſus judicio argueretur. Quis enim mundum contuens, Deum eſſe non ſentiat? A magnitudine ſpeciei & creaturæ,* ait Sap. *cognoſcibi*

Pſalm. 9.
Pſalm. 52.
In Pſal. 52.
Sap. 13.

cognoſcibiliter poteſt creator horum videri. Et Apoſto-
Rom. 1. lus; *Inviſibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus*
Lib. 10. c. 6. *virtus, & divinitas; ita ut ſint inexcuſabiles.* Et D. Auguſtin. in Confeſſ. Deum alloquens; *Cælum & terra,* inquit, *& omnia quæ in eis ſunt, ecce undique mihi dicunt,* non ſolùm quod tu ſis, ſed etiam *ut te amem, nec ceſſant dicere omnibus, ut ſint inexcuſabiles.*

Lib. 2. cap. 1. Divinar. inſtit. Imò, ut Lactant. ait, homines etiam gentiles, ſi qua neceſſitas graviùs preſſerit, tunc Deum recordantur; in terrore belli, vi morborum, ſiccitate cæli, tempeſtate, naufragio, &c. ad Deum confugiunt, hunc protinus implorant, ab eo auxilium petunt, &c. & ſuperiùs multis demonſtrat, *cogente* (ut ait) *naturâ, etiam ab invitis pectoribus erumpere veritatem.*

Tertul. in Apolog. Quod & Tertullian. in Apolog. & in libro quem ſcripſit de teſtimonio animi adverſus idola: & poſt
Minutius in Octavio. eum Minutius Felix in Octavio, & alij docent. *Sed*
Ibidem. *fit frequenter,* ait S. Hilar. *ut cùm veri neceſſitas ad confeſſionem Dei nos cogat, oblectatio tamen vitiorum Deum nobis non eſſe perſuadeat.* Quod rectè dicit Hilar. Præcipuè enim Dei ignorantiam incurrit homo per peccatum; unde Apoſtolus deſcribit infideles gen-
1. Theſ. 4. tes: *Gentes,* inquiens, *quæ ignorant Deum.* Davidem
Pſalm. 75. imitatus dicentem; *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt,* &c.

Eò autem cæcitatis devenire, ut dicamus. Non eſt Deus, cauſa eſt & origo maximorum
Pſalm. 9. malorum. Vnde ſequitur in Pſal. *Inquinatæ ſunt*
Pſalm. 51. *viæ illius in omni tempore.* Et: *Corrupti & abo-*
In illû Pſal. *minabiles facti ſunt in iniquitatibus, &c. Cœpit corruptio à mala fide,* inquit D. Auguſt. *inde itur in turpes mores, inde in accerrimas iniquitates.* Inde ſequitur:

Man

Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, ut eſt apud Iſaiam & Paulum: Inde ſequitur: *Venite coronemus nos roſis antequam marceſcant. Opprimamus pauperem juſtum*, &c. ut eſt apud Sapient. Iſai. 22. 1. Cor. 15. Sap. 2.

Secundum genus, eſt eorum qui dicunt Deum non eſſe præſcium futurorum. De quorum numero Cicero fuit, qui ut ſtatuat liberum voluntatis arbitrium, (quo ſublato, omnis humana vita ſubvertitur, fruſtrà dantur leges, fruſtra objurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur: neque ullâ juſtitiâ bonis præmia, & malis ſupplicia conſtituta ſunt:) tollit futurorum præſcientiam, putans eam rebus futuris imponere neceſſitatem; *atque ita dum vult facere liberos, facit ſacrilegos. Nam & confiteri Deum eſſe, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt. Atque ita tentauit inſipiens aſſerere, Non eſt Deus. Nos ut confitemur ſummum & verum Deum*, inquit Auguſtinus, *ita voluntatem, ſummámque poteſtatem ac præſcientiam eius cõfitemur. Nec timemus ne ideò volũtate non faciamus, quod voluntate facimus, quia id nos ille facturos præſcivit, cujus præſcientia falli non poteſt. Quod Cicero timuit, ut oppugnaret præſcientiam.* Rectè D. Proſper: *Neminem Deus ad peccandum cogit: prævidet tamen eos, qui propriâ voluntate peccabunt. Cur ergo non vindicet juſtus quæ fieri non cogit præſcius? Sicuti enim nemo memoria ſua cogit facta eſſe quæ præterierunt: ſic Deus præſcientia ſua non cogit facienda, quæ futura ſunt.* De Divin. & De nat. Deorum. Aug. lib. 5. de Civit. cap. 9. 10. Ibidem. Sentẽt. 379. Ex Aug. de lib. arb. lib. 3. cap. 5.

Eundem errorem Ciceronis recitans & confutans Boëtius; *Credimus quidem*, inquit, *quæ Deus futura eſſe prænoſcit eventura, nihil tamen ut eveniant, ſui naturâ, neceſſitatis habere. Quod hinc* Lib. 5. de conſolat. proſ. 4.

facilè

facilè perpendere licebit. Plura etenim dum fiunt, ſubjecta oculis, intuemur; num igitur quicquam illorum ita fieri neceſſitas, ulla compellit? Quæ igitur cùm fiunt carēt exiſtendi neceſſitate, eadem priuſquam fiant, ſine neceſſitate futura ſunt. Hæc igitur etiam præcognita, liberos habent eventus. Nam ſicut ſcientia præſentiū, nihil his quæ fiunt, ita præſcientia futurorū, nihil his quæ ventura ſunt, neceſſitatis important. Vt omittamus quod ait Origenes:

Super Gen. Quod futurum eſt, cauſam eſſe cur id eventurum præviderit Deus: itaque non id fieri quia præſcitur; potiùs contrà, præſcivit, quia futurum eſt. *Fuit quidam in noſtro Monaſterio*, ait S. Aug. *qui corripientibus fratribus, cur quædam non faciēda faceret, & facienda non faceret, reſpondit; Qualiſcunque nunc ſim, talis ero, qualem me Deus futurum eſſe præſcivit. Qui profectò & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum: ſed uſque adeò profecit in malum, ut desertâ Monaſterij ſocietate, fieret canis reverſus ad vomitum ſuum, & tamen qualis adhuc futurus ſit, incertum eſt. Nunquid ergo propter hujuſmodi cauſas, ea quæ de præſcientia Dei vera dicuntur, vel neganda ſunt, vel tacenda, tunc ſcilicet, quando ſi non dicantur, in alios itur errores?* Ita Auguſtinus.

De bono preſever. cap. 15.

2. Pet. 2.

Tertium genus eorum eſt qui dicunt, Non eſt noſter Deus, id eſt, non curat res humanas: contra innatum conſcientiæ remorſum. Sicut enim qui benè agit, naturaliter gaudet; ſic qui peccat, naturaliter metuit, remorſumque conſcientiæ patitur. Et unde hoc, ſi nonſit qui res humanas curat? Epicurus dictus orbis ſolatium, quòd homines magno timore liberaſſet, tollens Dei providentiam; hinc ejus imaginem ubique pictam habebant, publicè, privatim. *Si enim providentia non præſidet*

præſidet rebus humanis, inquit D. Auguſt. *nihil eſt de religione ſatagendum.* Ariſtoteles aſſeruit, S. Ambroſio teſte, *Dei providentiam uſque ad lunam deſcendere*; ſublunaria eſſe extra ejus providentiam, & latione quadam temerariâ ferri, prout contingit: tanquam dicens cum impiis; *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.* Propter quod videtur Gregorius Theologus, Ariſtotelis *parcam appellaſſe providentiam.*

De utilit. credendi cap. 16. Lib. 1. Offi. cap. 13. Vide Greg. Niſſe. de provid. Iob. 22.

Putabant enim indignum eſſe, quod tam beata ſubſtantia hujuſmodi vilibus ac minutis rebus ſe immiſceret.

Non vacat exiguis rebus adeſſe Iovi, — Ovidius.

dicebat ille. Quemadmodum maximi Reges non ad quævis ſe demittunt; Vnde ſunt illi verſus apud Lucanum Cæſaris ad milites tumultuantes; — Lib. 5.

Numquam ſe cura Deorum
Sic premit ut veſtræ vitæ, veſtræq; ſaluti
Fata vacent, procerum motus hæc cuncta
Sequuntur. Humanum paucis vivit genus.

Et dicit Averroes; *Intellectus divinus vileſceret, ſi minima naturæ attenderet.* — Lib. 12. Metaphyſ.

Deinde putabant, quòd beatitudo & quies ejus perturbaretur, ſi totius Vniverſi negotia humeris ejus incumberent; infinitum ac immenſum Deum ſecundum hominem metientes. *Omnia tanquam ſingula, & ſingula tanquam omnia curat*, ait S. Auguſt. *Operis ſui curam nequaquã negligit, nec unquam deſerit, quod condendũ putavit*, inquit D. Ambr. Et ſcriptura divina; *Puſillũ & magnũ ipſe creavit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Attingit à fine uſq. ad finem fortiter, & diſponit*

Lib. 3. Cõf. cap. 11. Amb. Ibidẽ Sap. 6. & 8.

Lib. 5. Conf. cap. 1. & li. 7. ca. 6. *ponit omnia ſuaviter. Ejus imperium,* ait Auguſt. *à cœlis uſque in nouiſſima juſtum & integrum, ab eo adminiſtratur mundus uſque ad arborum volatica folia.*

Ex eo autem maximè arbitrati ſunt non eſſe providentiam rerum humanarum, quòd *univerſa æquè eveniant juſto & impio* Imò, quòd impio benè ſit, & malè juſto; hic affligatur, ille proſperetur. *Telamon,* inquit Cicero, *uno verſu locum totum conficit: utrum Dii homines negligant. Nam ſi curent, bonis benè ſit, malis malè; quod nunc abeſt. Debebant quidem illi omnes bonos efficere, ſi quidem hominum generi conſulebant. Sin id minus, bonis quidem certè conſulere debebant.* Vnde Ariſtoteles docuit ad bonos mores pertinere, dolere de ſe undis rebus impiorum: contra Scripturam dicentem; *Noli æmulari in malignantibus.* Democritus verò oculos ſibi eruit, ne videret malis benè eſſe, ut Agellius tradit, tantam ordinis perturbationem, ut ipſe putabat, videre non ſuſtinens. Audi Claudianum Poetam;

Eccleſ. 9. Lib. 3. de Nat. Deor. Lib. 2. Rhetoric. Pſalm. 36. Lib. 10. Noct. Attic. cap. 17. Claud. li. 1.

Sæpè mihi dubiam traxit ſententia mentem
Curarent Superi terras: an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu:
Quum res humanas tantâ caligine volvi
Aſpicerem, lætoſq; diu florere nocentes,
Vexarique pios, &c.

Ierem. 12. Habac. 1 Iob. 21. Serm. 5. de Quadrag. Pſalm. 24.

Imò & Sanctos iſta res non leviter perturbavit. Vnde D. Leo; *Licet omnium fidelium corda non dubitēt, nullis hujus mūdi partibus, nulliſque temporibus providētiam abeſſe divinam, nec de ſtellarum poteſtate, quæ nulla eſt, ſæcularium negotiorum pendere proventus, ſed æquiſſimo, & clementiſſimo ſummi regis arbitrio cuncta diſponi; quoniā, ſicut ſcriptū eſt, univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas: tamen cùm quædam non ſecundùm deſideria*

ria noſtra procedunt,& ſub humani judicij errore,ſuperior plerumque eſt iniquæ cauſa, quàm juſti, vicinum nimis, atque contiguũ eſt, ut etiã magnanimos iſta cõcutiant & in aliquod illicitæ cauſationis murmur impellant. Adfert exemplum de Davide: *Mei autem penè moti ſunt pedes*, inquit, *pacem peccatorum videns*, &c. Pſalm. 72.

D. Gregorius Nazianzenus, ſcribens ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinop. cùm abundaret ibi hæreſis, *Viſa eſt*, inquit, *cura Dei penitus dereliquiſſe præſentem vitam, quæ temporibus ante nos Eccleſiam cuſtodiebat*. Sic & S. Baſilius, audiens perſecutiones Eccleſiæ Alexãdrinæ; *An*, ait, *Eccleſias ſuas prorſus reliquit Dominus*. Dicit Saluſtius? *Sæpè prava magis quàm bona conſilia proſperè evenire*, non *quòd*, ut ait, *pleraſque res fortuna ex libidine ſua agitet*, ſed quòd bonos conatus, vel impedientibus peccatis, vel ſecretiori aliâ divini conſilij ratione, cæleſtis providentia non ſecundet. Epiſt. ad Nectar. Epiſt. 71. Orat. 2. ad C. Cæſar.

His omnibus reſpondet D. Ambroſ. adducto Lazari mendici, & divitis epulonis exemplo; cui dictum eſt; *Recepiſti bona in vita tua; Lazarus ſimiliter mala; nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Meritorum*, ait Ambroſ. *aut præmia aut ſupplicia, poſt mortem manere; & rectè, quia in certamine labor eſt, poſt certamen*, (quod non niſi poſt mortem finitur) *aliis victoria, aliis ignominia*. Et D. Cyprian. *Cùm crebris*, inquit, *imò continuis exacerbetur offenſis Deus, indignationem ſuam temperat & præſtitutum ſemel retributionis diem patienter exſpectat. Cumque habeat in poteſtate vindictã, mavult diu tenere patientiam, ſuſtinens ſcilicet clementer & differens, ut ſi fieri poteſt, multùm malitia protracta, aliquando mutetur; & homo in errorum & ſcelerum contagione volutatus, vel ſerò ad Dominum convertatur, ipſo* Li. 1. Offic. cap. 13. Lib 1. Offi. cap. 13. De bono patient.

Ezech. 18. *monente & dicente; Nolo mortem peccatoris, tantùm ut revertatur & vivat*, &c. Chryſoſt. verò, *Malorum*, inquit, *proſperitas* (quâ deteriores redduntur) *non eſt Dei remuneratio, ſed contemptio: bonorum autem afflictio* (quâ probantur & purgantur) *non eſt ira Dei, ſed admonitio.* Imò declarat Auguſt. quòd etiam hîc nulli bono malè ſit, nulli malo benè. *Sed quod nunc eſt in occulto, pòſt erit in manifeſto.* Vide ibi Auguſt.

Ser. 27. in Nov. Verba habes p. 1. Mo. ult.

MONITVM VI.

Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

Ioan. 12.

Tract. 51. in Ioan. ult. HInc, inquit D. Auguſt. *quidam maligni atque perverſi homines, & in ſemetipſos crudeliores, & ſceleratiores homicidæ, flammis ſe donant, aquis ſe præfocant, præcipitio ſe collidunt, & pereunt. Hoc Chriſtus non docuit: imò etiam diabolo præcipitium ſibi ſuggerenti, reſpondit; Vade ſatana. Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, ſignificans quâ morte clarificaturus erat Deum; Cùm eſſes junior, cingebas te, & ambulabas quò volebas: cùm autem ſenueris, alter cinget te, & ducet quò tu non vis. Vbi ſatis expreſſit non à ſeipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſequitur Chriſti.*

Matt. 4. Ioan. ult.

Vetat Pytagoras, ait Cicero, *injuſſu Imperatoris; id eſt, Dei, de præſidio & ſtatione vitæ diſcedere.* Et rurſum; *Retinendus eſt animus, in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, à quo ille datus eſt, ex hominum vita migrandum, ne munus aſſignatum à Deo diffugiſſe videamur.* Vetat Conc. Bracar. I. orare pro talibus. Et iiſdem in inferno certa pœnarum loca tribuit Poëta.

De ſenect. Lib. 6. de Repub.

Proximæ

Proxima deinde tenent mœſti loca, qui ſibi lethum Æneid. lib. 6.
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Projecere animas. De quorum ſera pœnitentia mox ſubdit,

——— *Quàm vellent ætere in alto*
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Dicit S. Auguſt. *Nuſquam in Scripturis divinitus nobis præceptum, permiſſúmve reperiri poteſt, ut vel ipſius adipiſcendæ immortalis, vel ullius carendi, cavendive mali cauſa nobiſmetipſis necem inferamus. Qui enim hoc faciunt velut fugiendo moleſtias temporales, incidunt in perpetuas: qui propter aliena peccata, eo ipſo incipiunt habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum. Qui propter ſua peccata præterita, ſtultus eſt, cùm propter hoc magis hâc vitâ opus eſt, ut poſſint pœnitendo ſanari. Sunt alij qui ſpontaneam ſibi mortem intulerunt, velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur; ſed reos ſuæ mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit: Alij ne in peccata irruerent, iiſque conſentirent; ſed non ſunt facienda certa, ut evadamus incerta; non ſunt facienda mala: ut eveniant bona.* Cleombrotus lecto Platonis libro, ubi diſputat de immortalitate animæ, de muro ſe præcipitem dedit. De quo extat epigramma Callimachi è Græco tranſlatum:

August. de civit. Dei, li. 1. c. 18. 20. 22. & ſeq.

Rom. 3. Cicer. lib. 1. Tuſc. quæ Plato in Phædone.

Vita vale, muro præceps delapſus ab alto,
Dixiſti moriens. Ambrociota puer:
Nullum in morte malũ credens, ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Et Hegeſias Philoſophus tantum valuit eloquentiâ, ut mala vitæ hujus repræſentando, eorum miſerandâ imagine audientium pectoribus inſertâ, multis voluntariæ mortis appetendæ cupiditatem ingenerârit. Ideoque à Rege Ptolomæo

 ulteriùs

Lib. 8. c. 10. ex Cic. li. 1 Tuſq. q.

ulteriùs hac de re diſſerere prohibitus eſt, ut teſtatur Valer. Max. Sic & Cato Uticenſis, lecto paulò ante mortem Phædone Platonis, ne in manus hoſtis perveniret, ſibi manus intulit; de cujus morte quid potiſſimùm dicam, ait Auguſt. *niſi quod amici ejus etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentiùs diſſuadebant, imbecillioris quàm fortioris animi, facinus eſſe cenſuerunt? quo demonſtraretur non honeſtas turpia præcavens, ſed infirmitas adverſa non ſuſtinens.* Factum tamen Catonis laudat Seneca, & viri fortis eſſe ſeipſum occidere, docet in lib. de Providentia. Et alibi, *Si*, inquit, *inutile miniſteriis eſt corpus, quidni oporteat educere animam laborantem? Proſiliam ex ædificio putrido & ruenti. Malè ais, ô Seneca, & multa benè dicta uno polluis malè dicto. Miror unde tam triſtis ſententia tanti viri pectus invaſerit*; inquit Petrarcha.

De Civit. lib. 1. c. 23.

Sen. de provident.

In Epiſt.

Lib. 2. cap. 118. de remed.

Lib. 1. de Corell. ep. 12.

Plinius junior de Corellio, qui fame ſe enecavit, ut morbi cruciatus evaderet; dicit, *quòd eum ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt, ad hoc conſilium compulit. Impetu quodam ad mortem currere*, inquit, *commune cum multis*; *deliberare verò & cauſas ejus expendere, utque ſuaſerit ratio, vitæ mortiſque conſilium ſuſcipere, vel ponere, ingentis eſt animi.* Idem eodem lib. de alio ſcribit, qui idem decreverat, ſi medici morbum judicaſſent inſuperabilem.

Eod. lib. ad Catill. epiſt. 22.

Idẽ Plinius in epiſt. lib. 3. epiſt. 16. & Martial.

Cùm matrona quædam Accia nomine cujus maritus fœdo atque inſanabili ulcere cruciabatur, ex medicis cognoviſſet nullam eſſe vitæ ſpem reliquam; ad mariti lectulum aſtans, gladium adegit pectori atque in medio vulnere ad illum converſa; *Non ſentio*, inquit, *non dolet: juvat etiam mori tecum.*

2. Mach. 14. Epiſt. 61.

Afferebant Donatiſtæ ad authoritatem ſceleris quo ſeipſos perdebant, exemplum Raziæ, ex lib. Machab.

Machab. Ad quod D. Aug. *Quamvis*, inquit, *homo ipſe fuerit laudatus, factum tamen ejus narratum eſt, non laudatum: & judicandum potiùs quàm imitandũ ante oculos conſtitutum. Non ſanè noſtro judicio, ſed doctrinæ ſacræ in Scripturis expreſſæ, à qua ille lõgè abfuit, quæ ita ait: Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe; & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. Non fuit iſte vir eligendæ mortis ſapiens, ſed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptum quidem eſt, quòd voluerit nobiliter & viriliter mori, nunquid ideo ſapienter? Dicit Scriptura, Innocentem & juſtum non occides: aut innocens & juſtus fuit iſte Razias, aut non: Si non fuit, cur proponitur imitandus? ſi fuit, quare interfector innocentis, & juſti, id eſt, ipſius Raziæ, inſuper putatur eſſe laudandus?* Eccleſ. 2. Vide Aug. de patient. cap. 13. Lib. 2. con. Gaud. cap. 30. 31.

Similiter loquitur de Lucretia Romana, quam Romani maximâ prædicatione laudare ſolent: *Quod ſeipſam*, inquit, *quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera, occidit, non eſt pudicitiæ charitas, ſed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in ſe commiſſæ, etiamſi non ſecum: & Romana mulier laudis avida nimium verita eſt, ne putaretur, quod violenter paſſa eſt, cùm viveret, libenter paſſa, ſi viveret. Aut adultera fuit, aut pudica. Si adultera, cur laudata? ſi pudica, cur occiſa?* Nec iſta animi magnitudo ubi quiſque non valendo tolerare vel quæque aſpera, vel aliena peccata, ipſe ſe interimit. Magis enim infirma deprehenditur, quæ ferre non poteſt vel duram corporis ſervitutem, vel ſtultam vulgi opinionem: *majorque animus meritò dicendus eſt, qui vitam ærumnoſam magis poteſt ferre, quàm fugere; & humanum judicium, maximè vulgare, quod plerumque caligine erroris involvitur, præ conſcientiæ luce ac puritate contemnere.* Lib. 1. Civit. cap. 19. Ibid. c. 22. Ibid. c. 22.

Sed nónne legimus quaſdam ſanctas fœminas, Vide p. 2. Mon. 27.

tempore perſecutionis,ut inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent,ſeipſas interemiſſe,quarũ Martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrimâ frequẽtantur?Ita.Sed hoc fecerunt non humanitus deceptæ,ſed divinitus juſſæ,nec errantes,ſed obedientes.*Sicut Sãſon laudabiliter ſeipſum cũ hoſtibus ruinâ domus oppreſſit,quia ſpiritus hoc latenter juſſerat, qui per illum miracula faciebat.Cùm autem Deus jubet,quis obedientiam in crimen vocet?quis obſequium pietatis accuſet?*Sicut autem homo non eſt dominus vitæ ſuæ,ita nec membrorum ſuorum:ideoque ſicut vitam, ſic nec aliquod membrum ſibi auferre poteſt, niſi quando ad totius corporis ſanitatẽ id eſt neceſſariũ.Vnde Poëta:*Truncantur artus Vt liceat reliquis ſecurè vivere membris.*

Ibid.c.21.

Pro ſpiritali autem ſalute animæ, numquam licet homini ſeipſum mutilare : neque enim integritas membrorum peccati cauſa eſt, ſed voluntas. Vnde ſtultè fecit Origenes ſe caſtrando, ſimpliciùs interpretatus illã Scripturam : *Qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum*:unde & ſecta orta Eunuchorum,de qua Epiphan.Eo tamen animo,ut infidelibus omnem obtrectandi anſam adimeret, quoniam non ſolùm cum viris, ſed & fœminis divinos ſermones conferebat. Non laudat autem Dominus in Evangel. ſeſe caſtrantes, corporaliterve exſecantes, cùm in veteri teſtamento nec bruta caſtrari voluerit: ſed laudat eos, qui ab omni concubitu abſtinent, & impudicitiam oculorum, & cogitationum reſecant. Non enim à membro, ſed à propoſito incontinentiæ,& mente negligenti impudicitia fomẽtum habet.

Euſeb. li. 6. c. 7. Hiſt.

Matth. 19.

Hæreſi.58.

Levit. 22.

Imò *nec ſpadonibus deeſt carnis concupiſcentia,quæ pudicè cõprimatur & quamſpadonũ quoque caſtitas frenat,* inquit,S.Aug.*minus quidem laborioſa,quia ubi materiã*

de

de qua operetur non invenit, minus adverſus eam libido cõſurgit. Moventur enim & ipſi cõcupiſcentiæ carnalis affectibus, licet deſtituti carnis effectibus. Alioqui nõ inde adhiberetur ſimilitudo in Eccleſiaſtico. Vidẽs oculis & ingemiſcẽs, quaſi ſpado cõplectẽs virginẽ, & ſuſpirãs, licet irrito conatu. Et refert Calligonum Eunuchum Imperatoris Valentiniani junioris *ob turpitudinem gladio ultore punitum, meretricis confeſſione convictum.* Refert & D. Baſil. confeſſam eſſe mulierẽ, Eunuchũ, cui illa à Domino, ſeu viro ſuo credita fuerat, quaſi virũ impudicè ſibi cõmiſceri ſolitũ: præſumebatque actũ turpitudinis ipsâ ſuâ infecũditate, & ſeminis privatione ſecuriùs. Eccleſ. 30. Lib. 6. con. Iulia. cap. 5. De vera Virginit.

Item aliam quandam cum ejulatu faſſam, quòd in cubiculo ipſius Eunuchus fuerit, qui illam vitioſo complecteretur affectu, totuſque toti affuſus, cùm non haberet, quo poſſet concupiſcentiæ ſuæ ſatisfacere, dentibus utebatur, ardentem in carne concubitus rabiem morſibus indicans, &c. quæ cùm ejus turpes conatus adverteret, execrata eſt hominem. *In longam ſecuramque libidinem exectus ſpado*, ait S. Hieron. Hinc non vult Lætæ filiam cum Eunuchis eſſe, *quòd non deponant animos maritorum.* Unde & Martialis ad Domitianum Imp. qui reſtituerat leg. Iuliam de adulteriis, ſimul vetans quenquam caſtrari; Lib. 1. in Iovinian. In epiſt. ad Lœtam.

Nec Spado jam nec mœchus erit, te Præſide quiſquam;
At priùs, ô mores, & ſpado mœchus erat.

MONITVM VII.

Mortificate Concupiſcentiam malam.

Coloſſ. 3.

NOtum eſt naſci hominem cum concupiſcentia mala, pravum & perverſum, quam perverſitatem ex primi parentis peccato contrahit;

quâ Deo ejuſque legi contrariatur. Quæ concupiſcentia etſi in infante non appareat, quamdiu neque in bono neque in malo cogitatione verſatur,
Aug.lib.21. Civit,ca.23. quia in *illo utrumque conſopitum vacat, & bonum naturale rationis, & malum originale peccati*: attamen temporis progreſſu ſe prodit, quando puer creſcendo vana cupit, vana ſapit, & contra ſemetipſum
Rom. 7. pugnare incipit. *Sine lege enim Concupiſcentia mortua eſt in infante*, & quaſi non ſit, latet occulta; *ſed cùm venit lex*, id eſt, cùm accedente mentis judicio, lex illi innoteſcit, tunc ipſa Concupiſcentia, vivendo, atque mala operando ſe prodit, & qualis fuerit etiam tunc cùm veluti profundâ ebrietate in infante ſopita jacebat, oſtendit.

Eſt autem diſperſa per totum hominem: Unde S. Ambroſ. in Apolog. David cap. 2. *Concipimur in peccatis & in delictis naſcimur, nec unum tantum habet*
1 *natura contagium*. Per illud enim vitium, cùm ad annos diſcretionis pervenimus, impedimur, ne de Deo
1. Cor. 2. & legitimo ejus cultu veritatem recipiamus, id eſt, per illud fit, ut terrena ſapiamus, & non percipiamus ea quæ ſunt ſpiritus Dei, niſi ipſe mentes no-
2 ſtras illuminet: per illud fit ut Deum, & juſtitiam ejus etiam cognitam non amemus, niſi *Charitas Dei*
Rom. 5. *diffundatur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*, ut amor mundi, cum quo naſci-
3 mur, in Dei amorem commutetur; per illud etiam fit ut inferiores partes animæ erga ſuperiores ſint in-
Aug. de Civit.li.14. cap. 16. obedientes, & membrum genitale rebellet contra imperium rationis, *& ſic ſuâ lege ad opus proprium concitatur, ut neque cùm mens voluerit, exurgat; neque*
4 *cùm mens voluerit, conquieſcat*. Quod vitium etiam ab improbis idololatris improbatur: tametſi Caſſ.

Collat,

Collat. 4. bonum eſſe imperitè affirmet, & à Deo.

Etſi autem Apoſtolus fontem Concupiſcentiæ, quæ ſpiritum rectum oppugnat in carne conſtituere videatur, unde ait, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum*: eodem tamen loco inter opera carnis enumerat inimicitias, contentiones, emulationes, animoſitates, invidias, quorum omnium caput & origo ſuperbia eſt, quæ ſine carne in diabolo maximè dominatur. Vide Aug. de Civit. li. 14. ca. 3. & ſeq.

Unde D. Chryſoſt. *Non hic*, inquit, *carnem corpus appellat, quomodo alioqui conſentaneum eſſet, quod mox dicitur; Caro concupiſcit adverſus ſpiritum? atqui corpus non eſt de numero eorum, quæ movent, ſed quæ moventur: non de numero eorum quæ agunt, ſed quæ aguntur. Quomodo igitur concupiſcit, quandoquidem Concupiſcentia non carnis eſt, ſed animi? Sed ſolet Paulus appellare carnem, non corporis naturam; ſed pravam voluntatem: veluti cum dicit: Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu*. Et, *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*. Sic & D. Auguſt. non corporis naturam, nomine carnis eſt interpretatus, ſed hominem quâ parte adhuc ſecundùm ſeipſum, non ſecundùm Deum vivit. In hunc locum Pauli. Gal. 5. Rom. 8. Lib. 6. con. Iulia. cap. 5.

Vivit autem ſecundùm ſeipſum ac proinde carnaliter, etiam tunc quidem cùm ſecundùm mentem ſuam vivit, naturamque optimam ducem (ut ille ait) tanquam Deum ſequitur, ſi non mens ipſa, naturáque ſpiritus evadat, id eſt, ſi non cæleſti gratiâ renovata, ſpiritualis efficiatur. *Quod enim natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt*. Hoc autem tunc demum conſecuta mens eſt, cùm non ſeipſam, ut Deum ſequitur, ſed cùm Deo ſuo ſubjecta, ſinceraque illi charitate adhærens, ea ſapit quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. Tum Ioan. 3. Coloſ. 3.

igitur ſecundùm Deum vivens anima, ſpiritualiſque effecta, adverſus carnem concupiſcit, eíque bello quotidiano reluctatur, id eſt, *motibus ſuis anima quos habet ſecundùm ſpiritum, adverſatur aliis motibus ſuis, quos habet ſecundùm carnem,* id eſt, ſecundùm vitioſitatis innatæ vetuſtatem, quam non ſtatim exuit, ſed proficiendo quotidie minuit.

Aug. ibid.

Cur autem Concupiſcentia in homine mala ſit & non in brutis, docet D. Auguſt. cont. Iulian. *Quia in eis non concupiſcit adverſus ſpiritum, ſed eorum potiùs oblectat ſpiritum. Non enim habent rationem, quâ libidines ſubjugent ſuperando, fatigentve pugnando.* Bonum ergo eſt pecoris, cujus ſine ulla repugnantia delectat ſpiritum; malum autem hominis, quo concupiſcit adverſus ſpiritum, qui & rationem habet, qua concupiſcentias ſubjuget ſuperando, fatigétve pugnando. Et ut idem alibi, *Tanta excellentiæ eſt in comparatione pecoris homo, ut vitium hominis, natura ſit pecoris.* Præmiſerat Auguſt. *Etſi homo in honore poſitus, & non intelligens comparatur pecoribus, eiſque ſimilis ſit, non tamen uſque adeo ſimilis ſit, ut pecus ſit. Comparatur namque per vitium, non pecoris vitio, ſed natura. Nec tamen ideo natura hominis in naturam vertitur pecoris, ac per hoc Deus hominem damnat*, inquit, *propter vitium quo natura dehoneſtatur, non propter naturam, quæ vitio non aufertur.*

Cont. Iulia. lib. 4. c. 14.

De peccat. Orig. lib. 2. cap. 40. Pſal. 48.

Manet autem Concupiſcentia in homine juſto etiam poſt baptiſmum ad agonem, & ut *dum pugnatur adverſus eam, periculorum ſuorum admoneatur animus, ne ſecurus infletur, donec humana fragilitas ad tantam perfectionem perveniat ſanitatis, ubi nulla putredo concupiſcentiæ, nullus ſuperbiæ tumor formidetur. Sic virtus in infirmitate perficitur, quia & pugnare infirmitatis*

De pec. merit. li. 2. cap. 4. Lib. 40. in Iulia. ca. 2.

2. Cor. 12.

tis eſt. Quantò enim quiſque vincit faciliùs, tantò minùs pugnat. In ſemetipſo autem quis pugnaret, ſi nihil ex ſemetipſo ei repugnaret? Et quid nobis repugnat ex nobis, niſi quod adhuc curatur, ut ſanetur in nobis? Ergo in nobiſmetipſis ſola eſt infirmitas cauſa pugnandi, & rurſus infirmitas admonitio eſt, non ſuperbiendi.

Non tamen in tali juſto baptizato peccatum eſt, quando ei ad illicita non præbetur conſenſus, *quia* videlicet *non amplius ineſt illi inobedientia contra dominatum mentis*, id eſt, evertens dominatum mentis: quia jam non regnat nec amplius dominatur hominis voluntati, ut antè. *Non ergo propter remanentem concupiſcentiam dicunt in oratione baptizati; Dimitte nobis debita noſtra: nec ideò verum eſt, quod non ſumus ſine peccato, quia ipſa operatur in membris, repugnans legi mẽtis, etiam non ſibi ad illicita conſentientibus nobis. Quantũ enim ad nos attinet, ſine peccato ſemper eſſemus, donec ſanaretur hoc malum, ſi ei numquam conſentiremus ad malum; ſed in quibus ab illo rebellante, etſi non lethaliter, ſed venialiter, tamen vincimur, in his contrahimus, unde quotidie dicamus; Dimitte nobis debita noſtra. Vocatur autem hæc concupiſcẽtia ab Apoſtolo interdum peccatũ: ſive quòd peccato facta ſit, ſive quòd ad peccatum inclinet, & peccandi delectatione moveatur, etiamſi ei, vincente delectatione juſtitia, non conſentiatur: Sicut manus vocatur Scriptura, quam facit manus: & frigus dicitur pigrum, quòd pigros faciat.* Sic alibi D. Auguſt. Cùm rogaſſet quæ petamus dimitti nobis, cùm dicimus; Dimitte nobis debita noſtra: utrum quæ nos operamur, quando peccati deſideriis obedimus, an ipſa deſideria dimitti nobis volumus, quæ nos non operamur, ſed quod habitat in nobis peccatum. Reſpondet. *Quantum ego ſapere poſſum, languoris illius & infirmita-*

Cont. Iulia. lib. 5. c. 3.

Lib. 2. ibid. in fine.

Cont. 2. epiſt. Pelag. lib. 1. c. 13.

Rom. 7.
In Pſalm. 118. conc.

3. De perf. juſt. in fin. *infirmitatis, unde illicita deſideria commoventur, quod peccatum vocavit Apoſtolus, univerſus reatus Sacramento baptiſmatis ſolutus eſt: nec deinceps languor iſte nobis obeſſet, quamuis ineſſet, ſi deſideriis ejus illicitis nullis unquam obedientiam præberemus.*

Et de perfect. juſtit. *Non opus eſſet*, inquit, *hæc dicere ſi nunquam, vel in lapſu linguæ vel in oblectanda cogitatione concupiſcentiæ deſideriis aliquantulum conſentiremus.*

Non eſt autẽ neceſſe ut in vitioſam cupiditatẽ degeneret, quicquid non fuerit ex charitate profectum, cum medius ſit amor quidã in quo etſi meritũ regni cæleſtis nõ acquiritur, peccati tamen maculæ vitantur. Nam ut verum ſit regnatẽ in homine cupiditatẽ naturalis amoris impetus ſæpè corrumpere, ſibíque ſervire cogere, non tamen neceſſe eſt, ut in omni naturæ motu & opere atque actione vitæ ſe illa exerat, ſemperque ac indeſinenter ſua venena profundat ac ſpargat, *Cùm poſſit etiam ineſſe cõcupiſcentia* (S. Auguſt. teſte), *quando nulla ſit tentatione commota.*

Interdum igitur quaſi per inducias naturalis amor ſe profert liberiùs, ſicque tendit ad aliquem honeſtatis finem, ut ad illicitum ac illegitimum non detorqueatur. Sicut enim Fides & Charitas, quamvis in homine dominentur, non tamen ſibi omnes ejus motus atque actus vindicant, ſed ea non obſtante & quaſi dormiente ſuum furtim agit negotiũ innata cupiditas, ex qua ſanctiſſimi quíque venialiter ſæpè delinquunt : ita neque infidelitas nec concupiſcentia ſic hominem poſſident vitioſum, ut nullũ omnino naturæ motũ à ſua dominatione liberum eſſe patiantur. Quambrem ut neque; fidelis omnia fideliter, neq; avarus omnia avarè, nec injuſtus

juſtus omnia injuſtè facit;ita nec infidelē neceſſe eſt omnes ſuas operationes infideliter peragere.

Maximum autē nobis eſt ab iſta interna concupiſcentia periculū.Unde idē Aug. *Dicit Apoſtolus;Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnē.Grave bellū,& quod eſt moleſtius,internū.In quo bello ſi ſit quiſque victor,illos quos non videt inimicos,continuò ſuperabit.Non enim tentat diabolus, vel angeli ejus,niſi quod in te carnaliter dominatur.*Et alibi;*Dicit Apoſtolus;Neque locum detis diabolo.Dant autē locum homines diabolo,& concupiſcentiis ſuis.Nō enim vident diabolum homines cū quo pugnant : ſed facile habent remedium : ſeipſos interius vincant,de illo foris triūphant.*Sic & D. Ambr. In hac vita *humanam juſtitiā,in quadā militia, belloq;cōſtituit,nō ſolùm adverſus æmulas aëreas poteſtates,ſed adverſus ipſas noſtras cupiditates,per quas & illi exteriores inimici nos dejicere, vel penetrare moliuntur.*

In Pſal. 143. Galat. 5. Epeſ. 4. Serm. 23. in Nou. Apud Aug. lib. 2. c. 9. cont. Iulia.

Duplices autem cupiditates idem Auguſt. dicit eſſe in homine:*Cum aliquibus enim nati ſumus,*inquit, *aliquas cōſuetudine fecimus.Nam propter illas cum quibus nati ſumus,baptizātur infantes,ut ſolvantur à reatu propaginis malæ,quam habuerunt.Conſuetudini ergo ſemper repugnandum,quia ipſa concupiſcentia,cum qua nati ſumus , finiri non poteſt , quamdiu vivimus. Quotidie minui poteſt , finiri non poteſt.*

Serm. 49. in Nou.

Stoicorum opinio fuit,ait D. Hieron. perturbationes omnes poſſe extirpari de mētibus,& nullā fibrā radicēq;vitiorum in homine omnino reſidere, meditatione & aſſidua exercitatione virtutum. *Adverſū vos,*inquit,*& Peripatetici & Academici novi fortiſſimè diſputant,& eorū nō dico res ſed umbras,& vota ſubvertunt. Quæ etiam & Origenis ſententia fuit. In eo enim Pſalmo ubi ſcriptum eſt;Inſuper & uſq;ad noctem increpuerunt*

Ad Cteſiph. Vid. Cicero. in fine lib. 3. Tuſc. q. Pſal. 15.

puerunt me renes mei: aſſerit virũ ſanctũ cũ ad virtutũ venerit ſummitatẽ, ne in nocte quidẽ ea pati quæ hominum ſunt nec cogitatione vitiorũ aliquo titillari. Doctrina ergo iſta Origenis ramuſculus eſt. Sed hoc eſt, inq. Hiero. *ex homine hominẽ tollere, & in corpore cõſtitutũ eſſe ſine corpore; & optare potius quã docere, dicente Apoſtolo; Miſer*
Rom. 7. *ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? Video aliã legẽ in mẽbris repug. leg nõ quod volo, hoc ago; ſed, &c. Apathia autem dupliciter accipi poteſt. 1. Vt ſine illis affectionibus vivatur quæ cõtra rationem accidunt mentemq. perturbãt; hæc bona & optanda, & erat in primo ſtatu. 2. Vt animum nullus omnino contingere poſſit effectus qui ſtupor omnibus vitiis peior eſt, & homo vel ſaxum, vel Deus eſt.*

vide Non. 89. Sed cur homines hujuſmodi vitiis ac concupiſcentiis, ex quo concepti ac nati ſunt, magis minuſvè laborant? Niſi quia Deus quoſdam ſecundùm altitudinem Sapientiæ ſuæ, valdè malos naſci permittit? per quos oſtendat, quanta fuerit virtus primæ
Iob 31. Sap. 8. tranſgreſſionis, etiam ad ſubverſionem totius poſteritatis. Aliis verò naturaliter utcumq; bonam indolem tribuit, ut ex his veluti primæ integritatis veſtigiis cognoſcatur, & quanta initio fuerit humanæ conditionis excellentia, cujus tam præclara ſunt veſtigia; quàm multiplex ſit conditoris benevolentia, qui creaturam à ſe fugientem, etiam in reprobis hominibus, præclaris naturæ dotibus ornare non ceſſat. Diverſitas enim iſta vitiorum ac cupiditatum quæ in eis reperitur, non provenit ex genitorũ aut generãtium ſtudio, & opere, ſed tantùm ex Dei operantis diſpoſitione, qui collatis uni bonis animi dotibus, non permiſit eũ tantum vitiorum naſcendo contrahere, quantum contraxit alter, & quantũ ex vi primæ prævaricationis etiam à generante contraxiſſet, niſi

Deus

Deus corrupti ſeminis actionem, data meliori indole, miſericorditer in eo nonnihil correxiſſet. Iob. 14. Sap. 12.

Si autem quæras quomodo cupiditates malæ, præſertim quæ in anima ſunt quæ non eſt ex traduce poſſint contrahi à primo parente, & deinde ab aliis parentibus? Reſpon. S. Aug. quod quemadmodum rerum corporalium qualitates mirabili modo affectis noſtris ſenſibus, ad memoriam & animā tranſeunt, rurſus ab anima ad corpus, ſicut *colores virgarum quas variavit Iacob, afficiendo tranſierunt in animas pecorum matrum, atq; rurſus eadē affectione tranſeundo apparuerunt in corporibus filiorum; id quod & in fœtibus humanis aliquando legimus contigiſſe. Sic etiam fieri poteſt ut vitia qui animæ parentis adhæſerunt per generationē, non migrando de ſubjecto in ſubjectum; ſed afficiendo mirabili modo in animā filii* (Unde deformis quidā maritus cōjugi ſuæ ne deformes pareret, proponere ſolebat in concubitu formoſam picturam) *tranſeant*, ſicut experientia comperimus filios non tantùm corpore, ſed etiam ingenio, & aliis animæ qualitatibus, quadam lege naturæ parentibus naſci ſimiles. Cont. Iulia. lib. 5. cap. 9. Geneſ. 30.

MONITVM VIII.

Aſperges me, Domine, hyſſ. & mundabor, &c. Pſal. 50.

HYſſopus, herba humilis eſt, ſed medicinalis: ſic crux & paſſio Chriſti deſpecta, ſed medicina mundi. *Noli herbam contemnere*, inquit S. Aug. *vim medicamenti attende. Apta eſt purgandis pulmonibus*, ut medici & experientia docent. *In pulmone autem ſolet notari ſuperbia; illic enim inflatio, illic anhelitus.* Quæ autem aptior medicina ſuperbiæ hominis quàm humilitas paſſionis Filii Dei? Quis non infirmabitur, humiliabitur, videns ante pedes ſuos infirmam & humi- Auguſt. in Pſal. 50. De doct. Chriſt. li. 2. cap. 41. Li. 7. Conf. cap. 18.

Digitized by Google

lem divinitatem, ex participatione tunicæ noſtræ pelliceæ, ex aſſumptione miſeriæ ac mortalitatis noſtræ? Deinde humilis paſſio Chriſti, quæ *gentibus ſtultitia, Iudæis ſcandalum fuit, virtus ac ſapientia eſt credentibus*. Sapientia quidem; quomodo enim poterat ſapientiùs reprimi ſuperbia hominis, quàm per humilitatem Dei? Quomodo poterat ſapientiùs oſtendi gravitas delicti, quàm per acerbitatem ſupplicij? Virtus autem, quia ſceptro crucis, feræ nationes miteſcunt, indomitæ gentes ſub jugum Domini miſſæ. *Ibi, id eſt, in ſceptro crucis*, inquit Auguſt. *abſcondita eſt fortitudo ejus*. Petit ergo Propheta, *aſperges, ſive aſpergas me Domine, hyſſopo*, id eſt, per faſciculum hyſſopi, adſpergas me ſanguine agni, ſive, fac me participem humilis poſſionis Chriſti.

Abac. 3. De Civit. li. 18. ca. 32.

Sed quomodo David petit aſpergi Chriſti ſanguine, qui tunc nondum fuſus erat: particeps fieri paſſionis Chriſti, quæ nondum facta erat? In Apocal. dicitur *Agnus occiſus ab origine mundi*, & ſciebat David, quòd non *eſſet in alio aliquando ſalus, niſi in Chriſto crucifixo*, cujus paſſio, crux, & mors nó ſolùm operatur jam facta, ſed & operabatur futura. Quæ tamen non prodeſt, niſi fide, & Sacramentis applicetur. Unde & D. Proſp. dicit mortem Chriſti eſſe, unicum, potens, efficax remedium, contra omnia vulnera peccatorum; *ſed ſi non bibitur*, inquit, *non medetur*. Et D. Chryſ. *Chriſtus*, inquit, *multò plura exolvit, quàm debeamus: tantoque plura, quanto guttulam exiguam pelagus immenſum excellit*. Sed quo mihi fons plenus atque ſalutaris, ſi inde non hauriam? Malagma vulnus non ſanat, niſi ei applicetur, quod fit, fide, oratione, pœnitentia, Sacramentis, &c. De hac aſperſione ſæpè Scriptura loquitur. Ut

Apoc. 13. Actor. 4. Artic. 1. falſo impoſit. D. Auguſt.

Iſaias

Iſaias, *Iſte aſperget gētes multas, ſcilicet ſanguine ſuo eas mundans*, ait Hieron. *& in baptiſmate Dei conſecrans ſervituti.* Et Apoſtolus ad Hebr. dicit, quòd *aſperſio Sanguinis Chriſti melius loquitur, quàm Abel*: vel quia exemplum patientiæ & martyrij Chriſti melius, & excellentius eſt, quàm Abel: vel quia Sanguis Abel effuſus clamabat vindictam, Chriſti verò miſericordiam. De hac aſperſione & Petrus: *In ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. Electi erant ad hoc*, inquit Beda, *ut per donationem Spiritus ſancti ſanctificarentur, emundati ab omnibus peccatis* per obedientiam Chriſti, quâ obedivit Patri ſuo uſque ad mortem crucis. Et quia illa obedientia Chriſti non omnibus prodeſt, quia non omnibus fide & Sacramentis applicatur, ideò adjicit Petrus: *Secundùm aſperſionem ſanguinis Chriſti*, ita ut dicat illos ſanctificari authore Spiritu Sancto, propter meritum obedientiæ Chriſti, & quia illud meritum eis applicatur.

Iſai. 52. & ibi Hieron.
Hebr. 12.
Geneſ. 4.
1. Petri. 1.
In illum locum Pet.

Variæ ſunt hujus aſperſionis figuræ, in veteri teſtamento. Prima, Aſperſio filiorum Iſrael, quâ aſperſit eos Moyſes dicens; *Hic eſt ſanguis fœderis, quod mandavit ad vos Deus*: ſignificans, quòd ſanguis Chriſti facit nos novi teſtamenti participes, emundans nos ab omni peccato. Secunda, Aſperſio, quâ ſacerdotes in die conſecrationis ſuæ, in extremo auriculæ dexteræ, & in pollicibus dexteræ manus, & dexteri pedis, & quâ tunc veſtes eorum aſpergebantur: ſignificans quòd Chriſti ſanguis facit nos ſacerdotes, offerentes Deo preces, laudes, opera miſericordiæ, & ſimiles hoſtias: hic efficit, ut eum audiamus, & audita compleamus,

Exod. 24.
Levit. 8.
Apoc. 1. & 5.

Digitized by Google

tempore perſecutionis,ut inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent,ſeipſas interemiſſe,quarũ Martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrimâ frequẽtantur? Ita.Sed hoc fecerunt non humanitus deceptæ,ſed divinitus juſſæ,nec errantes,ſed obedientes. *Sicut Sãſon laudabiliter ſeipſum cũ hoſtibus ruinâ domus oppreſſit,quia ſpiritus hoc latenter juſſerat, qui per illum miracula faciebat.Cùm autem Deus jubet,quis obedientiam in crimen vocet?quis obſequium pietatis accuſet?* Sicut autem homo non eſt dominus vitæ ſuæ,ita nec membrorum ſuorum:ideoque ſicut vitam, ſic nec aliquod membrum ſibi auferre poteſt, niſi quando ad totius corporis ſanitatẽ id eſt neceſſariũ.Vnde Poëta: *Truncantur artus Vt liceat reliquis ſecurè vivere membris.*

Ibid.c.21.

Euſeb. li. 6. c. 7. Hiſt. Pro ſpiritali autem ſalute animæ, numquam licet homini ſeipſum mutilare : neque enim integritas membrorum peccati cauſa eſt, ſed voluntas. Vnde ſtultè fecit Origenes ſe caſtrando, ſimpliciùs interpretatus illã Scripturam : *Qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum*:unde & ſecta orta Eunuchorum,de qua Epiphan.Eo tamen animo,ut infidelibus omnem obtrectandi anſam adimeret, quoniam non ſolùm cum viris, ſed & fœminis divinos ſermones conferebat. Non laudat autem Dominus in Evangel. ſeſe caſtrantes, corporaliterve exſecantes, cùm in veteri teſtamento nec bruta caſtrari voluerit: ſed laudat eos, qui ab omni concubitu abſtinent, & impudicitiam oculorum, & cogitationum reſecant. Non enim à membro, ſed à propoſito incontinentiæ,& mente negligenti impudicitia fomẽtum habet.

Matth. 19.

Hæreſi.58.

Levit. 22.

Imò *nec ſpadonibus deeſt carnis concupiſcentia,quæ pudicè cõprimatur & quam ſpadonũ quoque caſtitas frenat,* inquit,S.Aug.*minus quidem laborioſa,quia ubi materiã*

de

de qua operetur non invenit, minus adverſus eam libido cō-ſurgit. Moventur enim & ipſi cōcupiſcentiæ carnalis affe-ctibus, licet deſtituti carnis effectibus. Alioqui nō inde adhi-beretur ſimilitudo in Eccleſiaſtico. Vidēs oculis & ingemi-ſcēs, quaſi ſpado cōplectēs virginē, & ſuſpirās, licet irrito conatu. Et refert Calligonum Eunuchum Imperatoris Valentiniani junioris *ob turpitudinem gladio ultore pu-nitum, meretricis confeſſione convictum.* Refert & D. Ba-ſil. confeſſam eſſe mulierē, Eunuchū, cui illa à Domi-no, ſeu viro ſuo credita fuerat, quaſi virū impudicè ſi-bi cōmiſceri ſolitū: præſumebatque actū turpitudinis ipsâ ſuâ infecūditate, & ſeminis privatione ſecuriùs. Eccleſ. 30. Lib. 6. con. Iulia. cap. 5. De vera Virginit.

Item aliam quandam cum ejulatu faſſam, quòd in cubiculo ipſius Eunuchus fuerit, qui illam vitio-ſo complecteretur affectu, totuſque toti affuſus, cùm non haberet, quo poſſet concupiſcentiæ ſuæ ſatis-facere, dentibus utebatur, ardentem in carne concu-bitus rabiem morſibus indicans, &c. quæ cùm ejus turpes conatus adverteret, execrata eſt hominem. *In longam ſecuramque libidinem exectus ſpado*, ait S. Hieron. Hinc non vult Lætæ filiam cum Eunu-chis eſſe, *quòd non deponant animos maritorum.* Unde & Martialis ad Domitianum Imp. qui reſtituerat leg. Juliam de adulteriis, ſimul vetans quenquam caſtrari; Lib. 1. in Iovinian. In epiſt. ad Lœtam.

Nec Spado jam nec mœchus erit, te Præſide quiſquam;
At priùs, ô mores, & ſpado mœchus erat.

MONITVM VII.

Mortificate Concupiſcentiam malam. Coloſſ. 3.

NOtum eſt naſci hominem cum concupiſcen-tia mala, pravum & perverſum, quam per-verſitatem ex primi parentis peccato contrahit;

Digitized by Google

quâ Deo ejuſque legi contrariatur. Quæ concu-
piſcentia etſi in infante non appareat, quamdiu
neque in bono neque in malo cogitatione verſatur,
Aug.lib.21. quia in *illo utrumque conſopitum vacat, & bonum*
Civit.ca.23. *naturale rationis, & malum originale peccati*: attamen
temporis progreſſu ſe prodit, quando puer cre-
ſcendo vana cupit, vana ſapit, & contra ſemetipſum
Rom. 7. pugnare incipit. *Sine lege enim Concupiſcentia mor-*
tua eſt in infante, & quaſi non ſit, latet occulta; *ſed*
cùm venit lex, id eſt, cùm accedente mentis judicio,
lex illi innoteſcit, tunc ipſa Concupiſcentia, viven-
do, atque mala operando ſe prodit, & qualis fue-
rit etiam tunc cùm veluti profundâ ebrietate in in-
fante ſopita jacebat, oſtendit.

Eſt autem diſperſa per totum hominem: Unde
S. Ambroſ. in Apolog. David cap. 2. *Concipimur in*
peccatis & in delictis naſcimur, nec unum tantum habet
1 *natura contagium.* Per illud enim vitium, cùm ad an-
nos diſcretionis pervenimus, impedimur, ne de Deo
1. Cor. 2. & legitimo ejus cultu veritatem recipiamus, id eſt,
per illud fit, ut terrena ſapiamus, & non percipia-
mus ea quæ ſunt ſpiritus Dei, niſi ipſe mentes no-
2 ſtras illuminet: per illud fit ut Deum, & juſtitiam
ejus etiam cognitam non amemus, niſi *Charitas Dei*
Rom. 5. *diffundatur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum*
qui datus eſt nobis, ut amor mundi, cum quo naſci-
3 mur, in Dei amorem commutetur; per illud etiam fit
ut inferiores partes animæ erga ſuperiores ſint in-
Aug. de obedientes, & membrum genitale rebellet contra
Civit.li. 14. imperium rationis, *& ſic ſuâ lege ad opus proprium*
cap. 16. *concitatur, ut neque cùm mens voluerit, exurgat; neque*
4 *cùm mens voluerit, conquieſcat.* Quod vitium etiam
ab improbis idololatris improbatur: tametſi Caſſ.
Collat,

Collat.4. bonum eſſe imperitè affirmet, & à Deo.

Etſi autem Apoſtolus fontem Concupiſcentiæ, quæ ſpiritum rectum oppugnat in carne conſtituere videatur, unde ait, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum*: eodem tamen loco inter opera carnis enumerat inimicitias, contentiones, emulationes, animoſitates, invidias, quorum omnium caput & origo ſuperbia eſt, quæ ſine carne in diabolo maximè dominatur. Vide Aug. de Civit. li. 14. ca. 3. & ſeq.

Unde D. Chryſoſt. *Non hic*, inquit, *carnem corpus appellat, quomodo alioqui conſentaneum eſſet, quod mox dicitur; Caro concupiſcit adverſus ſpiritum? atqui corpus non eſt de numero eorum, quæ movent, ſed quæ moventur: non de numero eorum quæ agunt, ſed quæ aguntur. Quomodo igitur concupiſcit, quandoquidem Concupiſcentia non carnis eſt, ſed animi? Sed ſolet Paulus appellare carnem, non corporis naturam; ſed pravam voluntatem: veluti cum dicit: Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu* Et, *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*. Sic & D. Auguſt. non corporis naturam, nomine carnis eſt interpretatus, ſed hominem quâ parte adhuc ſecundùm ſeipſum, non ſecundùm Deum vivit. In hunc locum Pauli. Gal. 5. Rom. 8. Lib. 6. con. Iulia. cap. 5.

Vivit autem ſecundùm ſeipſum ac proinde carnaliter, etiam tunc quidem cùm ſecundùm mentem ſuam vivit, naturamque optimam ducem (ut ille ait) tanquam Deum ſequitur, ſi non mens ipſa, naturáque ſpiritus evadat, id eſt, ſi non cæleſti gratiâ renovata, ſpiritualis efficiatur. *Quod enim natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt*. Hoc autem tunc demum conſecuta mens eſt, cùm non ſeipſam, ut Deum ſequitur, ſed cùm Deo ſuo ſubjecta, ſinceraque illi charitate adhærens, ea ſapit quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. Tum Ioan. 3. Coloſ. 3.

igitur ſecundùm Deum vivens anima, ſpiritualiſque effecta, adverſus carnem concupiſcit, eíque bello quotidiano reluctatur, id eſt, *motibus ſuis anima quos habet ſecundùm ſpiritum, adverſatur aliis motibus ſuis, quos habet ſecundùm carnem*, id eſt, ſecundùm vitioſitatis innatæ vetuſtatem, quam non ſtatim exuit, ſed proficiendo quotidie minuit.

Aug. ibid.

Cur autem Concupiſcentia in homine mala ſit & non in brutis, docet D. Auguſt. cont. Iulian. *Quia in eis non concupiſcit adverſus ſpiritum, ſed eorum potiùs oblectat ſpiritum. Non enim habent rationem, quâ libidines ſubjugent ſuperando, fatigentve pugnando.* Bonum ergo eſt pecoris, cujus ſine ulla repugnantia delectat ſpiritum; malum autem hominis, quo concupiſcit adverſus ſpiritum, qui & rationem habet, qua concupiſcentias ſubjuget ſuperando, fatigétve pugnando. Et ut idem alibi, *Tantæ excellentiæ eſt in comparatione pecoris homo, ut vitium hominis, natura ſit pecoris.* Præmiſerat Auguſt. *Etſi homo in honore poſitus, & non intelligens comparatur pecoribus, eiſque ſimilis fit, non tamen uſque adeo ſimilis fit, ut pecus ſit. Comparatur namque per vitium, non pecoris vitio, ſed natura. Nec tamen ideo natura hominis in naturam vertitur pecoris, ac per hoc Deus hominem damnat*, inquit, *propter vitium quo natura dehoneſtatur, non propter naturam, quæ vitio non aufertur.*

Cont. Iulia. lib. 4. c. 14.

De peccat. Orig. lib. 2. cap. 40. Pſal. 48.

Manet autem Concupiſcentia in homine juſto etiam poſt baptiſmum ad agonem, & ut *dum pugnatur adverſus eam, periculorum ſuorum admoneatur animus, ne ſecurus infletur, donec humana fragilitas ad tantam perfectionem perveniat ſanitatis, ubi nulla putredo concupiſcentiæ, nullus ſuperbiæ tumor formidetur. Sic virtus in infirmitate perficitur, quia & pugnare infirmita-*

De pec. merit. li. 2. cap. 4. Lib. 40. in Iulia. ca. 2.

1. Cor. 12.

tis

Digitized by Google

tis eſt. Quantò enim quiſque vincit faciliùs, tantò minùs pugnat. In ſemetipſo autem quis pugnaret, ſi nihil ex ſemetipſo ei repugnaret? Et quid nobis repugnat ex nobis, niſi quod adhuc curatur, ut ſanetur in nobis? Ergo in nobiſmetipſis ſola eſt infirmitas cauſa pugnandi, & rurſus infirmitas admonitio eſt, non ſuperbiendi.

Non tamen in tali juſto baptizato peccatum eſt, quando ei ad illicita non præbetur conſenſus, *quia* videlicet *non amplius ineſt illi inobedientia contra dominatum mentis*, id eſt, evertens dominatum mentis: quia jam non regnat nec amplius dominatur hominis voluntati, ut antè. *Non ergo propter remanentem concupiſcentiam dicunt in oratione baptizati; Dimitte nobis debita noſtra: nec ideò verum eſt, quod non ſumus ſine peccato, quia ipſa operatur in membris, repugnans legi mẽtis, etiam non ſibi ad illicita conſentientibus nobis. Quantũ enim ad nos attinet, ſine peccato ſemper eſſemus, donec ſanaretur hoc malum, ſi ei numquam conſentiremus ad malum; ſed in quibus ab illo rebellante, etſi non lethaliter, ſed venialiter, tamen vincimur, in his contrahimus, unde quotidie dicamus; Dimitte nobis debita noſtra. Vocatur autem hæc concupiſcẽtia ab Apoſtolo interdum peccatũ: ſive quòd peccato facta ſit, ſive quòd ad peccatum inclinet, & peccandi delectatione moveatur, etiamſi ei, vincente delectatione juſtitiæ, non conſentiatur: Sicut manus vocatur Scriptura, quam facit manus: & frigus dicitur pigrum, quòd pigros faciat.* Sic alibi D. Auguſt. Cùm rogaſſet quæ petamus dimitti nobis, cùm dicimus; Dimitte nobis debita noſtra: utrum quæ nos operamur, quando peccati deſideriis obedimus, an ipſa deſideria dimitti nobis volumus, quæ nos non operamur, ſed quod habitat in nobis peccatum. Reſpondet. *Quantum ego ſapere poſſum, languoris illius & infirmita-*

Cont. Iulia. lib. 5. c. 3.

Lib. 2. ibid. in fine.

Cont. 2. epiſt. Pelag. lib. 1. c. 13.

Rom. 7.

In Pſalm. 118. conc.

3. De perf. juſt. in fin. *infirmitatis, unde illicita deſideria commoventur, quod peccatum vocavit Apoſtolus, univerſus reatus Sacramento baptiſmatis ſolutus eſt: nec deinceps languor iſte nobis obeſſet, quamvis ineſſet, ſi deſideriis ejus illicitis nullis unquam obedientiam præberemus.*

Et de perfect. juſtit. *Non opus eſſet*, inquit, *hæc dicere ſi nunquam, vel in lapſu linguæ vel in oblectanda cogitatione concupiſcentiæ deſideriis aliquantulum conſentiremus.*

Non eſt autẽ neceſſe ut in vitioſam cupiditatẽ degeneret, quicquid non fuerit ex charitate profectum, cum medius ſit amor quidã in quo etſi meritũ regni cæleſtis nõ acquiritur, peccati tamen maculæ vitantur. Nam ut verum ſit regnatẽ in homine cupiditatẽ naturalis amoris impetus ſæpè corrumpere, ſibíque ſervire cogere, non tamen neceſſe eſt, ut in omni naturæ motu & opere atque actione vitæ ſe illa exerat, ſemperque ac indeſinenter ſua venena profundat ac ſpargat, *Cùm poſſit etiam ineſſe cõcupiſcentia* (S. Auguſt. teſte), *quando nulla ſit tentatione commota.*

Interdum igitur quaſi per inducias naturalis amor ſe profert liberiùs, ſicque tendit ad aliquem honeſtatis finem, ut ad illicitum ac illegitimum non detorqueatur. Sicut enim Fides & Charitas, quamvis in homine dominentur, non tamen ſibi omnes ejus motus atque actus vindicant, ſed ea non obſtante & quaſi dormiente ſuum furtim agit negotiũ innata cupiditas, ex qua ſanctiſſimi quíque venialiter ſæpè delinquunt: ita neque infidelitas nec concupiſcentia ſic hominem poſſident vitioſum, ut nullũ omnino naturæ motũ à ſua dominatione liberum eſſe patiantur. Quambrem ut neque; fidelis omnia fideliter, neq; avarus omnia avarè, nec injuſtus

juſtus omnia injuſtè facit; ita nec infidelẽ neceſſe eſt omnes ſuas operationes infideliter peragere.

Maximum autẽ nobis eſt ab iſta interna concupiſcentia periculũ. Unde idẽ Aug. *Dicit Apoſtolus; Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnẽ. Grave bellũ, & quod eſt moleſtius, internũ. In quo bello ſi ſit quiſque victor, illos quos non videt inimicos, continuò ſuperabit. Non enim tentat diabolus, vel angeli ejus, niſi quod in te carnaliter dominatur.* Et alibi; *Dicit Apoſtolus; Neque locum detis diabolo. Dant autẽ locum homines diabolo, & concupiſcentiis ſuis. Nõ enim vident diabolum homines cũ quo pugnant: ſed facile habent remedium: ſeipſos interiùs vincant, de illo foris triũphant.* Sic & D. Ambr. In hac vita *humanam juſtitiã, in quadã militia, belloq; cõſtituit, nõ ſolùm adverſus æmulas äëreas poteſtates, ſed adverſus ipſas noſtras cupiditates, per quas & illi exteriores inimici nos dejicere, vel penetrare moliuntur.*

In Pſal. 143. Galat. 5. Epeſ. 4. Serm. 23. in Nou. Apud Aug. lib. 2. c. 9. cont. Iulia.

Duplices autem cupiditates idem Auguſt. dicit eſſe in homine: *Cum aliquibus enim nati ſumus*, inquit, *aliquas cõſuetudine fecimus. Nam propter illas cum quibus nati ſumus, baptizãtur infantes, ut ſolvantur à reatu propaginis malæ, quam habuerunt. Conſuetudini ergo ſemper repugnandum, quia ipſa concupiſcentia, cum qua nati ſumus, finiri non poteſt, quamdiu vivimus. Quotidie minui poteſt, finiri non poteſt.*

Serm. 49. in Nou.

Stoicorum opinio fuit, ait D. Hieron. perturbationes omnes poſſe extirpari de mẽtibus, & nullã fibrã radicẽq; vitiorum in homine omnino reſidere, meditatione & aſſidua exercitatione virtutum. *Adverſũ vos*, inquit, *& Peripatetici & Academici novi fortiſſimè diſputant, & eorũ nõ dico res ſed umbras, & vota ſubvertunt. Quæ etiam & Origenis ſententia fuit. In eo enim Pſalmo ubi ſcriptum eſt; Inſuper & uſq; ad noctem increpuerunt*

Ad Cteſiph. Vid. Cicero. in fine lib. 3. Tuſc. q. Pſal. 15.

puerunt me renes mei: aſſerit virũ ſanctũ cũ ad virtutũ venerit ſummitatẽ, ne in nocte quidẽ ea pati quæ hominum ſunt nec cogitatione vitiorũ aliquo titillari. Doctrina ergo iſta Origenis ramuſculus eſt. Sed hoc eſt, inq. Hiero. *ex homine hominẽ tollere, & in corpore cõſtitutũ eſſe ſine corpore; & optare potius quã docere, dicente Apoſtolo; Miſer*

Rom. 7. *ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? Video aliã legẽ in mẽbris repug. leg nõ quod volo, hoc ago; ſed, &c. Apathia autem dupliciter accipi poteſt. 1. Vt ſine illis affectionibus vivatur quæ cõtra rationem accidunt mentemq. perturbãt; hæc bona & optanda, & erat in primo ſtatu. 2. Vt animum nullus omnino contingere poſſit effectus qui ſtupor omnibus vitiis peior eſt, & homo vel ſaxum, vel Deus eſt.*

vide Non. 89. Sed cur homines hujuſmodi vitiis ac concupiſcentiis, ex quo concepti ac nati ſunt, magis minuſvè laborant? Niſi quia Deus quoſdam ſecundùm altitudinem Sapientiæ ſuæ, valdè malos naſci permittit? per quos oſtendat, quanta fuerit virtus primæ

Iob 31. Sap. 8. tranſgreſſionis, etiam ad ſubverſionem totius poſteritatis. Aliis verò naturaliter utcumq; bonam indolem tribuit, ut ex his veluti primæ integritatis veſtigiis cognoſcatur, & quanta initio fuerit humanæ conditionis excellentia, cujus tam præclara ſunt veſtigia; quàm multiplex ſit conditoris benevolentia, qui creaturam à ſe fugientem, etiam in reprobis hominibus, præclaris naturæ dotibus ornare non ceſſat. Diverſitas enim iſta vitiorum ac cupiditatum quæ in eis reperitur, non provenit ex genitorũ aut generãtium ſtudio, & opere, ſed tantùm ex Dei operantis diſpoſitione, qui collatis uni bonis animi dotibus, non permiſit eũ tantum vitiorum naſcendo contrahere, quantum contraxit alter, & quantũ ex vi primæ prævaricationis etiam à generante contraxiſſet, niſi Deus

Digitized by Google

Deus corrupti ſeminis actionem, data meliori indole, miſericorditer in eo nonnihil correxiſſet. Iob. 14. Sap. 12.

Si autem quæras quomodo cupiditates malæ, præſertim quæ in anima ſunt quæ non eſt ex traduce poſſint contrahi à primo parente, & deinde ab aliis parentibus? Reſpon. S. Aug. quod quemadmodum rerum corporalium qualitates mirabili modo affectis noſtris ſenſibus, ad memoriam & animã tranſeunt, rurſus ab anima ad corpus, ſicut *colores virgarum quas variavit Iacob, afficiendo tranſierunt in animas pecorum matrum, atq; rurſus eadẽ affectione tranſeundo apparuerunt in corporibus filiorum; id quod & in fœtibus humanis aliquando legimus contigiſſe. Sic etiam fieri poteſt ut vitia qui animæ parentis adhæſerunt per generationẽ, non migrando de ſubjecto in ſubjectum; ſed afficiendo mirabili modo in animã filii* (Unde deformis quidã maritus cõjugi ſuæ ne deformes pareret, proponere ſolebat in concubitu formoſam picturam) *tranſeant*, ſicut experientia comperimus filios non tantùm corpore, ſed etiam ingenio, & aliis animæ qualitatibus, quadam lege naturæ parentibus naſci ſimiles. Cont. Iulia. lib. 5. cap. 9. Geneſ. 30.

MONITVM VIII.

Aſperges me, Domine, hyſſ. & mundabor, &c. Pſal. 50.

HYſſopus, herba humilis eſt, ſed medicinalis: ſic crux & paſſio Chriſti deſpecta, ſed medicina mundi. *Noli herbam contemnere*, inquit S. Aug. *vim medicamenti attende. Apta eſt purgandis pulmonibus*, ut medici & experientia docent. *In pulmone autem ſolet notari ſuperbia; illic enim inflatio, illic anhelitus.* Quæ autem aptior medicina ſuperbiæ hominis quàm humilitas paſſionis Filii Dei? Quis non infirmabitur, humiliabitur, videns ante pedes ſuos infirmam & humi- Auguſt. in Pſal. 50. De doct. Chriſt. li. 2. cap. 41. Li. 7. Conf. cap. 18.

Digitized by Google

Iſaias, *Iſte aſperget gẽtes multas, ſcilicet ſanguine ſuo eas* Iſai. 52. &
mundans, ait Hieron. *& in baptiſmate Dei conſecrans* ibi Hieron.
ſervituti. Et Apoſtolus ad Hebr. dicit, quòd *aſperſio Sanguinis Chriſti melius loquitur, quàm Abel*: vel Hebr. 12.
quia exemplum patientiæ & martyrij Chriſti melius, & excellentius eſt, quàm Abel: vel quia Sanguis Abel effuſus clamabat vindictam, Chriſti verò miſericordiam. De hac aſperſione & Petrus; Geneſ. 4. 1. Petri. 1.
In ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. Electi erant ad hoc, inquit Beda, *ut per donationem Spiritus ſancti ſanctificarentur, emundati ab omnibus peccatis* per obedientiam Chriſti, quâ obedivit Patri ſuo uſque ad mortem crucis. Et quia illa obedientia Chriſti non omnibus In illum locum Pet.
prodeſt, quia non omnibus fide & Sacramentis applicatur, ideò adjicit Petrus: *Secundùm aſperſionem ſanguinis Chriſti*, ita ut dicat illos ſanctificari authore Spiritu Sancto, propter meritum obedientiæ Chriſti, & quia illud meritum eis applicatur.

Variæ ſunt hujus aſperſionis figuræ, in veteri teſtamento. Prima, Aſperſio filiorum Iſrael, quâ Exod. 24.
aſperſit eos Moyſes dicens; *Hic eſt ſanguis fœderis, quod mandavit ad vos Deus*: ſignificans, quòd ſanguis Chriſti facit nos novi teſtamenti participes, emundans nos ab omni peccato. Secunda, Aſperſio, Levit. 8.
quâ ſacerdotes in die conſecrationis ſuæ, in extremo auriculæ dexteræ, & in pollicibus dexteræ manus, & dexteri pedis, & quâ tunc veſtes eorum aſpergebantur: ſignificans quòd Chriſti ſanguis facit nos ſacerdotes, offerentes Deo preces, laudes, opera miſericordiæ, & ſimiles hoſtias: hic Apoc. 1. & 5.
efficit, ut eum audiamus, & audita compleamus,

Levit. 14. ſaltem dextrâ, id eſt, præcipuâ parte. 3. Aſpergebatur leproſus mundandus, &c. ſignificatur, quòd Chriſtus ejectos è conſortio ſanctorum per lepram peccati, etiam hæreſis, rurſus mundat, & ad priſtinam dignitatem reducit. 4. Aſpergebantur poſtes per ſanguinem Paſchæ; ſignificatur eos qui circumciſi in una domo Eccleſiæ comedunt Chriſtum, liberandos & defendendos per ſanguinem Chriſti, cùm venerit ad condemnandum impios.

Exod. 12.

Hæ aſperſiones ſignificant ſanguinem Chriſti, quatenus fructus ejus communicatur hominibus, *Sanguis ejus*, inquit Ioannes, *emundat nos ab omni peccato. Sive quod baptiſmo dimittitur, ſive quod poſt baptiſmum committitur*, ut inquit D. Auguſt. & V. Beda. *Hoc tam in confeſſione baptiſmatis, quam in clementia pœnitudinis accipiendum eſt*, ait S. Hieron. Contra Ambroſium Catharinum, qui dicit Chriſtum non eſſe crucifixum nec mortuum pro peccatis poſt baptiſmum commiſſis, ſed pro eis tantùm factum advocatum. Verbum autem, *emundat*, non ſignificat determinatum aliquod tempus, ſed dicitur abſolutè; & rei explicat efficaciam: ſicut dicitur; Hæc herba ſanat hunc morbum.

1. Ioan. 1.

In hunc locum Ioan.

Li. 2. cont. Pelagia.

Emundat autem à peccato, tum quia & cordis converſionem à peccato, & amorem juſtitiæ, ſanctaque opera largitur: tum quia pœnam præteritis peccatis debitam tollit. De ipſa cordis converſione, & ſancta operatione, quod per Chriſti ſanguinem præſtetur docet Apoſtolus, *Quod impoſſibile erat legi*, inquit, &c. *de peccato damnavit peccatum, ut juſtificatio legis impleretur in nobis.* Et: *Sanguis Chriſti emundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis*,

Rom. 8.

Hebr. 9.

mortuis, ad ſerviendum Deo viventi. Et Dominus ipſe in Evang. *Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Quod de converſione à minutis peccatis idem aſſerit: *Omnem palmitem, qui fert fructum in me, purgabit eum; ut fructus plus afferat*, utique me vite cooperante. Et Joannes poſtquam dixiſſet: *Sanguis ejus emundat nos ab omni peccato*, ſtatim addit de levioribus, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* Unde & Sacerdotes veteris legis etiam ſancti, neceſſitatem habebant quotidie pro ſuis delictis, hoſtias, typum Chriſti paſſuri gerentes, offerre. Imò quod liberabimur à prava concupiſcentia, & corpore mortis hujus futurum id dicit Apoſtolus per Ieſum Chriſtum.

Ioan. 12. Ioan. 15. 1. Ioan. 1. Hebr. 7. Rom. 7.

Atque hæc mundatio per ſanguinem Chriſti, tam in majoribus, quàm in minoribus peccatis, fit & à malitia, & à pœna. Et ſanè Chriſtus in Evang. dicens ei, quem mundum eſſe pronuntiaverat; *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* Et, *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut lavet pedes, ſed eſt mundus totus*, lotis ſcilicet pedibus, abundè teſtatur, ſine ſanguinis ſui lotione, qui in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, non ignoſci etiam levia juſtorum peccata. Sicut enim ait S. Auguſt. *Reatus peccatorum manet in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, ut nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis Mediatoris expiaverit.* Et iterum, *Quia etiam ſub gratiâ poſitis difficile eſt omni modo implere, quod in lege ſcriptum eſt, Non concupiſces: ille per carnis ſuæ ſacrificium ſacerdos effectus, impetrat nobis indulgentiam, etiam hinc adimplens legem, ut quod per noſtram infirmitatem minus poſſumus, per illius perfectionem recuperetur.* Unde

Ioan. 13. Vide Aug. tract. 56. in Ioan. Bern. ſerm. de cæna Domini. Lib. 6. ca. 8. cont. Iulia. Cont. Fauſt. lib. 19. c. 7.

1. Ioan. 2. de Ioannes dicit: *Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Et, ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, juſtum: ipſe eſt exoratio, vel propitiatio pro peccatis noſtris.*

Dicitur autem Sanguis Chriſti nos mundare, quia Chriſtus voluntariè ſanguinem ſuum pro nobis in cruce effundens, & effuſo ſanguine moriens, meruit nobis apud Patrem peccatorum emundationem. Cujus meriti virtus perpetuò durat, & in Sacramentis efficax eſt, tranſactam ſemel Chriſti paſſionem tanquam præſentem, Patre ſemper intuente. Paulatim autem mundatur hic homo, ſed
Pſalm. 50. *ſuper nivem dealbabitur* in futuro ſæculo, quando exhibebit ipſe ſibi Eccleſiam glorioſam, & imma-
Epheſ. 5. culatam, non habentem maculam aut rugam, & liberabitur à ſervitute corruptionis, cui adhuc ſubjecta eſt. Pro qua dealbatione ita orat S. Au-
Lib. 10. confeſſ. cap. 1. guſt. *Virtus animæ meæ, intra in eam, & coapta tibi, ut habeas & poſſideas ſine macula & ruga. Hæc eſt ſpes mea, ideò loquor: & in ea ſpe gaudeo; quando ſanum gaudeo.* Et
Lib. 1. cap. 7. in Retract. *Cùm tota*, inquit, *Eccleſia dicat, quamdiu hîc eſt, Dimitte nobis debita noſtra; non utique hîc eſt ſine macula & ruga; ex eo tamen quòd hîc accipit, ad illam gloriam, quæ hîc non eſt, perfectionemque perducitur.*

MONITVM IX.

Dele, Domine, iniquitatem meam.

Pſal. 50.

PEtit Propheta David non ſolùm à peccatis mundari, ſed etiam ab ipſa iniquitate. Non

omnis

omnis autem iniquitas peccatum eſt, uti contra, omne peccatum iniquitas. Auguſtinus enim pluribus locis negat Concupiſcentiam in renatis eſſe peccatum, quam tamen appellat iniquitatem, imitatus Ambroſium, qui etiam hoc illi nomen tribuit, in libro de Iſaac & anima. Quem locum citat Auguſt. cont. Iulia. Qui & in libro de Apologia David, diſertis verbis latiùs patere docet iniquitatem, quàm nomen peccati. L. 1. de nupt. cap. 25. 26. Cont. Iul. li. 5. cap. 3. lib. 6. cap. 8. Cap. 8.

Peccatum, inquit, *aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per ſanguinem crucis, tegitur per caritatem. Similiter & iniquitas, quæ æſtimatur habitudo mentis injuſtæ: licet Ioannes in epiſtola, eum qui fecerit peccatum, & iniquitatem feciſſe dixerit, ſicut habemus ſcriptum: Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, id eſt, peccatum eſt iniquitas, quia in ipſo peccato iniquitas eſt. Tamen (ut nobis videtur) omne peccatum eſt iniquitas; iniquitas autem operatrix culpæ aut delicti. Plus ergo eſt, ut ipſa iniquitas deleatur, excindatur radix & ſeminarium peccatorum; mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus: univerſa iniquitatum genera tollantur*, &c. Lib. 2. ca. 5. cap. 13. 1. Ioan. 3.

Peccatum vocatur iniquitas, quam Græci anomiam vocant, quòd contra legem, vel, ſine lege fiat. Lex, Græcè, Nomos. Et Joannes dicens: *Omnis qui peccatum facit, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas,* oſtendit clarè, quia omnes quicquid peccamus, contra legem Dei facimus. Sed & Latinum nomen eidem rationi competit, quòd iniquitas quaſi æquitati adverſa nuncupatur. Quicunque ergo peccatum facit, & iniquitatem facit; quia quicunque peccat, contrarius æquitati divinæ legis peccando, exiſtit.

Aug. de animæ qu. cap. 9. & 16. Cont. Iulia. li. 4. cap. 3.

Æquitas autem Latinè ab æqualitate quadam videtur appellata. Virtus enim eſt æqualitas quædam vitæ, rationi undique conſentientis. Sive, ut Cicero definivit, *Eſt habitus animæ rationi, naturæ, atque modo conſentaneus.* Dicit autem Ambroſ. *Omne peccatum eſſe iniquitatem, non contrà,* quia eſt aliqua iniquitas, quæ culpa non eſt, ſed culpæ operatrix, nempe, quæ in ſanctis eſt, mala Concupiſcentia. Et inde dicit *plus eſſe deleri iniquitatem quam peccatum,* quia cùm iniquitas deletur, excluditur radix, & ſeminarium peccatorum, ac omne peccati deſiderium aboletur, quod fieri docet, *non per remiſſionem peccatorum, ſed perfectam virtutem.* Quamdiu enim non invenimus perficere bonum divinæ legis, tamdiu aliquid iniquitatis, & obliquitatis à lege Dei habemus. Sed remiſſio peccatorum delet omne peccatum, quia delet Chirographum nobis contrarium, id eſt, *reatum in ſpiritualium poteſtatum mentibus* (ut Auguſt. loquitur) *tamquam in Chirographo ſcriptum.*

De apolog. David, cap. 13.

Rom. 7.

Lib. 6. cont. Iulia. cap. 8.

Nomine igitur peccati, & Chirographi nobis contrarij, deſignat Ambroſ. reatum. Id quod clariùs explicat, dum dicit *Chriſtum in remiſſione peccatorum delere obligationem hereditatis obnoxiæ.* Obligatum autem eſſe ſive debitorem, vel obnoxium eſſe, nihil eſt aliud, quàm reum eſſe pœnæ. Quia igitur per remiſſionem peccatorum, quæ fide impetratur, non tollitur iniquitas, ſed manet Concupiſcentia, frequenter poſt priorum remiſſionem peccata pariens, hinc ait S. Ambroſius, quòd *fides peccatum minuat*, quia videlicet, ex vita noſtra non penitus tollitur.

Vocatur autem Concupiſcentia, ſeu lex peccati, iniquitas, quia iniquum eſt, ut caro

con-

concupiſcat adverſus ſpiritum, ſicut juſtum eſt, ut ſpiritus concupiſcat adverſus carnem. *Licet enim in baptiſmo detur remiſſio omnium peccatorum, idque in momento, non tamen plena ſanatio*, quia remanent languores cupiditatum malarum, qui paulatim ſanandi ſunt. *Sicut homo qui liberatus eſt à febribus, non tamen caret ſtatim infirmitate febribus facta*, inquit S. Auguſt. Sic Propheta David, *Propitiatur*, inquit, *omnibus iniquitatibus tuis, & ſanat omnes infirmitates tuas. Poſt remiſſionem peccatorum*, inquit S Auguſt. *adhuc infirmam carnem geris, deſideria carnalia titillant, quibuſdam perturbationibus adhuc ipſa anima quatitur, adhuc in periculis tentationum verſatur; languores ſunt, ſanat etiam ipſe omnes languores tuos. Magni ſunt, inquies, ſed major eſt medicus. Omnipotenti medico nullus languor inſanabilis occurrit: tantùm tu curari te ſine, manus ejus ne repellas*, &c.

Lib. 14. de Trinitat. cap. 17. & lib. 1. de pec. merit. cap. 27. Pſalm. 102. Aug. in illũ Pſalmum.

Chriſtus in Evangelio; *Ecce*, inquit, *ejicio dæmonia & ſanitates perficio, hodie & cras & tertia die conſummor. Expulſio dæmoniorum*, ait S. Auguſt. *eſt remiſſio peccatorum, tanquam reſoluta cauſa, per quam hominis animam poſſidebant. Perfectio ſanitatum, dum de die in diem proficit Eccleſia, & corruptionis cujus reatus ablatus eſt, paſſio, quotidianâ renovatione minuitur. Hi duo dies pertinent ad hoc ſæculum. Tertia eſt poſt reſurrectionem; conſummatur enim dum reſurrectionem in ipſo initiandam monſtravit Eccleſiæ, quâ ad incorruptionis conſummationem, ſummamque perveniat ſanitatem. Se verò conſummari dixit, & initium, & finis ipſe, & caput, & plenitudo corporis in membris ſuis ipſe perficitur.* Hæc tria diligenter à Chriſto petenda, ut ejiciat dæmonia de cordibus, per remiſſionem peccatorum: ut ſanitates perficiat, paulatim magis magiſque nos

Luc. 13. Cont. Iulia. lib. 6. cap. 8.

Digitized by Google

renovando: & conſummet in reſurrectione, plenam animi & corporis ſanitatem largiendo.

Impetrandi autem ea quæ petit Propheta cauſam, offert, dicens: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Dixit David correptus per Nathan: *Peccavi Domino*, & ſtatim audivit; *Tranſtulit Dominus peccatum tuum*, id eſt, veniam conceſſit. Sed quærit Aug. *Cur idem non audire meruit Saul correptus per Samuelem cùm & ipſe diceret: Peccavi. Num perſonarum acceptio eſt apud Deum? Abſit. Sed in ſimili voce quam ſenſus humanus audiebat, diſſimile pectus erat, quod divinus oculus diſcernebat.* Habet ibidem de confeſſione Petri & dæmonum, quæ *eadem voce, ſed non corde.*

Vide cont. Fauſt. li. 22. cap. 67.

2. Reg. 12. 1. Reg. 15.

Ante omnia opus eſt, ut peccatorum iniquitatem ſuam cognoſcat, expendat, æſtimet, ponderet. *Ira Dei eſt*, inquit D. Cyprian. *non intelligere delicta, ne ſequatur pœnitentia, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus ſpiritum tranſpunctionis, ne revertantur, & curentur. Vbi abundat delictum*, id eſt, intelligitur abundare, multum & magnum eſſe, *ibi ſuperabundat & gratia.* Qui autem delictum ſuum non intelligunt, nihil aut parum conſequuntur. Idem Cyprian. *Delicta*, inquit, *noſtra reputemus, actus noſtros, & animi ſecreta revolventes, conſcientiæ merita ponderemus.* Et D. Ambroſius; *Bonæ mentis eſt ait, vulnus ſentire peccati. Nam qui expertes doloris ſunt, non ſentiunt vulneris acerbitatem, quod eſt immedicabilis ægritudinis. Vbi doloris ſenſus, ibi ſenſus vitæ*, &c. *Quàm miſera erat anima mea*, inquit D. Auguſt. ad Dominum, *& ſenſum vulneris tu pungebas, ut converteretur ad te, & ſanaretur. Quàm miſer eram, & quomodo egiſti, ut ſentirem miſeriam meam.*

Cyprian. epiſt. 3. Rom. 11. Rom. 5.

Cypr. de Lapſis.

De apolog. David.

Lib. 6. conf. ca. 6, & 10.

Sunt, qui gloriantur in delictis ſuis, & peccata virtutes

virtutes æſtimant. De quibus Sapiens; *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Et Iſaias; *Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſcon-derunt.* Appetius vindictæ, nobilitas animi vocatur: *uſura, beneficium* & officium charitatis. Alii glorian-tur de ſuis ebrietatibus: alij de ſuis libidinibus, &c. *Ambitio jam more ſancta, libera eſt à legibus: lucri bonus odor eſt ex re qualibet.* Sunt plerique, etſi non glorien-tur de ſuis peccatis, non tamen benè cognoſcunt, non tanti æſtimant, vel ob inclinationem & affectum pra-vum, quem erga illa gerunt, vel ob conſuetudinē ma-lam peccandi, quæ excæcant, & peccata etſi gravia & horrenda, levia aut nulla faciunt. De his D. Cy-prian. *Ante facinus improvidi, poſt facinus, obſtinati; nec priùs ſtabiles, nec poſtmodum ſupplices.* Et rurſum: *Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta; peccaſſe, nec ſatisfacere: delinquere nec delicta deflere.* Et alibi: *Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere. Secun-dus, delicta cognoſcere & deflere. illic currit innocentia in-tegra, & illibata quæ ſervet: hic ſuccedit medela, quæ ſanet.*

Prov. 2. Iſa. 3. Leo. ſerm. 6. de iciun. 10. menſ. Plaut. in Triunc. Iuvenal. Sat. De Lapſis. Ibib. Lib. 1. epiſt. 11.

Addit Propheta David: *Et peccatum meum contra me eſt ſemper*, id eſt, coram me, in conſpectu meo eſt ſemper, ante animum meum ſemper verſatur. Quàm utilis recordatio priorum peccatorum latè oſtendimus parte 1. Mon. 6. Cavendum autem ne cogitatio præteritorum peccatorum, noceat, vel ad delectationem, vel ad deſperationem. Minatur Dominus peccatoribus, qui peccata ſua poſt dorſum ponunt: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Ubi Divus Auguſt. *Modò tu fac, quod tibi minatur Dominus, quando correctioni nullus eſt locus.*

Pſal. 49. Aug. Pſal. 49.

Digitized by Google

Tolle te à tergo tuo, ubi te videre non vis, diſſimulans à factis tuis, & conſtitue te ante te; aſcende tribunal mentis tuæ, eſto tibi judex, torqueat te timor, erumpat à te confeſſio, & dic Deo tuo: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

MONITVM X.

Secundùm magnam miſericordiam tuam.

Pſalm. 50.

DUo conſideranda ſunt Primum, quòd Propheta David petat à Deo miſericordiam: Secundum, quòd magnam petat. *Prima ſalus*, inquit S. Auguſt. *declinare culpam. Secunda ſalus, quærere miſericordiam, ſeu veniam.* Primam perdiderat peccando; Secundam quærit pœnitendo. Atque hæc venia, *azylùm eſt peccatoris*, ad quod confugiens tutus eſt. Sed nónne pœnitenti debetur peccatorum remiſſio, propter promiſſionem Dei, quâ pœnitenti veniam pollicetur? Et dicit D. Auguſt. *Accepimus promiſſorem, tenemus debitorem.*

Apud. Proſ. Sent. 200.

De civit. li. 21. cap. 29. li. 5. cap. 17.

Quomodo ergo petit miſericordiam, & non potius juſtitiam? Primò, dici poteſt, quòd ipſa pœnitentia, ob quam datur remiſſio, miſericordia ſeu gratia eſt; ſicuti *Gratia Dei vita æterna* Sed nónne debetur juſtitiæ; ita tamen gratia, quia gratia eſt ipſa juſtitia cui redditur. Sic gratia eſt pœnitentia, cui redditur venia. Deinde hîc aliud eſt; Quia quòd vita æterna reddatur bonis operibus, ſeu juſtitiæ, eſt

Rom. 6. Auguſt. ep. 105. De cor. & grat. cap. 13.

eſt ex debito primæ inſtitutionis. *Si ſervaveris mandata, conſervabunt te.* Quòd autem pœnitentibus detur venia, eſt ex novo pacto Dei, de humani generis reparatione, quo merè gratuitò, & miſericorditer pœnitentiam ordinavit, ut diſpoſitionem quandam neceſſariam, & quaſi meritum quoddam ad veniam conſequendam. Eccli. 15.

Præſumptuosè docuit Pelagius, ut Auguſt. epiſt. 106. Peccata pœnitentibus ex juſtitia remitti. Sola enim promiſſio non conſtituit inter promittentem & accipientem rationem juſtitiæ, ſed obligat promittentem ad ſervandam promiſſionis ſuæ fidem. Ideò Deus in Scriptur. ex præſtitis iis quæ promiſit, non dicitur juſtus, ſed *verax, fidelis.* Requiritur tamen in relapſis fides, & pœnitentia, quæ Auguſtino nonnullum meritum ſunt, epiſt. 105. ut eam aliquouſque promereantur; hinc David Deo accipiendæ veniæ offert cauſam; *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.*

Petit autem David magnam miſericordiam, quia magna erat ejus miſeria, magna iniquitas & culpa. *Magnum peccatum*, inquit D. Hieron. *magnâ deleri vult miſericordia Chriſtianus.* ait S. Chryſoſt. *graviter cadit ob duas cauſas, vel propter magnitudinem peccati*, ut ſi adulterium, homicidium faciat: *vel propter altitudinem dignitatis etſi peccatum levius ſit*, ut ſi Sacerdos, Religioſus peccet. *Ex alto enim ruina gravior eſt, & magnum ſonum facit.* Lib. 2. in Iovin. Hom. 40. in Matt.

Primò ergo magnum erat peccatum Davidis, quia adulterium & homicidium, quæ præter damna- Hebr. 13. Apoc. 21.

Gen.9. Levit. 20. damnationem æternam, etiam corporali morte puniri voluit Deus. Sed cur non ita punitus? *Quis* De Apolog. David. *Regem vocabit ad pœnam?* inquit D. Ambroſ. *tutus imperii poteſtate.* Hinc ipſe Domino, *Tibi ſoli peccavi. Rex* In epiſt. ad Ruſtic. *enim erat*, ait S. Hieron. *alium non timebat. Pauper ho-* in Pſal. 149. *mo*, inquit D. Auguſt. *ſi non timet Deum, ceſſat timore hominis, ne rapiatur in ſupplicium. Potentes autem mundi, niſi Deum timeant, quid timebunt?* Et in lib. confeſſ. Lib. 2. ca. 5. dicit ex Salluſtio de Catilina, quòd *ideo honores & imperia aſſequi conabatur, ut careret metu legum, propter* Valer. Max. lib. 7. cap. 2. *conſcientiam ſcelerum.* Rectè Philoſopus, leges telis aranearum ſimiles eſſe dixit, quib. enim minora animalcula, ut muſcæ, inhærēt, eas majora perrumpunt.

De Civit. lib. 5. ca. 24. Secundó magnum erat ejus peccatum, quia Rex erat, *in quo libido*, ut ait D. Auguſt. deſcribens officium Principis, *quò poteſt eſſe liberior, eo debet eſſe caſtigatior, debetq; malle pravis cupiditatibus, quàm quibuſlibet gentibus imperare.* Dicit Poëta:

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò qui peccat, major habetur.

Et alius:

Iuvenal. Sat. 8. *Celſæ graviore caſu decidunt turres.* Hinc & noſter Sapiens; *Potentes potenter tormenta patientur.* Et; Horat. in Odis. *Iudicium duriſſimum his qui præſunt, fiet.* Eorum enim Sap. 6. converſatio quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra Vide, Hier. ad Heliodor. eſt publicæ diſciplinæ: in illos omnium oculi diriguntur. Quidquid fecerint, id ſibi omnes faciendum putant. Cavere ergo diligenter debent, ne committant, quod aut qui reprehendere volunt, dignè laceraſſe videantur, aut qui imitari, cogantur delinquere.

Secundùm judicem populi, ait Sapiens, *ſic & miniſtri* Ecclеſ. *eius: & qualis rector civitatis, tales & inhabitantes in ea-*

Regis

Regis ad exemplum totus componitur orbis Claudian.

Vt in corporibus, ſic in imperio graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur, inquit Plinius. Magnum ergo etiã ejus peccatum erat, ob ſcandalum populo datum. Sicut enim quando magni convertuntur, rectè agunt, *multis ſunt authoritati ad ſalutem*: ita quando depravantur, ad perditionem. Unde plus gaudetur de converſione magnorum, *quia non de ſolis gaudetur*, ut oſtendit Auguſt. in Confeſſ. *Cùm enim multis noti ſint, multis praeunt ſecuturis.* Lib. 8. Conf. cap. 4.

Sed, quod deplorandum, ſæpè locum habet illud Senecæ: *Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimirum poteſt*: ratione poteſtatis, majorem ſibi peccandi licentiam ſumens. Iuliæ ſollicitanti Caracallam privignũ ſuum ad inceſtas nuptias, cùm ille dixiſſet; *Vellem, ſi liceret*: Adjecit. *Si libet, licet: An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges, dare non accipere?* Caligulam crudelitate & libidine in omnes ſævientem, cùm Antonia ejus avia blandè ſimul & graviter corripuiſſet, dixiſſe ferunt: *Memento omnia mihi & in omnes licere.* Sic peritiſſimus quidam Senator Romæ voluit ſibi aliquid licere ex more potentiæ ſuæ quod eſſet per leges illicitum; cui reſtitit Alipius, ut refert *Auguſt.* *In qua civitate*, inquit Plato, *lex ſubdita eſt, ibi video pernitiem ei paratam; in qua verò lex dominatur, & Principes ſervi ſunt legis, ibi video ſalutem, & omnia bona.* Nemo eſt, quin teneatur legibus. In Hippol. Spartia. in Caracal. Sueton. in Calig. Lib. 6. Conf. cap. 10. Lib. 4. de legib.

Tertiò, magnum erat Davidis peccatum, quia ſcienter peccavit. Unde in exaggerationem peccati ſui dicit: *Incerta & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi*; ſignificans, ſecundùm Euthymium, eò graviùs ſe deliquiſſe, quò magis ei voluntas Dei fuerat

rat patefacta. Magna enim fuit ingratitudo, quòd cùm excelleret intelligentia cœleſtis doctrinæ, & Prophetico ſpiritu eſſet donatus, tamen inſtar brutæ pecudis projecit ſe in fœdam libidinem. *Servus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabit multis.* Peccat quidem etiam ignorans, ut oſtendit S. Bern. niſi invitus ignoret, niſi ſit ignorantia affectata, de qua dicitur, *Noluit intelligere, ut benè ageret.* Et; *Scientiam viarum tuarum nolumus.*

Luc. 12. Epiſt. 77. Pſal. 35. Iob. 21.

Cui plus datum eſt, plùs exigetur ab eo, ait Chriſtus. *Tantò majore injuſtitiá violatur præceptum,* inquit D. Auguſt. *quantò faciliore obſervantiâ cuſtodiri poteſt.* Ignoranti deeſt ſcientia & bona voluntas; ſcienti tantum bona voluntas: igitur qui ſciens peccat, liberiore voluntate peccat, quàm neſciens, & plus habet adjumenti ad vitandum peccatum, ideòque graviùs puniendus. Sic dicitur *Lex iram operari*; quia ſi ſciatur & non perficiatur, majori iræ Dei hominem reddit obnoxium: non enim jam ſimplex eſt tranſgreſſio, ſed prævaricatio. *Scienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi,* ait S. Iacobus. Sed nunquid ideò non peccatum eſt illi, qui neſcit bonum facere, & ideò non facit? *Vtique peccatum eſt,* inquit D. Auguſt. *ſed hoc grauius, ſi etiam ſciat, & non faciat: nec ideò illud nullum, quia minus.*

Luc. 12. De Ciuit. lib. 14. c. 12. Rom. 4. Iacob. 4. Lib. 1. cap. 9. de adulter. conjug.

Poſtremò petit David à Domino magnam miſericordiam, quia remiſſionem peccatorum, quæ per Antonomaſiam, miſericordia ſeu gratia dicitur, quia inter omnes divinas gratias nulla eſt major. Unde & Apoſtolus in ſuis ſalutationibus vocat ſimpliciter, *Gratiam.* Et alibi ait; *Commendat autem charita-*

charitatem ſuam Deus in nobis,quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur juſtificati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus per mortem filii ejus, multù magis reconciliati, ſalvi erimus in vita ipſius. Major ergo miſericordia in impiorum reconciliatione,quàm juſtorum ſalvatione, quia illud beneficium hoſtibus, hoc verò amicis & filiis datur: illud malè merentibus datur, hoc benè.

Vide Aug. lib. 1. Retract. ca.24. 25.
Rom. 5.

Cujus beneficii magnitudinem intelligens Propheta,toties idem repetit, vehementem affectum indicans, & rem tantam, crebris & ſollicitis precibus implorandam & impetrandam docens. *Cui enim multum dimittitur,*inquit Chriſtus,id eſt, qui intelligit quantum ſibi dimittatur, (intelligit autem qui intelligit, quid ſit mors ſecunda, quam toties peccator promeruit)*ille multum diligit*, id eſt,multa dilectionis opera facit, multum orat, jejunat, tolerat,laborat, eleëmoſynas dat, &c. ut illud remiſſionis donum acquirat. *Omnia enim mandata facta deputantur*, inquit D. Auguſt. *quando quiquid non fit, ignoſcitur.* Et; *Iuſtitia noſtra,quamvis vera ſit propter veri boni finem,ad quem refertur,tanta tamen eſt in hac vita,ut potiùs remiſſione peccatorum conſtet quàm perfectione virtutum.* Et rurſum; *Per remiſſionem peccatorum ſtat Eccleſia, quæ in terris eſt;per hanc non perit, quod perierat, & inventum eſt.*

Luc. 7.
Aug. hom. 23.inter 50.
Lib. 1. Retract.ca. 19.
De civit. Lib. 16. cap. 17.
Enchir. 64.

MONI.

MONITVM. XI.

Si quis ſitit, veniat ad me & bibat, &c.

Ioan. 7.

Matth. 5. Pſal. 141. SItire, eſt amare, deſiderare. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam.* Hanc ſitim habebat, qui dicebat, *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*, id eſt, ariditas animæ meæ tibi ſitit, quia à te deſiderat irrigari. Lib. 3. Conf. cap. 4. *Immortalitatem ſapientiæ cõcupiſcebam æſtu cordis incredibili*, inquit Auguſt. de ſe. Et Hieron. Ad Cteſiph. *Quantò plus bibo, tantò plus ſitio* fontem vitæ. Eſt quædam mala Ierem. 2. ſitis, de qua Propheta; *Prohibe guttur tuum à ſiti*, mundanæ videlicet cupiditatis æſtu, peccati deſiderio, & voluptatis affectu. Quæ ſitis extincta In epiſt, ad Rom. erat in S. Ignatio; qui dicebat: *Nunc diſco nihil hujus mundi concupiſcere.* Et in S. Monica quæ ad filium, Lib. 9. Conf. cap. 10. *Nulla re*, inquit, *jam delector in hac vita. Veniat ad me*, id eſt, in me credat, à me poſtulet, non in ſuis viribus confidat. Venitur ad illum, fide, oratione, uſu Sacramentorum, &c. Hæ ſunt veluti ſitulæ, vel cochlearia quibus hauritur, & bibitur ex fonte. Iſai 12. *Haurietis*, inquit Propheta, *aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*, id eſt, ex ipſo Salvatore, vel ex ejus vulneribus. Sed quomodo hauries, ſi deſint ſitulæ?

Cùm autem ipſe biberis, flumina de ventre tuo fluent aquæ vivæ. *Venter interioris hominis, conſcientia cordis eſt*, inquit Auguſt. Tract. 52. in Ioan. *Bibito ergo iſto liquore, reviviſcit purgata conſcientia, & hauriens, fontem habebit, etiam ipſa fons erit. Quid eſt fons, & quid eſt fluvius qui manat*

manat de ventre interioris hominis? Beneficentia, quâ vult conſulere proximo, & etiam animam pro ſalute ejus ponere. Si enim putet quia quod bibit, ſoli ipſi debet ſufficere, non fluit aqua viva de ventre ejus: ſi autem proximo feſtinat conſulere, ideo non ſiccat, quia manat. Ergo fluvius de ventre bibentis manat, qui omnibus modis etiam fratrum ſaluti incumbit; ſuccurrens ei, linguâ, bonis, etiam vita.

Exemplo enim Chriſti, quoties id fratrum æterna ſalus poſtulat, voluntariè pro eis moritur: eo enim caſu ſalutem eorum temporali huic vitæ noſtræ, quam illâ neglectâ, aliquanto fortaſſe diutiùs eramus retenturi, præponere debemus. Nam, ut ait D. Aug. *Amplius animam proximi quàm corpus noſtrum diligendum eſt.* Exēpla hujus caritatis aliàs dicta ſunt. De doct. Chriſt. lib. 1. cap. 27. Hanc eximiam charitatem præſtant Præpoſiti ex officio, dum alios ad ſalutem adducere ſtudentes, occidi malunt, quàm à pio illo officio abſtinere. P. 1. Mon. 11.

Cæteri verò Chriſtiani habere debent eam charitatem in animi præparatione, ſeu parati eſſe ad mortem pro fratribus ſuſcipiendam, cùm id fuerit neceſſe; ac diligenter Dominum deprecari, ut aut tam fortes eos in dilectione faciat, ut auſint pro fratribus mori, aut hujuſmodi tentationem & caſum, quo mori pro fratribus oporteat, evenire non patiatur. Sic Chriſtus Petro adhuc infirmo, cui dixerat, *Non potes me ſequi modò*, præcipit vigilare, & orare, ne intraret in tentationem. *Magnâ enim miſericordiâ multis parcitur*, ait S. Aug. *ut tentatione non interrogentur, ut non tententur ſupra id quod poſſunt.* Ioan. 13. Matth. 26. De S. Virginit. c. 47.

Dicet fortè aliquis, ait idem Aug. *Et quomodo poſſum habere iſtam charitatem? Noli citò de te deſperare; fortè nata eſt, ſed nondum perfecta eſt; nutri eam, ne ſuffocetur.* Tract. 5. in Canonic. Ioan. 1. Ioan.

Et unde, inquis, novi natam in me caritatem eſſe quam nutriam? Audi quid Ioannes dicat: Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, &c. Ecce unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, jam idoneus eſto dare de tuis facultatibus fratri. Sed ſi non potes dare ſubſtantiam tuam fratri, quomodo potes pro eo dare animam? ſed illam diligenter exercendo paulatim ad hanc pervenies, & perdendo vitam temporalem propter fratrem invenies æternam.

Quid autem efficiat verus Dei aut proximi amor, utcunque colligere licet ex his, qui pecuniam vel amicam carnaliter amant; quantos enim hi labores, & moleſtias ſubeunt, quàm laſſantur, quàm ardenti ſeipſos amore conficiunt, quid non captant conſilij, quid non tentant & aggrediuntur, ut optatis votis tandem aliquando potiantur? Videmus eos nonnumquam ex amoris magnitudine varios morbos incurrere, atque adeò in furorem & amentiam converti. Unde monet Scriptura, ut *ſapientiam quæramus velut pecuniam; & juſtitiæ ſerviamus, quemadmodum ſervivimus aliquando iniquitati.* Videbat enim Spiritus ſanctus filios hujus ſæculi ardentiùs quærere aurum & argentum ac ſordidas voluptates, quàm lucis filij juſtitiam, veraſque divitias & voluptates. Et quamvis longè plus laboris & diligentiæ, juſtitiæ dandum ſit, quàm unquam datum ſit vanitati, optandum tamen eſſet, ſi vel tantum daretur. *O ſi poſſemus,* inquit D. Auguſt. *homines excitare, & cum illis pariter excitari, ut tales eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſumus vitæ fugientis.*

Prov. 2. Rom. 6. Auguſt. cont. Iulia. Lib. 4. c. 3. Luc. 16.

Eccleſ. 15. Poteſt eadem Scriptura rectè intelligi de aqua ſapientiæ ſalutaris, quâ Dominus juſtum potat. Si quis

quis illam ſitit, veniat ad me, inquit Chriſtus, quia in me ſunt *omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi*; quos in Scripturis ſanctis aperuit, quæ in Eccleſia Catholica verè explicantur. Hæc ſunt ubera ſponſi (etiam ſponſæ) vetus & novum Teſtamentum, de quibus ipſa ſponſa ad ſponſum in Cant. *Meliora ſunt ubera tua vino.* Ad quæ ſugenda hortatur nos Iſaias Propheta, & Apoſtolus Petrus. *Quaſi modò geniti infantes*, inquit, *ſine dolo lac concupiſcite.* Omnes enim quamdiu hîc ſumus, parvuli ſumus comparatione perfectæ ætatis in futuro ſæculo; licet alter ad alterum hîc collatus vir dici poſſit. Unde & David & Paulus ſe lactenti parvulo comparant.

Coloſſ. 2. Can. 1. Iſai. 60. 1. Petri. 2. 1. Cor. 13. Pſalm. 130.

Addit autem: *Sine dolo*, ut diſtinguat doctrinam Scripturæ, & Eccleſiæ quæ illam exponit, in qua nullus metuendus eſt dolus aut falſitas, à doctrina Philoſophorum hæreticorum, &c. quæ multis dolis & mendaciis eſt referta, quantumvis dulce lac eſſe videatur. De quo Salomon; *Si te lactaverint peccatores ne acquieſcas eis.* Et David; *Narraverunt mihi iniqui fabulationes*, id eſt, fabulas vanarum opinionum, delectabilis eloquij arte cōpoſitas. Doctas fabulas vocat Petrus, *quia cū exigua ac fragilia ſint quæ narrantur, ſpumeo verborū ambitu ornātur*, inq. Au. *Sed nihil in eis utile reperitur, ſicut in lege Domini, in qua eſt omnis veritas*,

Prover. 1. Pſal. 118. ibi Auguſt. & Proſp. De doct. Chriſt. lib. 4. cap. 14.

Monet Sapiens; *ne deſideres de cibis illius in quo eſt panis mendacij*, id eſt, ne legas nec audias libros vel expoſitiones illius, qui habet falſam doctrinam. Ubera ſponſi (quæ eadem & ſponſæ ſunt) concutienda & exprimenda ſunt. Doctores Catholici audiendi & ſequendi, qui divina eloquia vel ſcripſere vel vivâ voce prædicant. Monet idem Sapiens; *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui*, id eſt, de

Prov. 23. Proverb. 5.

ſanctis Scripturis ſanctorumque Patrum documentis, quia illa explicant, in quibus continentur aquæ ſapientiæ ſalutaris. Et ſequitur; *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide*; Sic flumina de ventre tuo fluent aquæ vivæ, quando ſapientiam tibi conceſſam, quâ intus redundas, communicas aliis prædicando, conſulendo, docendo, corripiendo.

1. Pet. 4. Quod monet Petrus, *Vnuſquiſque, ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes.*

Sap. 7. Hiſt. Trip. lib. 10. cap. 33. Ad Cteſiph. Lib. 11. Conf. c. 1. Pſalm. 36. & ibid. Auguſt.

Hoc fecit Sapiens, *Sapientiam*, inquit, *ſine fictione didici, & ſine invidia communico.* Hoc fecit & ille Diaconus, qui cùm prohiberetur docere alios, *Impoſſibile eſt*, ait, *ut non communicem aliis lumen, quod ipſe percepi.* Hoc etiam fecit Hieronymus, qui de ſe, *Semper habui ſtudio audientibus loqui, quæ publicè in Eccleſia didiceram.* Hoc denique Auguſtinus, qui petens à Deo ſapientiam, *Deſiderium*, inquit, *meum non mihi ſoli æſtuat, ſed uſui vult eſſe fraternæ charitati.* Dicit Pſalmiſta; *Mutuabitur peccator*, quia multa bona à Deo accipit, *ſed non ſolvit*, quia nec Deo gratias agit, nec utitur ad aliorum ſalutem, ſed ſervat vel abutitur; *juſtus autem miſeretur, & retribuit*, quia & Deo gratias agit, & ad aliorum uſum expendit.

MONITVM XII.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c.

Ioan. 1.

Ioan. 8. DICIT de ſeipſo Chriſtus; *Ego ſum lux mundi.* Quo loco dupliciter lux intelligi poteſt;

Et

Et primò quidem pro luce ſenſibili, ſive, ſole, ut Metaphorica ſit locutio, quo modo Malachias Chriſtum vocat *Solem juſtitiæ*. Secundò, pro luce intelligibili, ſive, pro eo quod aliquid intellectui manifeſtum facit. Ut enim ait Apoſtolus; *Omne quod manifeſtatur, lumen eſt*, id eſt, ab aliqua luce illuſtratur. Facilè autem fuerit intelligere, quomodo Chriſtus propriè ſit lux intelligibilis, ſi priùs cognoverimus, quomodò Metaphoricè lux eſſe dicitur. Sol igitur omnium corporum lucidiſſimus eſt, cujus lumen nullum aliud corpus aſſequitur, à quo lumen accipiunt, quæcunque luminis capacia ſunt: ſi quid autem ab eo non illuminatur, accidit hoc non ſolaris luminis imperfectione, ſed ex alio impedimento. Ita quoque & Deus plenus eſt intelligentiâ, clariſſimè ſeipſum & omnia intelligens ſecundùm quod ait Daniel; *Ipſe novit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt.*

Malach. 4.
Epheſ. 5.
Vide Heſſ. in 1. Canon. Ioan.
Dan. 2.

Ad hæc, Dei intelligentiam nullus comprehendere poteſt. *Magnus conſilio eſt, & incomprehenſibilis cogitatu*, inquit Jeremias; & juxta Apoſtolum, *lucem habitat inacceſſabilem.* Omnis quoque rationalis natura per ſolum Deum illuſtratur, ut aliquid intelligat, ſicut ait Salvator; *Vnus eſt Magiſter veſter Chriſtus. Nemo dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula ejus niſi ſolus agnus.* Dicuntur tamen etiam Apoſtoli à Chriſto *lux mundi*, propter ſolum externum miniſterium; foris tantùm agunt, ille autem corda inſtruit, & illuminat; illi clamant verbis, Chriſtus autem auditui intelligentiam tribuit.

Ierem. 32.
1. Tim. 6.
Matth. 23.
Apoc. 5.
Matth. 5.
Kemp. lib. 3. cap. 2.

Nam mens eſt, quaſi ſenſus, ſeu oculus animæ: Diſciplinarum autem quæque certiſſima talia ſunt, qualia illa quæ ſole illuſtrantur, ut videri poſſint;

Aug. lib. 1. Soliloq.

veluti eſt terra, atque terrena omnia. Intelligentia autem eſt ita in mentibus, ut eſt in oculis aſpectus, atque ipſa viſio. Deus autem ipſe eſt veluti Sol, qui illuſtrat. De univerſis enim quæ intelligimus, non loquentem, qui perſonat foris, ſed intus ipſi menti præſidentem conſulimus veritatem, verbis fortaſſe, ut conſulamus, admoniti. Ille autem qui conſulitur, docet, qui in interiori homine habitare dictus eſt, Chriſtus, id eſt, incommutabilis Dei virtus atque ſempiterna ſapientia; quam quidem omnis anima rationalis conſulit, ſed tantum cuique panditur, quantum capere, propter propriam, ſive bonam, ſive malam voluntatem poteſt. Et ſi quando fallitur, non fit vitio conſultæ veritatis; ut neque hujus quæ foris eſt, lucis vitium eſt, quòd corporei oculi ſæpè fallantur.

Lib. de Magiſtro c. 11. Lib. 1. Retr. cap. 12. Lib. 1. de pec. merit. cap. 25.

Rurſus Sol lumine & calore ſuo, ſordida purgat corpora, iſta inferiora generat, fovet, roborat, & perficit: Similiter & Deus, præterquam quòd Spiritus ſui illuſtratione omnia creet, atque conſervet, hominem quoque cum radice erroris, amoriſque perverſi natum, variis inſuper erroribus, & vitiorum ſordibus coopertum, non ſolùm legem ſuam docet, verùm etiam expurgat, regenerat, cuſtodit corroborat, & perficit. *Ex libro enim lucis illius quæ veritas dicitur, & omnis lex juſta deſcribitur, & in cor hominis qui operatur juſtitiam, non migrando, ſed tanquam imprimendo transfertur: ſicut imago ex annulo & in ceram tranſit, & annulum non relinit. Qui verò non operatur, & tamen videt quid operandum ſit, ipſe eſt qui ab ipſa luce avertitur, à qua tamen tangitur.*

Aug. li. 14. de Trinit. cap. 15.

Quia ergo Deus ita electos ſuos illuſtrat, ita legem ſuam mentibus eorum inſcribit ac imprimit, ut volun-

voluntates eorum obedientes efficiat, hinc fit, ut non ſolùm propter intelligentiam ſuam,cujus etiam alios participes facit, ſed etiam propter juſtitiam ſuam quam aliis quoque communicat, lux eſſe dicatur; quemadmodum & Iacobus teſtatur, Deum vocans *Patrem luminum*, & ab eodem *omne datum optimum, & omne donum perfectum* docens *deſcendere*. Sic Malachias Chriſtum appellat, *Solem juſtitiæ*, & Zacharias, *Orientem*; quia videlicet, ejus illuſtratione ubicunque oritur,ſimul cum eo oritur & juſtitia;ſicut cum lumine Solis oritur calor. Hinc apud Sapientem conqueruntur impij in inferno, non ſolùm de defectu luminis intelligentiæ,ſed & luminis juſtitiæ: *Erravimus*, aiunt, *à via veritatis,& juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.*

Iac. 1.
Malach. 2.
Zach. 3.&6.
Sap. 5.

Hinc & ipſa juſtitia,& obedientia frequenter piæ mentis nominibus ad intellectus illuſtrationem pertinentibus, in Script. appellatur. Ut dum Jeremias in deſcriptione novi Teſtamenti dicit *legem Dei ſcribi in cordibus hominum*;dum Job.*Dei cultum eſſe*, ait, *ſapientiam, & à malo recedere, intelligentiam*; dum Chriſtus *omnes qui audiunt à Patre & didicerunt, ad ſe venire dicit*; dumque toties orat Propheta, ut juſtificationes Domini edoceatur. Hîc enim doctrinæ nomine, ea gratia intelligitur, *quâ non ſolùm facienda novimus, ſed etiam cognita facimus; nec ſolùm diligenda credimus, verumetiam credita diligimus.*

Ierem. 31.
Iob. 28.
Ioan. 6.
Auguſt. de grat. Chriſti Lib. 1. cap. 13. & ſeq.

Porrò quanquam Deus rectè lux dicatur, quòd ut ait Dionyſ. *omnis veritatis cognitio,& omnis creatura ab eo ſit*:hîc tamen ideò potiſſimùm lux dicitur, quia nos ab erroribus agendorum,& pravitate noſtrâ purgans,ita quid agendum ſit docet,ut hoc ipſum etiam

Lib. de Divin. nominib. cap.4.

Digitized by Google

Joan. 1. agere donet. Unde Joannes: *Vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet & tenebræ*, id eſt, homines erroribus & peccatis obtenebrati, *eam non comprehenderunt*. Et iterum; *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem*. Et ipſe Chriſtus de ſe dicit; *Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*. Ubi utique tenebras peccata appellans, eam ſe lucem declarat eſſe, quæ peccata noſtra depellit. Sic autem Chriſtus eſt lux inquit Joannes, *ut tenebræ in eo non ſint ullæ*, monſtrans divinæ puritatis excellentiam. Sicut intelligentia lux dicitur, ita ignorantia, error, ac injuſtitia, tenebræ. Deus autem & omnia novit, & iniquitas in eo non eſt, ideoque nec ullæ in eo ſunt tenebræ.

Ibidem.

Joan. 12.

1. Joan. 1.

Ideò autem Chriſtus ſe lucem dicit, ut ſciremus per quem tenebræ noſtræ diſcuti poſſent, & à quo juſtitiæ lux exſpectanda, & accipienda foret. Unde & ait; *Ego lux in mundum veni ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*. Deinde ut lucis hujus puritatem imitaremur, unde & ait: *Ego ſum lux mundi qui ſequitur me non ambulat in tenebris*. Quod autem in Script. *tenebras latibulum ſuum Deus poſuiſſe* dicitur, *habitareque in caligine & nube*, id fit, quòd ſit nobis incomprehenſibilis, tum quòd per occulta nobis adſit Sacramenta, & per occultam ſpem valde latens impios credentium corda inhabitet. Dicit Iſaias; *Verè tu es Deus abſconditus*, tum quòd præteritis ætatibus mundo ſe, ſuaſque opes quodammodo abſcondit, veram divinitatem ignorari paſſus: tum quòd *lucem habitat inacceſſibilem*, neque à vitiatis & cæcis mortalibus adiri mente, ac conſpici, niſi illuſtrante ipſo, ac vires ſubminiſtrante, poſſit. Denique quia oculis corporeis obvius non eſt, ſicut Gentilium

Joan. 12.

Joan. 7.

Pſal. 17.

2. Par. 6.

Pſal. 69.

Iſai. 54.

1. Timot. 6.

Digitized by Google

lium Dij, ſed tanquam latens in opere viſibili & abſconditus, mentis ſedulâ contemplatione requirendus.

MONITVM XIII.

Videns fidem illorum. Matth. 9.

Fides tua te ſalvam fecit. Luc. 7.

RES eſt conſideratione digna, quæ vel qualis fides neceſſaria ſit, ad juſtificationem & ſalutem conſequendam. In primis habenda eſt admodum pernitioſa hæreticorum noſtri temporis doctrina, quâ nos volunt ad juſtificationem obtinendam certò credere debere, remiſſa nobis eſſe peccata. Vide Heſſ. de fide ſpec.

Hæc enim fides 1. tollit orationem, quâ oramus ut dimittantur nobis debita noſtra; non enim rectè oratione petit, quod jam certus eſt ſe habere; at iſtâ fide certò ſibi homo perſuadet; irriſoriè ergo dicet verè fidelis Deo; Dimitte debita mea.

2. Tollit Scripturæ doctrinam de baptiſmo. Cùm enim nemo adultus poſſit admitti ad baptiſmum, niſi qui Chriſtianam fidem habet; juxta illud Philippi ad Eunuchum: *Si credis ex toto corde, licet te baptizare:* Atque hâc fide certus fit homo ſe eſſe Dei filium, Deumque ſibi jam propitium, ſequitur baptiſmum non adhibendum, ut peccata remittantur, vel ut homo renaſcatur, contra illud Symboli Conſtantinopol. *Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum:* & illud Petri ad Iudæos converſos in die Pentecoſtes, dicentis; *Baptizetur unuſquiſque ve-* Actor. 8. Symb. Conſtant. Act. 2.

 ſtrûm

Ioan. 3. *ſtrûm in remiſſionem peccatorum:* & illud Domini, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei.*

3. Tollit doctrinam Apoſtoli de recto uſu Eu-
1. Cor. 11. chariſtiæ. Apoſtolus enim ait, quòd *qui indignè ſumit, reus eſt corporis & ſanguinis Domini.* Hæc autem fides certus, inquit, eſto, & firmiter ſtatue, quòd nec reus inde fies, nec judicium incurres, & ſic periculum omne evades. Apoſtolus docet fidéles
Ibidem. *probare ſeipſos*, ne indignè ſumant Euchariſtiam, rei fiant, & condemnentur; hæreticus docet ſecurum, & certum te eſſe quòd non indignè ſumes, nec ibi reus fies, ſed gratiam conſequeris. Apoſtolus prædicat, examen præmittendum conſcientiæ, ille autem ſolâ fide, quâ quis ſtatuit ſe eſſe in gratia, conſequi gratiam in communione; avertentes, ſcilicet, hominem à ſuiipſius examine, ac probatione; & docentes eum reſpicere in ſolam miſericordiam, & non in judicium.

4. Tollit prædicationem veræ pœnitentiæ, ſive converſionis ad Deum. Nam cùm Scriptura dicat;
Pſal. 84. *Converte nos Deus ſalutaris noſter, & averte iram tuam à nobis.* Et; *Derelinquat impius viam ſuam, & vir ini-*
Iſai. 55. *quus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, &*
Iſai. 1. *miſeribitur ejus.* Et; *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum, ſi fuerint peccata veſtra ſicut cocc.* &c. Et, *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in remiſſion.* &c. Cùm iſta omnia dicat Scriptura, oſtendens veram pœnitentiam converſionemque præcedere remiſſionem peccatorum, hæc doctrina contrà docet obtineri remiſſionem peccatorũ ante hæc omnia, per ſolam fidem; & tum ſequi veram pœnitentiam, & converſionem ſecundùm

Deum

Deum. Hinc eſt illud Lutheri dictum, *Qui credit ſe abſolutum, eſt abſolutus, quicquid ſit de contritione.* In Bulla Leonis X. Art. 11. & 12.

5. Tollit poteſtatem ligandi & ſolvendi, remittendi & retinendi peccata, quam dedit Dominus Petro, & Apoſtolis. Hæc enim fides habet, quòd peccata ſint remiſſa ſolâ fide, etiamſi nemo accedat ſolutor vel remiſſor; ut ridiculum jam ſit, quod Dominus Apoſtolis ſuis dixit, *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*; cùm nimirum & illis ipſis remiſſa ſint peccata, ante quam accedunt Apoſtoli. Matth. 16. Ioan. 20.

6. Cùm homo certò non ſciat an aliquod crimen in ſe lateat, unde ira Dei (*cui placere nõ poteſt, qui ſecundùm carnem ambulat*) ſuper eum maneat, quâ fronte, obſecro, certò ſtatuat ſibi remiſſa eſſe peccata? Rom. 8.

7. Quomodo talis fides ad juſtificationem requiritur, cujus nec Symbolum Apoſtolicum, nec Nicenum, nec Athanaſij meminerunt? quæ tamen nefas eſt putare, eum articulum omiſiſſe, unde pendet juſtificatio & ſalus. Rectè igitur Scriptura mandat: *De propitiato tibi peccato noli eſſe ſine metu.* Eccleſ. 5.

8. Talis fides non fuit in Sãctis; Unde juſtus Iob *verebatur omnia opera ſua*, ne fortè contra Deum quid latenter committeret; *ſciens quòd Deus nõ parceret delinquenti.* Ieremias cor hominum ſoli Deo ſcrutabile eſſe teſtatur. Ipſe Apoſt. nullius infidelis diſpenſationis ſibi conſcius: non audet certò judicare, ſe eſſe fidelem diſpenſatorẽ. Legerat enim à Propheta dictũ, *Delicta quis intelligit?* Et, *Ab ocultis meis munda me Domine.* Et. *Eſt via quæ videtur homini juſta; & noviſſima ejus ducunt ad interitũ.* Et, *Omnis via viri, recta ſibi videtur, appendit autem corda Deus.* Idcircò temperabat Apoſtolus ſententiam, ne fortè per ignorantiam deliquiſſet. Iob. 9. Ierem. 17. 1. Cor. 4. Ber. epi. 42. Hieron. li. 2. cont. Pelagian. Pſal. 18. Prov. 21.

9. Abraham poſt plurima certamina, elapſis pluſquã viginti ſex annis, ex quo ſecutus erat Dominum, tan- Geneſ. 22. Aug. quæſt. 57. 58. in Geneſ.

dem audit; *Nunc cognovi*, id eſt, interprete S. Auguſt *Nunc te cognoſcere feci, quòd timeas Deum.* Non igitur
In.cap.18. lucæ Hier. lib.2.cont. Pelag. in ſine. ſtatim acceptâ veniâ certò cognoſcit juſtus, quòd Deum timeat, ſive, quòd Deo placeat. *Si quid boni* (dicebat Beda orans Deum) *te largiente fecero, quo fine hoc faciam, quavè diſtrictione à te penſetur ignoro.*

Non minùs etiam pernitioſa eſt malè ſecura illa fides, quâ quiſque certò ſtatuat, ad vitam æternam ſe perventurum. 1. enim etiam de futuris prænuntiat,
Eccleſ.8. Prou.28. quæ ſoli Deo nota ſunt, juxta illud Sapientis, *Homo futura nullo ſcire poteſt nuntio.* Et, *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies.*

2. Eſt in hæreticis qui certò eò non pervenient.
Aug. in lib. de hæreſib. Hoc enim olim ſtatuebat Eunomius; ſtatuunt nunc & Calviniſtæ, ſtatuunt & Brentiani, etiam in graviſſima materia Religionis, nempe, Euchariſtiæ doctrina, à ſe mutuo diſſentientes. Falſa eſt ergo hæc perſuaſio, non innitens veraci verbo Dei.

3. Hæc fides certum hominem facit, quòd in fide perſeverabit. Vita quippe æternam fidelibus tantum, & in fide uſque ad mortem perſeve-
1.Tim.1. 1.Tim.6. rantibus, parata eſt. Sed ſicut Apoſt. docet, multi *repulſâ bonâ conſcientiâ, naufragium circa fidem fecerunt.* & alios *præ avaritiâ fide excidiſſe* dicit. Chriſtus quoq; quoſdam ponit in fide temporales, quos verè
Luc. 9. dicit credere. His adde, quod jam olim Ioviniani dogma, renatos, videlicet, Spiritu S. à ſatana non poſſe ſu-
Lib. cont. Iovinian. Vide Bern. epiſt. 42. Matth. 24. Ezech.18. perari oſtenſum ſit à D. Hieron. clariſſimis Scripturis adverſari: totaque Eccleſia Novatianos condemnans credidit fideles labi, excidereque à gratia poſſe: ſicut Chriſtus ait: *Refrigeſcet charitas multorum.* Et Ezechiel: *Si juſtus averterit ſe à juſtitia ſua*, &c.

4. Hæc perſuaſio pronuntiat de occulta & inſcrutabili

ſcrutabili Dei prædeſtinatione. Nam per eam firmiter ſtatuit homo ſe prædeſtinatum, ſecuriorque eſt de ſua ſalute quàm fuit homo & angeli ante lapſum. At aliter Auguſt. *Licet*, inquit *ſancti de ſuæ perſeverantiæ præmio certi ſint, de ipſa tamen perſeverantia ſua reperiuntur incerti. Quis enim hominum ſe in actione profectuq; juſtitiæ uſq; in finem perſeveraturum ſciat, niſi aliqua revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re juſto, latentiq; judicio, non omnes inſtruit, ſed neminē fallit?* Aliter quoque Hieron. *Ne glorieris*, inquit, *in craſtinū; neſcis enim quid adveniens pariat dies. Vnde ſcriptum eſt: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem: Quādiu enim vivimus, in certamine ſumus: quamdiu in certamine, nulla eſt certa victoria, quæ etiam Apoſtolo fortiſſimè prælianti, in futuro ſæculo reſervabatur.*

Lib. 11. Civit. ca. 12.
Li. 2. cont. Pelag.
Prov. 27.
Eccleſ. 11.

5. Hæc perſuaſio tollit ſollicitudinē rectè agēdi. *Securitas enim mater negligentiæ eſt*, ait Greg. Et illum timorē, quo jubet Apoſtolus, *Tu fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time*, &c. quo timore in nobis excitatur, & conſervatur humilitas. *Timor virtutū cuſtos eſt*, inq. S. Hier. *Securitas ad lapſum facilis.* Iubet nos Apoſt. *metuere, ne fortè ab olea Patriarcharū excidamur. Ne fortè relictâ pollicitatione introeundi in requiē ejus, exſtimetur aliquis in nobis deeſſe*; jubet ut *qui ſtat, videat ne cadat: ut cū metu & tremore ſalutē noſtrā operemur*. Ipſe *caſtigat corpus ſuū, ne cū aliis prædicaverit, ipſe reprobus efficiatur*. Ipſe poſt tot pro Chriſto perpeſſos labores, tanquā nondum ſecurus, dicit, *Si quo modo occurram ad reſurrectionem*: Et peccator neſcio quis audet credere, tanquam certum Dei verbum, ſe perventurum ad illam gloriā? *Quos, ait Apoſt. prædeſtinavit, ipſos & vocavit: vocatione illa de qua dictū eſt; Sine pœnitētia ſūt Dei dona, & vocatio*, inq. Aug. *ad quā vocationē pertinere nullus eſt homo ab homini-*

Li. 6. epiſt. ex Reg. ſt.
Rom. 11.
Ad Fabiol. manſ. 23.
Hebr. 4.
1. Cor. 10.
Philip. 2.
1. Cor. 9.
Philip. 3.
Auguſt. de bono perſ. cap. 13.
De cor. & grat. c. 13.
Rom. 11.

Iob. 7. *hominibus certâ aſſeveratione dicendus, niſi cùm de hoc ſæ-*
1. Cor. 10. *culo exierit. In hac autem vita humana, quæ tentatio eſt ſuper terram, qui videtur ſtare, videat ne cadat.* Ideò qui p- pe non perſeveraturi perſeveraturis providentiſſimâ Dei voluntate miſcentur, ut eſſe diſcamus, non alta ſapientes
Rom. 12. Philip. *ſed humilibus conſentientes, & cum timore & tremore noſtram ipſorum ſalutem operemur.*

6. Nullum Symbolorum, neque Apoſtolicum, neq; Nicenum, neq; Conſtantinopolitanum, neque Athanaſii habet, quòd quilibet deberet certò credere ſe habiturum vitam æternam. Licet enim credamus vitam æternam, non tamē idcircò credimus nos eam poſſeſſuros. Credimus enim ſimiliter & mortem impiorum æternam, tamen nemo debet, etiamſi hactenus impiè vixerit, credere ſe iturum in mortem æternam. Nec igitur etiam ſi quis ſciret ſe hactenus rectè vixiſſe, credere ſe poſſeſſurum vitam æternam.

Exemplor. congeries. Ezech. 18. Gregor. ibi. Auguſt. de Civit. li. 12. cap. 1. Ioan. 8. Luc 10.

7. Primus Angelus in ipſa ſua creatione gratiam Dei cum ſapientia, aliiſque donis plurimis, ſine dubio percepit. De ipſo enim ſcribit Ezechiel: *Plenus ſapiētia, & perfectus decore, in delitiis paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentū tuū.* Et infra: *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te.* Iſte Angelorum princeps, *in veritate non ſtetit*, ac per hoc in accepta gratia non perſeveravit, *& tamquam fulgur*, ut Dominus loquitur, id eſt, ſumma velocitate *de cœlo cecidit, & ex* Angelo lucis in principem tenebrarum converſus eſt.

Hunc imitatus eſt primus homo, qui gratiam Dei in ſua ipſa conditione cū originali juſtitia cōſecutus, paulò pòſt eandem amiſit. Quem ſcribunt Patres dici potuiſſe *Angelū terreſtrē, ex ſpiritu & carne conſtantem*; ex ſpiritu propter gratiam, & carne

Nazian. de Paſchate. Chryſoſt. hom. 10. in Geneſ.

propter

propter naturam. Si illi de perſeverentia ſua incerti fuerunt & re ipſa ex gratia exciderunt; quis mirabitur, ſi & nos poſt lapſum Adami certitudine perſeverantiæ careamus?

Ad hæc *Saul primus Iſraelitarum Rex*, electus à Deo, cùm eſſet humilis in oculis ſuis, & tam bonus, ut in toto populo non eſſet illo melior; tamen paulò pòſt reprobus factus eſt. 1. Reg. 9.

Salomon verè fuit ſapientiſſimus, & ab adoleſcentia ita gratus Deo ut de eo dixerit Deus Davidi; *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Et vocat eum S. Hieronymus *amabilem Domini.* Et tamen non perſeveravit, ſed in ſenectute depravatus à mulieribus adoravit omnia illarum idola, & à non paucis graviſſimis auctoribus reprobus fuiſſe creditur. Quod diſertè ei prædixit David pater, dicens: *Si quæſieris Deum, invenies eum: ſi autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.* 2. Reg. 7. In epiſt. ad Paulin. 1. Paral. 28.

Judas proditor electus quoque fuit à Chriſto, cùm eſſet bonus, aut certè vocatione ipſa factus eſt bonus, & dignus ampliſſimo gradu; & tamen brevi corruptus amore pecuniæ, ab eodem Domino diabolus meruit appellari, meliúſque illi fuiſſet ſi natus non fuiſſet. Omitto *Tertullianum, Origenem*, & alios multos. Quis igitur perſeverantiam ſibi certò polliceri audeat, quando turres ejuſmodi ceciderunt? Ioan. 6. Matth. 26.

Illa ergo fides ad juſtitiam ducit, & vitam, quà Deus creditur paratus peccata omnibus pœnitentibus & invocantibus ſe per Chriſtum, in Sacramento baptiſmi vel reconciliationis ignoſcere. Item quâ creditur daturus bona opera invocantibus ſe per Chriſtum, & perſeverantes in illis per eun-

eundem reſuſcitaturus, & merito ipſorum bonorum operum vitam æternam redditurus.

Huic fidei conjuncta eſt ſpes videlicet, in Dei potentia & miſericordia, quæ tum cuique naſcitur, cùm primùm fuerit bonæ voluntatis, cùm primùm cœperit eſſe bonæ conſcientiæ, & deſiderium pœnitentiæ ac bonæ vitæ conceperit. Spes inquam tali oritur de venia percipienda, & bona vita, atque æterna. Nec ambigua vel incerta eſt hæc ſpes, qualis ſolet eſſe eorum, qui in homine confidunt. Spes enim Chriſtiana certo fundamento innititur, & immobili. Scimus enim Deum omnipotentem & miſericordem: ſcimus Deum pœnitentes & invocantes ſe per Chriſtum exaudire: ſcimus eum, perſeveranter ſibi adhærentes coronare. In hoc dogmate nihil hæſitare licet. *Poſtulet* (ait Iacobus) *in fide nihil hæſitans*, &c.

August. in Pſalm. 36. verſu. Non confundetur in tempore malo.

Iac. 1.

In Pſal. 31.

Ex hac ergo fide & deſiderio juſtitiæ oritur in nobis ſpes. *Spem* (ait. Auguſt.) *gerit bona conſcientia*: Et Apoſtolus docet *patientiam operari probationem*, id eſt, oſtendere nobis quantum profecerimus in amore Dei; *probationem verò operari ſpem, quæ non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris* Et Ioannes; *Fiduciam*, inquit, *habemus in die judicij; quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo*. Quantò igitur melior fuerit conſcientia, tantò major eſt ſpes, ita ut homo perfectæ charitatis fidenter poſtulet adventum Chriſti; quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, quem gerit mala conſcientia vel imperfecta, quæ adhuc cupit adventum judicis differri. Hic *timor* magnam *pœnam habet* ex cogitatione repentini adventus Chriſti.

Rom. 5.

Ioan. 4.

Ibidem.

Aug. tract. 9. in Canonic. Ioan.

Cùm autem timor oriatur ex conſideratione

ne noſtræ infirmitatis; ſpes verò miſericordiæ omnipotentis, quæ & pravitatem à nobis auferre, & infirmitatem noſtram erigere parata eſt, innitatur: longè nobis maior cauſa ſpei quàm timoris eſt. *Potens eſt Deus facere ſupra quàm petimus, & intelligimus.* Ipſe abundantiâ pietatis ſuæ merita ſupplicum excedit & vota. *A cuſtodia igitur matutina uſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino: quia apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio; & ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Non eſt opus Dei perdere quos creavit, ſed facere opus alienum; quod ad crudelitatem magis quàm ad clementiam pertinet. Ipſius enim proprium eſt miſereri ſemper & parcere.*

Epheſ. 3. In Orat. Dom. poſt Pent. Pſalm. 129. Bern. ſerm. 5. de Nat. Hieron. in cap. 28. Iſai. Orat. 1. poſt Litan.

Notandum hîc, duplicem eſſe certitudinem; alia eſt fidei, quæ propriiſſimè ſic dicta eſt; alia fiduciæ, per quam omni dubitatione remotâ, quæ animum huc atque illuc non ſine moleſtia anxiæ fluctuationis impellit, in uno quopiam quod ſic eſſe putemus liberâ perſuaſione defigimur, Neque enim idem ſunt, credere fide Chriſtianâ ſic eſſe, & ſic eſſe vehementer tranquilléque confidere. In illo falli non poſſumus, quia fidei non poteſt ſubeſſe falſum; in hoc verò falli ſuâ opinione vel exſpectatione contingit. Eſt enim non certæ notitiæ ſed bonæ fiduciæ quædam certitudo; de qua Apoſt. Philip. 1. *Confidens quia qui cœpit in vobis opus bonum*, &c. (ubi vox græca eadem eſt cum ea quæ eſt ad Rom. 8. *certus ſum, &c.* quia ex bonis initiis bonos exitus ac progreſſus ſperabat. Non enim fidei eſt, quòd qui cœpit, perficiet: nec Apoſtolus pro articulo fidei habebat Philippenſes perſeveraturos.

MONITVM XIV.

Remittuntur tibi peccata tua.

Matth. 9. Lucæ 7.

Enchir. De pec. mer. lib. 1. cap. 35. OCcaſione hujus ſententiæ aliquid dicendum de peccatis, eorumque remiſſione. Omnibus notum eſt duplex eſſe peccatum. Quoddam enim eſt Originale, quod non eſt aliud, quàm ex peccato primi parentis ſtatim ab ipſius conceptionis initio contracta perverſitas. Rom. 5. Epheſ. 2. Rom. 5. Vide Conc. Florent. in Concluſ. Quod intrat in homines per unius hominis inobedientiam: ex quo uno omnes naſcuntur filij iræ; & æternæ damnationi obnoxij.

Aliud eſt peccatum activum, ſive, peccatum propriæ vitæ. *Et eſt dictum, factum vel concupitum, propriâ voluntate, contra legem Dei.* Cont. Fauſt. lib. 22. c. 27. Dicitur propriâ voluntate, ut excludatur ille actus ſeu motus carnis, quem homo patitur, non agit, qui contra legem dicitur, Rom. 7. quia ad violationem legis impellit, ut eſt ad *Rom.* 7. Et comprehenditur etiam peccatum omiſſionis, D. Thom. quod, ut S. Thomas docet, affirmatio & negatio ad idem genus reducantur, & ideo, inquit, pro eodem accipiendum, dictum, & non dictum; factum, Rom. 9. & non factum. De hoc peccato loquebatur Apoſtol. cùm diceret, Jacob & Eſau, cùm eſſent in utero matris, *nihil mali egiſſe*, qui tamen erant immundi & peccatores per originale peccatum. Hoc autem peccatum duplex eſt; Quoddam enim crimen eſt, & Mortale vocatur, quia mortem adfert; primam,

animæ

imæ, de qua Apoſt. *Peccatum per mandatum ſedu-* Rom. 7.
t me, & per illud occidit. Et ad Timoth. *Vidua in de-* 1. Tim. 5.
iis vivens mortua eſt. Et Chriſtus apud Matth. *Sini-* Matth. 8.
mortuos ſepelire mortuos ſuos. Secundam videlicet,
hennæ, de qua in Apocal. quæ eſt privatio viſio-
s Dei, cum pœna ignis æterna.

Dicitur ergo mortale, quia mortem infert, tan- Apoc. 20.
am mortiferâ quâdam punctione, aut morſu 1. Cor. 15.
hali, ut eſt ad Corinth. & apud S. Aug. Hoc Lib. 3 c. 11.
go peccatum tam grave eſt, ut excludat hominem mer..
regno Dei; qualia ſunt quæ recenſet Apoſtolus
Galat. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt, Forni-* Galat. 5.
io, immunditia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, Rom. 1.
micitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſio- 1. Cor. 6.
, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & Epheſ. 5.
ſimilia. De quibus ſubdit, *Qui talia agunt regnum*
i non poſſidebunt. Similes catalogos criminum ha- 1. Tim. 1.
s etiam alibi apud eundem.

Aliud activum peccatum Veniale vocatur, quod
n tam grave eſt, ut hominem alioqui bonum
cludat à regno Dei: mortem non meretur æter-
n, ſed pœnam temporalem. Ideo veniale dicitur,
ia de eo ſi ſolum ſit, venia obtinebitur à Deo,
certè poſt pœnam condignam temporalem im-
lire hominem non poteſt, quin ad juſtitiæ ſuæ
emium pertingat. Ut enim cum juſtitiæ vita con-
it, ita etiam præmij juſtitiæ conſecutionem im-
lire non poteſt. In quibus autem ſemper inhæ-
t, ut in damnatis, non mirum ſi perpetuâ pœnâ
ciantur, quia affectus pravos non depoſuerunt,
que hîc indulgentiam meriti ſunt.

Duobus autem modis accidit ut aliquid ſit ve-
le, 1. Propter ſolam inchoationem ejus, quod ſi

Iac. 1. per deliberatum aſſenſum, progreſſum fuiſſet lon-
Auguſt.de verb. Dom. ſerm.44. giùs, mortale peccatum evaſiſſet; de quo Iacob. 1. & Auguſt.de verb.Domini. 2. Propter ſui exilitatem, materiæque in qua verſatur,levitatem, etiamſi deli-
Idem. De nat. & grat.ca. 38. beratus conſenſus non deſit; de quo Auguſt.de nat. & grat. Sine tali peccato nemo juſtorum hîc vivit;
1.Ioan. 1. Iac.3. ſicut ait Ioan.*Si dixerimus,quia peccatum non habemus*, &c. Et Iacob.*In multis offendimus omnes.* Et Paulus:
1. Cor. 6. *Iam omninò delictum eſt in vobis quod judicia habetis inter vos.* Sine crimine autem multi vivunt, ut Za-
Luc.1. charias, & Elizabeth.Et illi quos Apoſtolus dignos
Vide Aug. lib. 1. cont. 2.ep. Pelag. cap. 14. judicat Epiſcopatu, cùm ait; *Si quis ſine crimine eſt.* De qualibus etiam ſcriptum eſt, *Beati immaculati*
Tract. 19. in Ioan. Tit.1. Pſal. 16. *in via.* Notandum autem in hoc utroque genere activorum peccatorum magnam eſſe varietatem; Gravius enim eſt adulterium fornicatione, cùm utrumque ſit mortiferum: gravius fabulis aliquantum temporis terere, quàm raptim inania cogitare, cùm utrumque ſit veniale.

Sed quærat aliquis unde penſanda ſit gravitas pec-
Ench. c. 78. catorum.Dicit S.Auguſt. *Quæ ſint mortifera, quæ venialia peccata, quæ gravia,quæ levia, non humano ſed divino ſunt penſanda judicio.Imprimis ſunt quædam quæ leviſſima putarentur,niſi in Scripturis demonſtrarentur opi-*
Matth. 5. *nione graviora.Quis enim dicentem fratri ſuo,Fatue,*in-
Ibid.ca.79. quit idem Auguſt. *reum gehennæ ignis putaret,niſi Veritas diceret?*Deinde *peccata quamvis magna & horrenda,*ait idem, *cùm in conſuetudinem venerint, aut parva*
Ibid. ca.80. *aut nulla eſſe creduntur,uſque adeò, ut non ſolùm non occultanda verùm etiam jam prædicanda ac diffamanda videantur; quando ſcriptum eſt; Laudatur peccator in*
Pſal.9. *deſideriis animæ ſuæ & iniquus benedicitur.*Vt ſunt hoc tempore, ebrietates, comeſſationes, appetitus vin-

Digitized by Google

:tæ, amari ſales, &c.

Vbi etiam hoc notandum, non certò à nobis gnoſci omnium peccatorum gravitatem. Sicut dici de multis morbis certi ſunt, quòd per ſeip- lethales ſunt, & de multis, quòd ſoli mortem n adferunt: at de pleriſque incerti, ſintnè morti-i, an non: ita nos ſcimus, multa peccata, quæ mor-ſunt animæ, talia eſſe ut excludant hominem à a æterna, multaque non eſſe tam gravia. De multis ò, an venialia ſint, difficillimum eſt invenire, :iculoſiſſimum definire. *Ego certè*, ait Auguſt, *uſ- ad hoc tempus, cùm inde ſatagerem, ad eorum indagi- pervenire non potui; & propterea fortaſſis latent*, ſub-, *ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata caven- pigreſcat*. Sed quomodò hæc peccata remittun-?

Vide Aug. lib. 21. de Civit. c. ult.

Ibidem.

Peccatum originale, & quæcunque illi adjecta t, remittuntur in baptiſmo, tam perfectè, ut *la futuri ſæculi pœna luenda reſtet, ſi continuò poſt ba- ma*, inquit S. Auguſt. *ſequatur ex hac vita migratio*. :ualia mortalia in relapſis, remittuntur in Sacra-nto pœnitentiæ per claves Eccleſiæ, iis nem-, qui ſecum adferunt veram contritionem; quæ animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſ- :um propoſito non peccandi de cætero. Venia- autem remittuntur pacto orationis Dominicæ. ſimilibus. Quælibet enim eleemoſyna adiuvat veniam, ſed ſumma ibi commemoratur, quod ex acilè quælibet inferior intelligi poſſit, & quia : à quolibet erogari poteſt.

Lib. 2. de pec. mer. ca. 28. & lib. 1. cap. 20.

Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. de pœnit.

Admodum autem conſolatorius eſt articulus iſſionis peccatorum; ſed iis tantùm, qui non nanent impœnitentes, quique non tardant

Eccleſ. 5.

pateſactum. Vnde Iacobus adjicit, *Et amicus Dei appellatus eſt.* Vti contrà pronuntiatur *beatus ille vir, cui non imputavit Dominus peccatum,* id eſt, cui Dominus abſtulit peccatum, admiſſum remittens, & à dolo ſpiritum ejus liberans: ſicut ait; *beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,* &c. Et iterum: *Nec eſt in ſpiritu ejus dolus.* Dicimur tamen per Chriſtum juſtificari; tum, quia legis impletionem is nobis promeruit; tum, quia pro peccatis noſtris, ut ea nobis ignoſcerentur, ſatisfecit. Iac. 2. Pſalm. 31.

Si quæras, ubi aut ad quid proſit remiſſio peccatorum? Reſpondet S. Auguſt. *Magis propter futurum judicium, quàm propter commoda præſentis vitæ, ſit remiſſio peccatorum. In hac enim vita uſque adeò valet quod ſcriptũ eſt; Grave jugum ſuper filios Adã à die exitus de ventre matris eorũ uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium; ut etiam videamus parvulos poſt lavachrũ regenerationis, diverſorum malorũ afflictione cruciari: ut intelligamus totum quod ſalutaribus agitur Sacramentis, magis ad ſpem futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel adeptionem præſentium pertinere.* Enchir. cap. 66. Cont. Iulia. lib. 3. cap. 6. & lib. 6. c. 4. De Civit. lib. 21. cap. 14. & 15. Eccleſ. 40.

Sic David confeſſione peccati veniam meruerat, dixeratque ei Propheta eſſe remiſſum; tamen quanta adhuc poſteà propter id paſſus? *Productior eſt enim pœna quàm culpa* (inquit alibi) *ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna.* Remanet autem (ſublato reatu pœnæ æternæ) pœna temporalis, *vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ.* De quibus alibi latiùs à nobis dictum eſt. 2. Reg. 12. De pecc. mer. lib. 2. cap. 31, & Tract. 124. in Ioan. Parte 1. Mon. 10.

animæ beatam vitam non invenerunt ſtabilem, id eſt, veram. Corpori verò eſſe aliquod præmium repoſitum, nec ſuſpicati ſunt. Unde cùm Paulus (Actor. 17.) eis annuntiaret mortuorum reſurrectionem, dicebant; *Novorum dæmoniorum videtur annuntiator eſſe.* De civit. li. 10. cap. 32. Act. 17.

Fides autem Catholica totum hominem immortalem futurum, qui utique conſtat ex anima & corpore, & ob hoc verè beatum, non argumentatione humanâ, ſed divinâ authoritate promittit. Quanquam igitur videamus carnem iſtam mori, credimus tamen ſuſcitandam ad vitam perpetuam. Non autem in alio aliquo corpore, aut alia carne reſurgemus, ſed in eadem carne, eiſdem nervis & oſſibus, eâdem pelle, eiſdem manibus, pedibus, oculis & reliquis membris eiſdem. Ita enim Chriſtus reſurrexit. Et ait Apoſtolus; *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Id ergo quod nunc eſt corruptibile, tunc reſurget. Hieron. ad Pammach. cont. errores Ioannis Ieroſol. 1. Cor. 15.

Unde & Iob ſe conſolatur dicens; *Scio quòd redemptor meus vivit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus, & rurſum circundabor pelle meâ, & in carne mea videbo Deum: quem viſurus ſum ego ipſe & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Idem ergo quilibet erit, qui nunc eſt, juſdemque ſexus, (qui non uſui veteri, ſed novo decori aptabitur) & in effigie ſua proprietas cujuſque & diſcernibilis ſimilitudo ſervabitur. Oſtendit Aug. in Serm. Nou. *Multa tūc membra fore ad ſpeciē, nō ad uſum; ad commendationem pulchritudinis, non ad indigentiā neceſſitatis: Sicut barba & mammillæ in viris;* Iob. 19. Ibidem Hieron. Serm. 7. in Nou.

 quis

quis enim eorum uſus, niſi ſola pulchritudo?

Hier. ibid. Sed cur idem corpus reſurget? Iuſtum eſt ut illa caro, quæ fuit animæ inſtrumentum, ad laborem, quo pertigit ad vitam, ipſa etiam párticeps ſit præmii & ſalutis. Corpora, quæ nunc ſunt membra Chriſti, quæ nunc paſcuntur immortali ejus carne, quæ nunc inhabitantur à Spiritu Sancto, decet eiam tunc vivificari, & corpori Chriſti ſimilia fieri.

1. Cor. 6.

Irenæ. lib. 5. cap. vlt. Rom. 8. Cyril. lib. 4. cap. 4. in Ioan.

Quomodo reſurgent mortui; quali autem in corpore veniet? Huic inſipienti quæſtioni reſpondet Apoſtolus: *Inſipiens tu, quod ſeminas, non vivificatur, niſi priùs moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & unicuique ſeminum proprium corpus. Quia nemo ſeminat* (ait S. Auguſt.) *herbam vel ſtipulam, & multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen ſemina exurgunt. Ideò ait Apoſtolus; ſed nudum granum. Hic volens oſtendere*, inquit D. Auguſt. *quia ſi Deus poteſt addere, quod non erat in nudo ſemine, multò magis poteſt reparare, quod erat in hominis corpore.* Reverà, non minus eſt mirabile, quòd omnipotens in agro ſegetes multiplicat, quàm quòd mortuos ſuſcitat: ſed quia illud frequenter fit, nemo miratur. Et ſi non videremus fieri, æque impoſſibile videretur, ut reſurrectio mortuorum.

1. Cor. 15.

Epiſt. 146.

Tract. 8. & 24. in Ioan.

Credendum ergo eſt Omnipotenti, cui non perit terrena materies, de qua creatur caro mortalium: ſed in quemlibet pulverem cineremvè ſolvatur, in quoſlibet halitus auràſve diffugiat, in quamcumq; aliorum corporum ſubſtantiam, vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, etiam hominum

Auguſt. in Ench. c. 88.

Digitized by Google

um cibum cedat, carnemque mutetur, illi ani-
humanæ, Deo operante, puncto temporis redi-
quæ illam primitus, ut homo fieret, creſceret, De Civit.
ɜret, animavit. Quamvis etſi omnibus modis li.22. ca.20.
iiſſet caro humana, nec ulla ejus materies in ul-
naturæ latebris remanſiſſet, unde vellet, repa-
:t eam Omnipotens.
ed qualia erunt corpora Sanctorum? Dicit A- Philip. 3.
tolus; *Salvatorem exſpectamus Dominum noſtrum*
SUM *Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis*
tra, configuratum corpori claritatis ſuæ. In primis,
nt Spiritualia, id eſt, ſpiritui perfectè ſubjecta.
nc Apoſtolus; *Reſurget corpus ſpiritale.* Quare dici- 1 Cor. 15.
ſpiritale corpus? quærit Auguſt. *niſi quia ad nu-* Ser. 71. in Nou.
n ſpiritus ſerviet. Quoniam tunc tanta erit concordia Enchir. ca-
nis & ſpiritus, vivificante ſpiritu ſine ſuſtentaculi ali- 91.
us indigentia ſubditam carnem, ut nihil nobis repugnet
nobis: ſed ſicut foris neminem, ita nec intus noſipſos pa-
mur inimicos. Proinde quantum ad ſubſtantiam atti-
, etiam tunc caro erit; propter quod & poſt reſurrectio-
n corpus Chriſti appellatum eſt caro. Quantum autem Luc. 14.
corruptionem quæ nunc aggravat animam, & ad vitia
ıhit, quibus nunc caro concupiſcit adverſus ſpiritum,
ıc non erit caro ſed corpus. Vnde dicitur; Caro & ſan-
is regnum Dei non poſſidebit.
Deinde, *corpora Sanctorum nullo ligno indigebunt*, 1. Cor. 15.
o fiat ut nullo morbo, vel ſenectute inveterata morian- De Civit.
r; neque aliis ullis alimentis corporalibus, quibus eſuriẽ- lib. 13. cap.
& ſitiendi qualiſcumque moleſtia devitetur. Sicut ege- 22.
t Adam ante peccatum, quoniam certo & omni modo
violabili munere immortalitatis induentur, ut non niſi
lint, poſſibilitate, non neceſſitate veſcantur. Sicut Chri-
ıs poſt reſurrectionem manducavit, non neceſſitate, inq.
S. Auguſt.

Ser. 4. & 71. in Nou. 1. Cor. 15. Oſeæ 13. Luc. 20. S. Auguſt. *ſed poteſtate.* Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt; *Abſorpta eſt mors in victoria. Mori enim non poterunt*, ut ait Chriſtus Sadducæis.

Ench. cap. 87. 91. De Civit. li. 22. ca. 29. Deinde Sanctorum corpora pulchra erunt ac integra. *Promiſſum eſt enim ſanctis, quod nec capillus de capite eorum peribit, quantò minus integritati corporum aliquid deerit, ſi nihil ſit defuturum ornatui? Ille ſupplebit, ſi quid hic ſanctis deſit ad integritatem; ille ſi quid naturam gravat, reſecabit; qui omnes eorũ capillos, ex quibus ornantur, cuſtodit. Nulla ergo erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi & quæ prava ſunt, corrigentur; & quod minus eſt quod decet, unde creator novit, inde ſupplebitur.* De Civit. li. 22. cap. 20. *Fortaſſe*, inquit D. Auguſt. *etiam in corporibus Martyrũ videbimus vulnerũ cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertulerunt: Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit? & quædam quamvis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.* Matth. 13. De Civit. li. 20. cap. 18. Hiero. in c. 40. Iſai. Proſp. lib. 1. ca. 11. de tit. cont. *Coloris porrò ſuavitas, quanta erit, ubi juſti fulgebũt ſicut ſol in regno Patris eorum? Quæ claritas in corpore Chriſti cùm reſurrexit, ab oculis diſcipulorum potiùs abſcõdita fuiſſe, quàm defuiſſe, credẽda eſt. Nõ enim eam ferret humanus aſpectus, quãdo ille à ſuis ita deberet attẽdi, ut poſſet agnoſci.*

Deinde tam agilia erunt Sanctorum corpora, ut illic ſint, ubi eſſe voluerint, ſine ulla defatigatione ad eum locum celerrimè & breviſſimo tempore moti. Iſai. 40. Sicut dicit Iſaias; *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.*

Sed quid erit de reſurrectione parvulorum? Aug. ſer. 71. ib Nou. De Civit li. 22. cap. 15. *Credibilius*, inquit S. Auguſt. *accipitur, & probabilius, ac rationabilius, plenas ætates reſurrecturas, ut reddatur munere, quod acceſſurũ erat tempore.* Et alibi; *Suam quiſque recipiet menſurã, quã vel habuit in juvẽtute, etiãſi ſenex*

eſt

ſt mortuus, vel fuerat habiturus, ſi antè defunctus eſt. Vnde dicitur, In menſura ætatis Chriſti, non ſtaturæ, aut corporis. Iuventus enim circa triginta annos à doctis deſinitur, in qua ætate & robore, quiſque reſurget. Epheſ. 4.

Qualis vita Sanctis promittitur poſt reſurrectionem? æterna, & ſecundùm animam & ſecundùm corpus. Ne quis intelligat talem reſurrectionem, quali hîc quidam reſurrexerunt, iterumque ſunt mortui, ut Lazarus, & adoleſcens in Naim, & multi alii. Vita animæ in hoc conſiſtit, quòd Sancti Deum videbunt, ſicuti eſt; plené ſatiati ab immenſa ejus bonitate, ſecuri ſe numquam ab illa felicitate eſſe caſuros. Corporibus etiam omni robore & ſanitate firmatis immortaliter, aderunt convenientia bona. Imò, quomodo nunc oculis corporalibus novimus diſcernere viventes à mortuis, dicimurque quadam ratione oculis corporis videre animam: ita ſenſibus corporeis incorporeum Deum, omnia regentem, & ubique præſentem, in nobis & in omni creatura ſentiemus.

In Symbol. Proſp. lib. 1. cap. 4. de Vit. cont. 1. Ioan. 3. Pſal. 17. Aug. li. 22. de Civit. ca. 29. Ibid. c. 30.

Tunc etiam cogitationes, quas modò non videt niſi Deus, omnes invicem videbunt, inquit Auguſt. *Nemo ibi vult tectũ eſſe, quod cogitat, quia nemo ibi malè cogitat.* Et alibi: *Cùm venerit Dominus, ait, & illuminaverit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtaverit cogitationes cordium; tũc nihil latebit proximũ in proximo, nec erit quod quiſque operiat ſuis, abſcõdat alienis, ubi nullus erit alienus,* &c.

Ser. 7. in Nou. Epiſt. 6. ad Italicam. 1. Cor. 4.

Conſoletur, inquit, *te fides & ſpes tua & ipſa charitas. Non enim te deſolatum putare debes cùm in interiore homine habeas Chriſtum præſentem in corde tuo. Speramus autem veraciſſima promiſſione, nos de hac vita, unde migraturi, quoſdã noſtros migrantes non amiſimus ſed præmiſimus ad eam vitã eſſe venturos, ubi nobis erũt quanto notiores tanto chariores.*

Quanta

De Civit. lib. 22. cap. vlt. *Quanta autem erit illa felicitas ſanctorum, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum: vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus; ubi quilibet laudabit Deũ de bonis quæ alius habet æquè atque de ſuis, & ita tota illa ſuperna civitas in unum Deum Patrem, & Filium, Spiritúmque ſanctum laudandum unâ charitate exardeſcet.*

Pſal. 83.

1. Cor. 15.

Lib. 3. de li. arb. ca. 25. *Tanta aſt autem pulchritudo juſtitiæ, tanta jucunditas lucis æternæ, id eſt, incommutabilis veritatis atque ſapientiæ, ut etiamſi non liceret amplius, in ea manere, quàm unius diei mora, propter hoc ſolùm innumerabiles anni hujus vitæ, pleni delitiis & circumfluentiâ bonorum temporalium, rectè meritoq; contemnerentur. Non enim falsò aut parvo affectu dictum eſt; Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia. Et, Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.*

Iſai. 64.

1. Cor. 2.

MONITVM XVI.

Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant.

Ioan. 12.

VArius poteſt eſſe hujus Scriptutæ ſenſus, quæ varietas placere debet, & oblectare animum. *Cur enim*, inquit D. Bernard. *hoc diſpliceat in ſenſibus Scripturæ, quod in uſibus rerum aſſiduè experimur? In quantos, verbi cauſa, ſola aqua noſtrorum aſſumitur corporum*

Ser. 51. in Cant.

Digitized by Google

orum uſus?Ita quilibet ſermo divinus, non erit ab re,ſi *'iverſos pariat intellectus,diverſis animarum neceßitati-* *us & uſibus accommodando.* Sit ergo prior ſenſus de :hriſto;Ego qui lux ſum ſplendens miraculis, doctrinis, exemplis, modico tempore vobiſcum ero. :itò enim per mortem erat eos relicturus, inſtaat mors, hora paſſionis jam venerat. Ambulate rgo ad meam lucem, donec vobiſcum ſum, creite doctrinis, exempla ſequamini, ad utrumque iiraculis moveamini: *Vt non vos tenebræ comprehen-* Pſal.66.
ant. Hoc factum eſt in Iudæis, *obſcurati ſunt oculi* Rom.11.
orum ne videant, quia ad lucem ejus ambulare no- Matth.21.
ıerunt:*ablatum eſt ab eis regnum Dei*,& quicquid eò Pſal.117.
ertinet,*quia lapidem angularem*,id eſt,Chriſtum, *re-* *robarunt*;*Nec cogitaverũt aut cognoverunt tempus viſi-* Luc. 19.
ıtionis ſuæ,ideo deſolatio & temporalis, & ſempi- :rna eis ſupervenit, ut ſæpè Prophetæ prædixeınt. *Abjiciet eos Deus meus*,ait Oſeas,*quia non audie-* Oſeæ 9.
*ınt eum,& erunt vagis in nationibus.*Huc pertinet li- ellus repudij datus Iudæis. De quo Iſai. *Hæc dicit* Iſaiæ. 50.
'ominus;Quis eſt hic libellus repudii matris veſtræ,quo *imiſi eam?*

Secundus ſenſus eſt, ut intelligatur lux hujus itæ, tenebræ mortis. Sic Chriſtus, *Me oportet* Ioan. 9.
'erari opera Patris mei dum dies eſt. Venit nox quan- *ı nemo poteſt operari.* Significatur ergo, quòd vita æc, in qua eſt opportunitas benè agendi, & me- :ndi,fluxa,brevis,ac incerta ſit. *Quæ eſt enim vita ve-* Iacob.4.
*ra?*ait Iacob.*Vapor eſt,ad modicum parens,& deinceps* Eccleſ.10.
cterminabitur. Et Iſaias;*Omnis caro fœnum, & omnis* Iſai.40. Pſal. 143.
*'oria ejus,ut flos fœni.*Et,*Dies hominis ſicut umbra præ-* *reunt.*Et *Hodie homo eſt,& cras non comparet.*

Dum ergo hanc lucem habetis,& in ea vivitis,ambulate,

bulate, proficite in omni genere virtutum. *Vt non vos tenebræ comprehendant*, id eſt, ne mors inopinatò vos opprimat, ut ſæpè fit; quæ lucem hujus vitæ aufert; ſimulque omnem bene agendi & merendi occaſionem. Hinc *jurat Angelus per viventem in ſæcula, quòd poſt hoc tempus non eſt aliud tempus*, merendi videlicet. Unde & hortatur Sapiens; *Ante obitum tuum operare juſtitiam, quorum non eſt apud inferos invenire cibum.* Et graviter monet Apoſtolus; *Dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes.* Divus etiam Gregor. ſanos diligenter admonet & ab aliis admonendos docet, ut ſalutem corporis exerceant ad ſalutem mentis, ex duabus cauſis quas alibi diximus.

Apoc. 10. Eccleſ. 14. Galat 6. Parr. 3. Paſt. adm. 13. P. 1. Mon. 1.

Tertius ſenſus eſt, ut lux, ſit verbum Dei, doctrina veritatis, *cui in loco hoc caliginoſo tanquam lucernæ ardenti, attendere*, & quam ſequi debemus, ut Petrus admonet, & Propheta David. Eſt ergo comminatio populi fidelis, non ſtudentis ambulare, & proficere ad hanc lucernam; cui ſæpè minatur Dominus Verbi ſui, & doctrinæ veritatis ablationem. Sic Amos 6. ob ſcelera hominum minatur *emittere famem in terram, non famem panis*, inquit, *neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini.* Et Apoſtolus Paulus horribiliter dicit; *Terra venientem ſuper ſe bibens imbrem,* (doctrinæ ſalutaris) *proferens autem ſpinas, & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima.* Et per Iſaiam vineæ non proferenti uvas, ſed labruſcas minatur, dicens: *Ponam eam deſertam, non putabitur & non fodietur, & aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ; & mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam,* id eſt, Prædicatoribus, ne eam irrigent doctrinæ ſalutaris pluviâ. Sicut videmus accidere multis regnis

2. Pet. 2. Pſal. 118. Amos. 6. Hebr. 6. Iſaiæ 5.

&

& provinciis. Dum ergo lucem habetis, dum ſuppetit copia verbi Dei, doctrinæ ſalutaris, ambulate ad eam, facite quod vobis præſcribit, in eoque proficite. *Vt non vos tenebræ comprehendant*, id eſt, ne iſta auferantur, & incidatis in tenebras errorum. Quia enim homines non amant veritatem, nec eam ſequuntur, ſed pravitatem & concupiſcentiam cordis ſui hinc *illis mittit operationem erroris, ut credant mendacio*, inquit Apoſtolus. Quo quid horribilius, & magis metuendum? Dicit S. Auguſt. *eſſe inchoationem divini iudicij, quòd hic homines dolores & tormenta patiantur, & maximè damnum intelligentiæ veritatis. De quo dicit Apoſtolus: Tradidit eos in reprobum ſenſũ. Ea eſt cæcitas mentis.* quando bonum, malum creditur, verum, falſum: & contrà. Dicit Sapiens; *Pigredo immittit ſoporem.* Quem locum S. Gregor. explicans; *Piger*, inquit, *rectè ſentiendo quaſi vigilat, quamvis in operando torpeſcat. Sed pigredo ſoporẽ immittere dicitur, quia pauliſper etiam rectè ſentiendo vigilantia amittitur, dum à bene operandi ſtudio ceſſatur.*

2. Theſ. 2. In Pſal. 6. Rom. 1. Prov. 19. In Paſt. p. 3. admo n. 16.

Quartus ſenſus eſt, ſi iſta duo, Modicum, & Lumen, conjungantur, ut Auguſtinus coniungit, quod quiſque ſecum æſtimare debet; etſi valdè bonus ac ſapiens ſibi videatur, adhuc tamen modicum lumen veritatis & juſtitiæ habeat, ut hac ratione ſe ad profectum excitet. Ambulate ergo, id eſt, in cognitione veritatis ejuſdemque dilectione proficite, in quo præcipuè noſtra iuſtificatio poſt baptiſmum conſiſtit. Sic D. Antonius, *ſemper quaſi in initiis conſtitutus, ſeipſum ad profectum concitabat, novis cupiens augeri præterita, memor Paulinæ ſententiæ; Quæ retro ſunt obliviſcens, ad ea verò quæ ſunt*

Tract. in Ioan. c. 12. Athanaſ. in Vita.

Philip. 3. *priora meipſum extendens*. Sic & ad diſcipulos con-
Ibidem. cionabatur; *Nullus in arrepti propoſiti vigore laſſeſcat, ſed*
D.Bonav. *quaſi incipiens augeat ſemper quod cœperit*. D. etiam Frã-
in vita, c. 14. ciſcus, poſt ſtigmata Dominicæ crucis in corpore accepta, poſt tot annorum labores maximos, paulò ante mortem, ita ſuos hortabatur: *Eia fratres hodie*
De Imit. Chriſti. lib. 1. ca. 19. *incipiamus ſervire Domino Deo noſtro, quia parum huc-ſque profecimus*. Sic etiam orat Thom. Kemp. vir religioſus: *Adiuva me Domine Deus, in bono propoſito meo, & ſancto ſervitio tuo, & da mihi nunc hodie perfectè incipere, quia nihil eſt quod hactenus feci.*

Proſp. lib. 2. de voc. gen. cap. 8. Hebr. 12. 2. Cor. 6. 1. Cor. 15. Ideò aliquid lucis datur, ut per illud quæratur aliud. Qui non quærunt, eos dicit Paulus *deeſſe gratiæ Dei, & in vacuum eam recipere*. Ipſe de ſe, *Gratia Dei in me vacua non fuit*. Sic enim vult Deus & ſic ordinavit, ut homo per ea quæ accepit, quærat quæ nondum donata ſunt. Qui fidem habet eam diligenter exerceat, ut ad intelligentiam perveniat, &
Matth. 25. hanc ad hoc conferat, ut in charitate proficiat & aliis proſit. Servus piger in Evangelio, non de non ſervato, ſed de non aucto munere damnatur, & portione quam acceperat, exuitur, atque à Domino in tenebras exteriotes ejici jubetur; Periclitatur enim amittere quod habet, qui non ſtudet proficere ad id quod non habet, per id quod habet: *Tollite*, inquit, *ab inutili ſervo talentum. Deus enim etſi nunquam*
L. i. 1. Conf. cap. 4. *inops, tamen gaudet lucris; etſi nunquam avarus, tamen uſuras exiget*, inquit Aug.

Vide infrà. Mo. 112. Sic multi inchoant novam vitam, & quia non laborant continuò proficere, redeunt facilè ad priſtinas ſordes. Navis enim animæ, quia contra ictum fluminis navigat; niſi continuâ mentis con-

contentione conetur aſcendere, vi concupiſcentiæ malæ facilè retrolabitur. *Mens*, ait S. Gregor. *cùm ad meliora nititur, quaſi contra ictum fluminis conatur; cùm ab intentione aſcendendi reſolvitur, ſine labore ad ima malè ducitur; niſi mentis contentio ferveat, unda mundi non vincitur, per quam anima ſemper ad ima revocatur. Eſt ea vera perfectaq; juſtitia*, inquit D. Leo, *perfectorum, ut nunquam præſumant ſe eſſe perfectos, ne ab itineris nondum finiti intentione ceſſantes, ibi incidant deficiendi periculum, ubi proficiendi perdiderunt appetitum. Bonæ autem ſpei eſt homo*, inquit S. Auguſt. *ſi eum ſic proficientē dies ultimus hujus vitæ invenerit, ut adjiciantur ei, quæ proficienti defuerūt, & perficiendus potius, quam puniēdus judicetur.* Greg. li. 11. Mor. cap. 27. 28. Ser. 2. de Quadr. De bono perſever. cap. 21.

Præcipitur quidem etiam hîc ſine omni motu concupiſcentiæ perfectio, ſed ſub ratione finis, ut nimirum ſemper eam eſuriamus ac ſitiamus; toto deſiderio, conatu & ſtudio illuc feramur; atque hoc pij laboris præmium non in hac, ſed in futura vita exſpectemus. Eſt quidem verum, quòd *primi hominis juſtitia fuerit obedire Deo, & hanc concupiſcentiæ in membris legem non habere*, ut Auguſt. ait; quòd rectus, & ſine omni vitio creatus homo, talem etiam ſe conſervare debuerit. At ubi jam ſe peccando corrupit, quid ſecundùm rectam rationem, præſcribi aliud ei poteſt, quam ut huic morbo ſanando det operam, & priſtinam ſanitatem recuperare conetur? Neque verò videri debet lex naturæ mutata; *non magis quàm ars medica*, aliud olim ſano, aliud jam ægro præſcribens: cùm hanc ipſam ob res mutatas diverſitatem ut hîc ars ipſa medica, ita illic recta ratio dictat. Nihil autem aliud *naturæ legē quam rectā rationem* intelligimus, qua invariata permanente, leges ejus & particularia quædam decreta mutari poſſunt. De peccat. mer. lib. 2. ca. 23. Simile. Naturæ lex quid. Recta ratio.

MONITVM XVII.

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.

Ioan. 12.

CHriſtianus tametſi baptiſmo ex parte renovatus, tamen multum adhuc retinet de veteri Adam, de veteri fermento, concupiſcentia mala, quam in ſe quotidie magis ac magis mortificare debet: Hinc etiam baptizati monentur *exuere*
Epheſ. 4. *veterem hominem, expurgare vetus fermentum, mortifica-*
1. Cor. 5. *re facta carnis, membra terrena*, &c. Quamdiu enim Ca-
Rom. 8. ro ſeu Concupiſcentia prava, quæ quidem diſper-
Coloſ. 3. ſa eſt per totum hominem, in carne tamen ſenſibiliùs ac manifeſtiùs ſe prodit; quamdiu, inquam, illa vivit, dominatur, granum frumenti ſolum manet, nullos aut paucos fructus profert; impedit e-
Rom. 8. nim illa fructus bonorum operum, quæ *inimica, eſt Deo; legi enim Dei non eſt ſubjecta, nec enim poteſt*, inquit Paulus. Quid enim impedit fructum caritatis, obedientiæ, pacis mutuæ, &c. nónne Superbia vitæ? Quid fructum temperantiæ, caſtitatis, &c. nonne Concupiſcentia carnis? Sunt enim *ſpinæ Evange-*
Matth. 13. *licæ, quæ ſuffocant ſemen verbi Dei*, inſpirationem & cogitationem bonam, propoſitum alicujus operis boni, ne fructus bonos producat.

Kemp. lib. 3. cap. 22. Mundus, inquit quidam Sapiens, *à multis ſæpè reprehen*

reprehenditur, quòd fallax ſit & vanus, nec tamen facilè relinquitur, quia concupiſcentiæ nimis dominantur. Sed alia trahunt ad amandum, alia ad contemnendum: Ad amorem mundi trahunt deſiderium oculorum, carnis, & ſuperbia vitæ, ſed pœnæ ac miſeriæ ea ſequentes odium mundi pariunt & tædium. Sed vincit, prô dòlor, prava delectatio mentem mundo deditam, & eſſe ſub ſentibus delitias reputat, quia Dei ſuavitatem, virtutis amœnitatem, nec vidit nec guſtavit. Qui autem mundum perfectè contemnunt & Deo vivere ſtudent, ij divinam dulcedinem veris abrenuntiatoribus promiſſam non ignorant, & quam graviter mundus errat & variè fallitur clariùs vident. Iob. 30.

Niſi itaque granum frumenti mortuum fuerit, ſecundùm illam videlicet concupiſcentiam, fructum non adfert. Mortuum, inquam, non ſic ut non operetur ſuos motus, ſed ſic ut non dominetur, non vincat. Hinc dicit Apoſtolus; *Non regnet peccatum*, id eſt, ipſa Concupiſcentia, quæ ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, *in veſtro mortali corpore.* Non dicit, Non ſit; hoc enim in præſenti vita non obtinetur: Et non dicit, ut ſentiatis, ſed, *ut obediatis concupiſcentiis ejus.* Et alibi; *Deſideria carnis non perficietis*, non dicit, non facietis, quia talis nemo reperitur. Perficit autem vel qui conſentit, vel vel qui opere implet. Rom. 6.

Ad hanc enim vitam pertinet, inquit S. Auguſt. *Poſt concupiſcentias non eas; ad futuram vitam, Non concupiſces: item, ad hanc vitam pertinet, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore: ad illam verò, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. Tunc enim ne quidem ſentietur ullus concupiſcentiæ pravæ motus, aut in corpore, aut in animo. Aug. de ſpir. & lit. cap. ult. Eccleſ. 18.

Sed quomodo aut ubi mortificabitur? Juſſus

fuit Ieremias Propheta lumbare lineum abſcondere in foramine petræ, & poſteà rediens, invenit illud ibi computruiſſe. Significatur Concupiſcentia carnis, quæ ut computreſcat id eſt, mortificetur, abſcondenda eſt in foramine Petræ, in vulneribus Chriſti. Crucifixi enim virtute ac gratiâ fit, ut non dominetur, non prævaleat, ſed opprimatur, & magis magiſque minuatur. Non mirum ergo ſponſam Chriſti ſive columbam ejus eſſe libenter *in foraminibus petræ* Et monet Propheta: *Eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.*

Cantic. 2. Ierem. 48.

Hoc etiam figuratum eſt in Moyſe; de quo D. Auguſt. *Hoſtis intercludere molitus viam, extenſis Moyſi manibus, ſigno crucis Dominicæ ſuperatur.* Moyſes extenſis manibus cruc fixi formam expreſſit, & quamdiu ſpiritus crucifixi agit mentem, ſuperatur Amalech, hoſtis noſter, qui viam ac progreſſum noſtrum impedire conatur. Sicuti etiam Iſraëlitæ aſpectu ænei ſerpentis in deſerto exaltati, qui figuram Chriſti in ſimilitudinem peccatoris, & in cruce exaltati repræſentabat, ſanati ſunt à veneno ſerpentis: ſic Chriſtiani à veneno concupiſcentiæ malæ, pravâ ſuggeſtione antiqui ſerpentis, nobis afflatæ. Ergo ad Crucifixum recurrendum, ut moriatur granum, ut concupiſcentia prava ſuperetur.

Contra. Fauſtum. Li. 12. c. 30. Exod. 17. Joan. 3.

Revela Domino viam tuam, inquit Propheta, id eſt, ait Auguſt. *Indica illi quid patiaris, indica illi quid velis. Quid enim pateris? Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Quid ergo vis? Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et quia ipſe faciet, cùm revelaveris ei viam tuam, vide quid ſequitur; Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Quiſque ergo, diligenter obſervare debet concupiſcentiam ſuam, ejuſque

Pſalm. 36. & ibi Aug. Galat. 5. Rom. 7.

que tentationem. Solet enim una, aut altera maximè inter alias ſe exerere, & *alias non quidem ſanare, ſed frænare.* Sic experimur unum maximè tentari & proclivem eſſe ad ſuperbiam, alium ad luxuriam, alium ad avaritiam, &c. Cont. 2. Epiſt. Pel. lib. 3. ca. 4.

Neque enim unius anima, inquit S. Chriſoſt. *multis ſufficere poteſt cupiditatibus; ſed ab alia, alia opprimitur, & diviſa fit imbecillior cùm alia dominetur, & totum ad ſe animum trahat.* De Romanis dicit S. Auguſt. quod tam ingens in eis fuerit gloriæ cupiditas, ut eâ unâ *cæteras cupiditates frænarint ac preſſerint.* Obſerva ergo tuam concupiſcentiam, quâ maxime laboras, & indica Domino in oratione, quam ad eum fundis, quid illa patiaris; & ſpera in eo, & ipſe faciet, id eſt, præſto aderit, ut faciat quod poſtulas. Hom. 1. in cap. Ioan. Cont. Iulia. lib. 4. ca. 3. li. 21. Civit. cap. 26. lib. 5. c. 12.

Sic Sapiens; *Vt ſcivi*, inquit, *quoniam non poſſum eſſe continens, niſi Deus det, adij Dominum, & deprecatus ſum illum ex totis præcordiis meis.* Sic David quando in Pſalm. dicit, *Miſer factus ſum, & curvatus ſum, & lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea*, &c. Quid aliud facit, quàm quod æger oſtendit medico ſuum morbum, ut adhibeat medicamentum? Sic. Auguſt. in Confeſſione conſiderat & confitetur languores peccatorum ſuorum coram Domino, in triplici cupiditate, invocans dexteram Dei ad ſalutem ſuam. *Ecce*, ait, *vulnera mea non abſcondo. Medicus es, æger ſum; miſericors es, miſer ſum*, &c. Sap. 8. Pſalm. 37. Lib. 10. Confeſ. cap. 41.

Revela etiam Domino viam tuam in ſacra communione, quando medicum animæ tuæ ſumere

 deſide-

deſideras, & te illi corporaliter conjungis; cibus enim iſte non ſolùm eſt confortans ſanum, ſed & infirmum ſanans. Porrigitur; non ſolùm tanquam *cibus* hominis fortis & ſani, ſed & inſtar cibi *medicinalis* per quem abſumatur & expellatur virus antiqui ſerpentis pravis ſuggeſtionibus afflatum, ortaque ex eo cruditas lethalis digeratur, & libidinis fons exſiccetur.

In ſerm. de Cœna Domini.

Dicit D. Bernard. quod *peſſimum ulcus*, concupiſcientiæ ſcilicet pravæ, paulatim vi hujus Sacramenti, *accedat ad ſanitatem. Et ſi quis veſtrûm* (ſæpè communicantes alloquitur) *non tam ſæpè nec tam acerbos ſentit motus, iracundiæ, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujuſmodi; gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti in eo operatur.* Sicque granum frumenti mortuum, multum fructum adfert.

Citatus à D. Thomas in opuſculo 59.

Unde idem Bernar. de eodem Sacramento loquens; *Per hoc*, ait, *homo manſuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem devotior.* Unde monet quidam Sapiens *frequenter recurrendum eſſe ad hunc fontem gratiæ & divinæ miſericordiæ, quatenus*, inquit, *à paſſionibus tuis & vitiis curari valeas, & contra univerſas tentationes & fallacias diaboli fortior atque vigilantior effici merearis. Unde & inimicus*, inquit, *ſciens fructum & remedium maximum in ſacra communione poſitum, omni modo & occaſione nititur fideles & devotos, quantùm prævalet, retrahere & impedire*; atque ita, ad eam accedentem, docet orare.

Thom. Kemp. li. 4, cap. 10.

Ibid. ca. 16.

O dulciſſime atque amantiſſime Domine, quem nunc devotè deſidero ſuſcipere, tu ſcis infirmitatem meam, & neceſſitatem quam patior, in quantis malis & vitiis jaceo, quàm ſæpè ſum gravatus, tentatus, turbatus, & inquinatus,

Digitized by Google

tus. Pro remedio ad te venio: pro conſolatione & ſublevamine te deprecor. Tu ſcis quibus bonis indigeo præ omnibus, & quàm pauper ſum in virtutibus. Ecce ſto ante te pauper & nudus, gratiam poſtulans, & miſericordiam implorans. Reſice eſurientem mendicum tuum, accende frigiditatem meam igne amoris tui, illumina cæcitatem meam claritate præſentiæ tuæ.

MONITVM XVIII.

Filius hominis tradetur gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, &c.

Lucæ 18.

PRoponitur fidelibus hoc Evangelium, in cujus initio Chriſtus prædicit imminentes paſſiones, ut earum conſideratione, lubentiùs & alacriùs quoſlibet doloris ſuſcipiant, & amplectantur; quo Chriſto capiti ſuo ac Duci ſint ſimiliores, qui vitam ſuam à doloribus & laboribus inchoavit in iiſdem tranſegit & finivit. *Magna eſt gloria ſequi Dominum*, Eccleſ. 24
ait Sap. Glorioſum militi quòd ſuo Duci ſit ſimilis. Rebecca camelo inſidebat, videns verò ſponſum Geneſ. 24.
ſuum Iſaac euntem pedibus, & ipſa de camelo deſcendit, ut ei eſſet ſimilis; in typo Eccleſiæ, quæ ſponſa Chriſti, ſollicita eſt ut ſponſo ſuo conformetur. Vrias juſſus à David ire in domũ ſuam, ut comederet, biberet, dormiret cum uxore ſua; Reſpondit: 2. Reg. 11.
Dominus meus Ioab, & ſervi Domini mei ſuper faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? non faciam rem hanc. Sic nobis quoq; dicendum; Dominus meus Chriſtus & ſervi Domini mei, omnes ſancti in doloribus & laboribus ſemper fuerunt, & ego voluptatibus operam

ram dabo? *Turpis eſt omnis pars*, inquit Aug. *ſuo univerſo non congruens. Turpe delicatum membrum ſub ſpinato capite*, ait Bernardus.

Ser. 5. de omnib. ſanct.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, ut ſequamini veſtigia ejus, ait D. Petrus. Quale exemplum? *Non delitiarum*, inquit Beda, *ſed tribulationum, laborum, contumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerum, mortis*. Apparuit Chriſtus S. Catharinæ Senenſi habens in dextra coronam auream, in ſiniſtra ſpineam, dicens, *eligeret, utram mallet*. At verò illa; *Ego*, inquit, *Domine, cupio in hac vita ſemper tuæ paſſioni conformari*. ſimulque ſpineã coronam ferventer arripiens, illam vi multâ impreſſit in caput ſuum. S. verò Elizabeth ingreſſa templum & Chriſtum in cruce pendentem intuens, effuſa in lachymas; *En*, inquit, *Salvator meus nudo corpore, ego gemmis, & auro onuſta; illius caput pungit corona ſpinea, meũ venuſtat aurea; illũ vallãt opprobria, me omnes honorãt. Sic illius ſequor veſtigia? ſic illius beneficia revolvo?*

1. Pet. 2.
In illum loc. Petri.
In Vita.
In vita c. 7.

Memoria rerum à Salvatore geſtarum, inquit S. Leo, *magnã nobis confert utilitatem, ſi quæ veneramur credita, ſuſcipiamus imitanda. In diſpenſationibus enim Sacramentorum Chriſti, & virtutes ſunt gratiæ, & incitamenta doctrinæ; ut quem confitemur fidei ſpiritu, operum quoque ſequamur exemplo, &c.* Et infrà; *Legem vivendi remedia nobis noſtra ſanxerunt; & inde data eſt moribus forma, unde mortuis impenſa eſt medicina*. Confundantur hæretici, qui audent dicere; Chriſtus ſolvit omnia, à nobis non niſi fides exigitur.

Ser. 7. de Epiphan.

Quale eſt Chriſti exemplum, talis eſt etiam ejus doctrina. De illo dicitur in Cantic. *Labia ſponſi diſtillant myrrham*. quia doctrina ejus, quid aliud ſonat, quàm Myrrham? id eſt, crucem, mortificationem, odium ſui,

Cant. 4.

Digitized by Google

ſui, voluptatum abdicationem, carnis refrænationem, paupertatem ſpiritus, laborum patientiam, &c. Sicuti contrà *labia meretricis*, id eſt, mundi & carnis, quæ nos ſuis illecebris ad ſe trahere, ab amore veri ſponſi alienare conantur, *favum diſtillant*, id eſt, ad ſuavitates & voluptates vocant. *Venite, inebriemur uberibus, fruamur cupitis amplexibus*, &c. Sicut Chriſtus, ita & ejus Eccleſia de ſuis operariis, uſque ad mortem pro Deo certantibus, dicit: *Manus meæ diſtillaverunt myrrham*, inquit Divus Gregor. Quia Apoſtoli & alii qui laborant in verbo, & doctrina, ad exemplum Chriſti, & ipſi ad mortificationem, crucem cæteraſque aſperitates hortantur.

Prov. 5. Prov. 7. Iſai. 22. & 56. 1. Cor. 1. Hom. 10. in Evang.

Sic Paulus; *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam.* Et, *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: Si ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Sic Petrus, *Obſecro vos tanquam advenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam.* Et Ioannes; *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Tranſit mundus, & cõcupiſcentia ejus. Curramus ergo*, ait Paulus, *per patientiã, ad propoſitum nobis certamẽ, aſpicientes in authorẽ fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. Chriſtus*, inquit Gregor. *in carne apparuit, ut non ſolùm per paſſionẽ nos redimeret, verumetiam per converſationẽ doceret; exẽplũ ſequẽtibus ſe præbens, rex fieri noluit, ad crucis verò patibulũ ſpõte pervenit: Oblatã gloriã culminis fugit, pœnã probroſa mortis appetiit, ut mẽbra ejus videlicet diſcerẽt favores mũdi fugere, terrores minimè timere; pro veritate adverſa diligere, proſpera formidãdo declinare.*

Coloſ. 3. Rom. 8. 1. Pet. 2. 1. Ioan. 2. Hebr. 12. In Paſtor. par. 1. cap. 3.

Moyſes ligni immiſſione, aquas amaras, dulces fecit: ſic omnis aſperitas, crucis aſpectu, & co- Exod. 15.

gitatione dulcoratur. *Si paſsio Chriſti*, ait S. Auguſt. *ad memoriam revocetur, nihil eſt quod non æquo animo*
Num. 21. *toleretur*. Iſraelitæ aſpectu ſerpentis ænei ſanaban-
Ioan. 3. tur. Hic ſerpens figura erat Chriſti crucifixi, qui habuit ſimilitudinem peccatoris, tamen peccato carens; quem Chriſtiani aſpicientes, ſanantur ab impatientia, acedia, luxu, & cæteris vitiis, quæ ſunt venenum, quod antiquus ſerpens afflat, & ſugge-
In Manuali. cap. 21. rit. *Cùm me pulſat aliqua turpis cogitatio*, inquit S. Aug. *recurro ad vulnera Chriſti. Cũ me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo. Cùm diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Domini mei extinguitur. In omnibus adverſitatibus meis, non inveni tam efficax remedium quàm vulnera Chriſti.* Sic Auguſt.

Ponitur verò hoc Evangelium ab Eccleſia etiam eo die ante oculos fidelium, quo mundus iſte ſolet ſe ad omnes levitates, voluptates, laſcivias, comeſſationes, ebrietates effundere, ignem Concupiſcentiæ malæ, quæ ad omnia ſcelera accendit, aquâ Dominicæ paſſionis extinguere, vel ſaltem temperare cupiens. Primò propter myſterium, quod in cruce ac morte Chriſti, Chriſtiani attendere de-
Ench. 52. bent, quod illos à peccato revocat; *Quidquid enim in cruce geſtum eſt*, inquit S. Auguſt. *ita geſtum eſt, ut iis rebus non tantum myſticè dictis, ſed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana, quæ hîc geritur. Sicut enim ipſe cru-*
Galat. 5. *cifixus eſt carne, ita & Chriſtiani carnem ſuam crucifigũt cum vitiis & concupiſcentiis. Sicut ipſe mortuus eſt carne, ita & ipſi peccato & cupiditatibus pravis moriuntur.*

Quod factũ in bonis Chriſtianis aiebat Paulus;
Rom. 6. *Vetus homo noſter ſimul cũ illo crucifixus eſt, ut deſtruatur*

corpus

corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato. Et de ſe; *Chriſto confixus ſum cruci. Vivo autem, jam non ego: vivit verò in me Chriſtus.* Ad quod omnes hortatur Petrus *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini,* id eſt, cùm Chriſtus paſſus ſit in carne, ſive, ſecundùm humanam naturam; (ſecundùm Divinitatem enim eſt impaſſibilis) & vos quòque ſimili cogitatione, intentione, & propoſito armate vos, id eſt, cogitate & reputate vos ſimiliter eſſe mortuos peccato, & carnali concupiſcentiæ; & ad hujuſmodi mortem contendite, ſicut Chriſtus voluntariè mortuus eſt ſecundùm carnem.

Galat. 2.

1. Pet. 4.

Secundò, ut fideles cauſam quærant, cur tanta Majeſtas tam acerbam & ignominioſam mortem ſubierit, & non invenientes aliam, quàm peccata hominum, ab iis maximè abhorrerent. *Vulneratus eſt*, inquit Propheta, *propter iniquitates noſtras; attritus eſt propter ſcelera noſtra.* Quando quis occidit patrem alicujus, aut benefactorem, quanto eum odio perſequitur? quantâ vindictæ cupiditate ſtimulatur? Peccata ſunt, quæ optimum tuum patrem ac benefactorem in crucem egerunt, & ea non deteſtaberis? non ea, quaſi te vindicando, penitus delere conaberis? Hinc illi qui ad peccata redeunt, Dei filium rurſum dicuntur crucifigere, conculcare, quantum videlicet in ipſis eſt, ea agentes, quæ eum vulnerarunt, & cruci affixerunt.

Iſai. 53.

Heb. 6. 10.

Quod ſignificavit ignotus ille homo, de quo Thomas Cantiprat. qui inventus de nocte ante tabernam, miſerabiliter plagatus, & ſanguine cruentatus; & interrogatus quis tantæ læſionis eſſet auctor, reſpondit; Iuvenes illi perditiſſimi, qui in iſta

Lib. 2. cap. 49. Nu. 10.

Digitized by Google

taberna ad ludum teſſerarum ſedentes, blaſphemiis & juramentis invicem contendunt. Qui eo nomine graviter reprehenſi, ſed negantes aliquem à ſe vel verbo vel facto laceſſitum. Et mox ſurgentes, cùm hominem cruentatum quærerent; nec invenirent; converſi ſinguli ad ſe ipſos, animadvertunt juramentis ſuis terribilibus, rurſum Chriſtum Dominum contumeliis affectum, rurſum improperiis cruciatum.

Cæcus autem clamans, pro lumine corporis, docet nos petere à Chriſto illuminationem cordis.
Ser. 40. in Nov. *Si*, inquit Auguſt. *deſideravit ille lumen corporis, quantò plus deſiderare debetis lumen cordis?* In Scripturis ſacris, & ignorantia, & iniquitas tenebræ vocantur; ſicut & ſcientia, & juſtitia lumen. Ille ergo benè illuminatus eſt, qui novit & facit bonum. Quod
Pſal. 110. petebat à Domino Propheta, dicens; *Doce me facere voluntatem tuam.* Et, *Intellectus bonus, omnibus facienti-*
Aug. ibid. *bus eum. Bonum intellectum habet*, ait S. Aug. *qui quod*
Proſp. Sent. 24. *faciendũ eſt, rectè intelligit, & facit. Nec eſt vera ſcientia boni, niſi ad hoc comprehendatur, ut agatur*, ait D. Proſp.
Iob. 28. *Ecce*, inquit Iob, *pietas, ſive cultus Dei eſt Sapientia*; colitur autem Deus fide per charitatem operante.
In pſal. 110. Et Augu. *Vera Sapientia eſt, noſſe & amare Deum, cujus*
Pſal. 12. *initium eſt timor Domini.* Quando igitur orat Pro-
Pſal. 17. pheta; *Illumina oculos meos: Illumina tenebras meas*: non
Pſal. 18 ſolùm petit boni ſcientiam, ſed & juſtitiam & cari-
Aug. de gratia Chriſti. cap. 13. & ſeq. tatem. Et quando orat; *Iuſtificationes tuas doce me*; nomine doctrinæ, ea intelligitur gratia, quâ non ſolùm facienda novimus, ſed etiam cognita facimus; nec ſolum diligenda credimus, verumetiam credi-
Mon. 12. ta diligimus. Et Chriſtus ideò potiſſimum lux di-
Ioan. 1. & 12. citur; quia nos ab erroribus agendorum & pravitate noſtra purgans, ita quod agendum ſit, docet,

ut

ut hoc ipſum etiam agere donet.

Verùm religioſam vitam agere diſponens, multos ſtatim experitur contradictores, qui bonum ejus propoſitum impedire conantur; ut hic cæcus. *Qui* enim *præibant, increpabant eum, ut taceret.* Præeuntes autem ſunt. 1. Peccata quibus aſſuevimus; cupiditates & inclinationes malæ quibus ſervivimus, quæ impediunt converſionem; uti experiebatur in ſua Auguſtinus; *Retinebant me*, inquit, in Confeſſ. *nugæ nugarum, vanitates vanitatum, antiquæ amicæ meæ, dicentes; Dimittisnè nos? & à momento iſto non erimus ultra tecum in æternum? & dicebat conſuetudo violenta; Poteriſne ſine iſtis?* &c. Lib. 8.c.11.

2. Præeuntes Dominum, mali ſunt & mundani amantes terram, ſapientes pulverem, nihil de cœlo ducentes, qui non exſpectant Dei directionem, judicium, voluntatem; ſed ſuo arbitrio, judicio, conſilio feruntur. Hi contradicunt, & doloſis verbis ſanctum propoſitum cupiunt deterrere. Quid pateris? quid inſanis? Boni ſequuntur Dominum, quia omnia ex ejus ſententia & conſilio agunt, nihil ex ſuo. De bonis ovibus dicitur, quòd *ſequuntur ſuum paſtorem.* & Ieremias dicebat Domino: *Non ſum turbatus te paſtorem ſequens.* Et David: *Adhæſit anima mea poſt te.* Graviter reprehenſus Petrus, quòd Dominum præire volebat, volens dare conſilium Chriſto paſſuro: prohibere eum ab opere maximæ obedientiæ, humilitatis, caritatis. Dictum eſt ei, *Vade poſt me Satana.* Ioan. 10. Ierem. 17. Pſal. 62. Ibi Auguſt. Matth. 16. Aug. ſer. 40. in Nou.

3. Significatur, quòd etiam interdũ illi qui cum Chriſto ambulant, & boni videntur, ex quadã animi cæcitate, & affectu carnali alios à Chriſto retrahunt, à religione, Dei cultu, &c. parẽtes liberos ſuos; amici amicos, &c. ſicut patet in S. Ber. Tho. & aliis.

Monet.

Luc. 14. Monet Chriſtus *odiſſe etiam patrem, & matrem, &c.*
Matth. 10. *quando nos à cultu & regno Dei impediunt*, Et; *Si ocu-*
Matth. 5. *lus tuus, pes, manus ſcandalizat te*, id eſt, quantum-
cumque utilis ſit, iucundus, neceſſarius; Si avertere
In epiſt. ad te conatur à Deo, ejuſque cultu, renuntia amici-
Ruſtic. tiæ, familiaritati, &c. *Nulli parcas, ut ſoli parcas animæ*,
inquit Hieron.

Quid verò cæcus? *at ille magis clamabat:* Confundit eos qui ſtatim à bono incepto reſiliunt, ubi ſentiunt aliquam contradictionem, reprehenſionem, irriſionem. Orabat David, *Redime me à calum-* (Pſal. 118.) *niis hominum*; non ut non audiam, ſed ut non eis ſuccumbam, non propter eas bonum propoſitum deſeram. Et cùm rideretur à Michol uxore, quòd Rex Iſraël, nudus quaſi unus de ſcurris, ſaltaſſet ante arcam Domini, dixit illi: *Vilior fiam pluſquam factus ſum;* (2. Reg. 6.) *& ero humilis in oculis meis*. De Paulo converſo dicit Lucas, quòd ſtupentibus Iudæis & eum impedire (Actor. 9.) volentibus, *multo magis convaleſcebat, & confundebat Iudæos. Tu ne cede malis*, ait Poëta, *ſed contrà audentior ito.* Sic flamma ignis vento extingui videtur, ſed augetur magis. Auguſt. de ſe & ſociis in converſione (Lib. 9. Conf. cap. 2.) dicit, quòd verba Dei, & exempla ſanctorum, benè cogitata & expenſa, *abſumebant omnem torporem, & accendebant eos validè, ut omnis ex lingua ſubdola contradictionis flatus inflāmare eos acriùs poſſet, non extinguere.*

Doctor quidam dans remedia contra tentationes, (In Methodo Conf.) monent dandam eſſe operam, ut ex tentationibus dæmonum & hominum meliores evadamus; Si ad libidinem, inquit, aut gulam ſollicitaris, aliquid de conſuetis cibis, & licitis voluptatibus ſubtrahe: ſi ad avaritiam, auge eleëmoſynam, ſi ad ſuperbiam vel inanem gloriam, magis te humilia in omnibus,

Digitized by Google

omnibus, ita fortè fiet ut confuſus adverſarius non audeat te tentare, ne qui mali operis gaudet eſſe author, boni occaſionem miniſtret. Dicit S. Ambroſ. quod diabolus ad tempus diſcedit, ſicut à Chriſto, ita ab illius membris. *Etſi enim aſſiduè inſtare formidat, refugiens frequentiùs triumphari; tamen invidere non deſinit.* Lib. 4. in Luc. 4.

MONITVM. XIX.

Væ homini illi per quem ſcandalum venit.

Matth. 18.

COnverſatio noſtra coram Deo eſt, & coram hominibus, ideoque diligenter curandum, ne offendatur Deus, ne proximus ſcandalizetur: ſed, juxta admonitionem Pauli, *providеamus bona coram Deo, & coram omnibus hominibus.* Cogitatio de præſentia Dei, non ſolùm ad hoc eſt utilis, ut benè ſemper confidamus, ſcientes bonum & potentem Deum nobis ſemper eſſe præſentem, eique nos curæ eſſe; ſed vel maximè ad fugam vitiorum & incrementa virtutum. Hinc mandat Dominus Abrahæ, *Ambula coram me, & eſto perfectus,* ſeu ut alij legunt, *& eris perfectus.* Quod ſe præſtitiſſe ipſemet dicit; *Dominus,* inquit, *in cujus conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum.* Eſt autem coram Deo ambulare, ſemper intueri Deum quaſi præſentem ſibi & ideirco cautiſſimum, modeſtiſſimum, & devotiſſimum Deo incedere. Rom. 12. Geneſ. 17. Geneſ. 24.

H Sic

Sic dicitur de Enoch, Noe, & aliis, quòd *ambularunt cum Deo*, non ſolùm quia ei in omnibus conſentiebant; ſed etiam quia cogitabant ſe eſſe ſemper in oculis Domini, ſuaque omnia coram eo facere. Dice-
3. Reh. 17. bat Helias Propheta: *Vivit Dominus, in cujus conſpectu ſto. Cujus ſententiæ memor Divus Antonius, talem ſe*
Athanaſ. in vita. *præbere cupiebat, qualem ſciebat dignum eſſe Dei conſpectibus purum corde & paratum obedire voluntati ejus.* Ad-
Tob. 4. monebat ita filium Tobias; *In mente habeto Deum*, videlicet objectivè, quoad jugem cogitationem & reverentiam: hinc duo quæ ſequuntur, velut ſua ſponte emergunt; *Cave ne aliquando conſentias peccato, & prætermittas præcepta Dei.* Scripſit quidam Poëta.

Vivere flagitio ſi vis, Tite, liber ab omni,
In deſolato ſit tua vita loco.
Atque ibi quicquid ages, furtimvè, palamvè, memento,
Inſpectatorem ſemper adeſſe Deum.

De Ira Dei. cap. 8. *Multum refrænat hominis conſcientiam*, inquit Lact. *ſi credamus nos in conſpectu Dei vivere, ſi non tantum quæ gerimus, videri deſuper, ſed etiam quæ cogitamus aut videri à Deo putemus loquimur.* Thales Mileſius dice-
Laert. li. 1. bat, *homines exiſtimare debere, Deos omnia cernere, Deorumque omnia eſſe plena: atque ita omnes fore caſtiores ſi Deo teſte & inſpectore, ſe omnia agere crederent.*
Lib. 2. de Legib. De qua ſententia Cicero ait: *Omnem virtutis Philoſophiam hoc uno verbo vir ſapiens complexus eſt.*

Converſatio noſtra etiam coram hominibus eſt, & ideò providendum, ne illos aliqua in re ſcandalizemus; *Væ enim homini per quem ſcandalum venit: expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, &c.* quo ſignificatur illum graviſſimo ſupplicio dignum. Et alibi dicit Chriſtus, quòd *Angeli tollent omnia ſcandala de regno ejus*, id eſt; *de Eccleſia præſentis*

Matth. 18. Vide Mon. 16. inter Marianæ Matth. 13.

temporis

temporis, inquit S.Gregorius(*In regno enim beatitudinis non inveniuntur*)*& mittentur in caminum ignis.* Eſt autem ſcandalum, dictum vel factum malum vel ſaltem mali ſpeciem habens, præbens alteri occaſionem ruinæ ſpiritualis, id eſt, peccati. Sumitur autem ratio nominis ab ambulantibus, & ad lapidem impingentibus, atque cadentibus. Talis enim lapis ſcandalum, id eſt, offendiculum appellatur. Exempli gratiâ: Qui impudica verba coram alio loquitur, is alteri præbet occaſionem impudicitiæ. Sicut & ille qui impudica loquenti arridet: videtur enim ejus ſtultiloquia approbare, etſi in animo non faciat. Hom. 12. in Evang.

Et ſi quidem eo fine dicat quis, ut alius peccet & ruat, omninò ſcandali pravitatem elegit: At ſi alium ſcandalizet, ruinam tamen ejus non quærens, minore ſcandalo peccat, quam prior: Si tamen res ex ſe ad id inducat etiam mortaliter peccat, ſi occaſionem peccandi mortaliter dat. Si autem ille cui præbetur occaſio peccandi, tam fortis ſit ut non peccet, non minùs tamen peccat qui occaſionem dat quàm ſi alter peccaret. Scandalizans enim ad ruinam eum induxit, quantum ex opere ipſius, aut ipſomet fuit. *Venenum propinavit, etſi alius non biberit*, inquit Chryſ. Tract. de Paſtor. c. 4. Sic dicit S. Auguſt. de malis Paſtoribus, qui coram ovibus ſuis malè vivunt, *quòd eas occidant, quantum, videlicet, in ipſis eſt, etſi illæ tam fortes ſint, ut non moriantur, ſequentes regulam Domini; Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim & non faciunt.* Matth. 23.

Quando autem ſcandalum tantũ ſpeciem mali habet, tunc coram eo qui intelligit ipſum reverà bonum eſſe, abſque ſcandalo fit. Alioqui tale ſcandalũ etiam vitandũ; unde Apoſtolus: *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*, & in Deut. dicitur: *Coram cæco non pones offendicu-* 1. Theſ. 5. Deut. 19. Gregor. in Paſt. par. adm. 16.

Digitized by Google

lum. Sed quid ſi quis cadat occaſione bonorum operum, nullam mali ſpeciem habentium; quæ homines boni faciunt? Tantam vult nos Dominus gerere curam fraternæ ſalutis, ut ſi ex recto noſtro facto videamus eum peccare, (maximè ſi ex ignorantia aut infirmitate) & à peccato ſuo convertendus ſperetur, ſi bonum opus noſtrum paululum vel intermiſſum, vel occultatum fuerit (ſi ſine peccato fieri poſſit (debeamus illud intermittere vel occultare. Neceſſaria autem opera nunquam licet omittere propter ſcandalum acceptum; quia nemo poteſt peccare ut alium à peccato liberet. Si autem nulla ſperetur correctio, locum habebit illud Evangelij: *Sinite illos; cæci ſunt, & duces cæcorum,* &c. Alioqui Dominus ad ſalutem diſcipulorũ conſervandam, multa tacebat, ne ſcandalizarentur. *Adhuc,* inquit, *multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.* Falſò autem aliquid docere, aut aliquid mali ob ſcandalum facere, nunquam licet. Unde S. Gregor. *Inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandala debemus. Si autem de veritate ſcandalum ſumitur, utilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. Non enim ſunt facienda mala, ut veniant bona.*

Matth. 15.

Ioan. 16.

Hom. 7. in Ezech.

Rom. 3.

Rationem vitandi ſcandali ſumit Dominus ex duobus. Primò ex Angelis. *Angeli eorum,* inquit, *ſemper vident faciem Patris, qui in cælis eſt*, Deus tanti eos fecit, ut etiam Angelos eorum miniſterio deputârit. *Nonne* (inquit Apoſt. de Angelis loquens) *omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæriditatem capient ſalutis? Cuilibet fidelium*, inquit D. Baſil. *eſt Angelus aſſiſtens & adjunctus, Patrem qui in cælo eſt, videre dignus.* Et D. Hieron. *Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu ſuæ nativitatis*

Matth. 18.

Hebr. 1.

In pſal. 48.

In cap. 18. Matth.

Digitized by Google

tatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. Sic & S. Hilarius, *Salvandorum per Chriſtum orationes, Angeli quotidie efferunt Deo; ergo periculosè ille contemnitur.* Can. 18. ſup. Matth.

Varia autem ſunt officia, quæ Dei ordinatione Angeli hominibus præſtant. 1. Sicut dæmones *circumeunt nos, quærentes quem devorent*; ita ſancti *Angeli cuſtodiunt*, homines, *prout illis Deus mandavit.* 2. Sicut illi tentant homines, & ad malum ſollicitant; ita hi è diverſo, ad bonum exhortantur. 3. Sicut illi dum ejecti ſunt, *ſeptem alios ſpiritus nequiores aſſumunt, ut priſtinam domum ſubintrent*; ita hi alios angelos ſanctos in adjutorium aſſumunt; quemadmodum apud Danielem unus eorum dicebat; *Adjutor meus eſt Michaël* 4. Sicut dæmones ſollicitè petunt à Deo, ut permittantur tribulare juſtos, ſi quomodo eos ad blaſphemandum Dominum inducant, utque permittantur, mendaciis decipere homines; ita hi orant Dominum, ut miſereatur populi ſui, veritatem eos docens, & in pietate cuſtodiens. *Vſquequò* (clamat Angelus apud Zachariam) *non miſereberis Ieruſalem, & urbium Iuda?* 5. Satanas inſidiatur nobis ut impediat orationes noſtras; Angeli ſancti *offerunt eas Deo.* 6. Dæmones adſunt homini morienti, ut eum, ſi poſſint, ſecum rapiant; Angeli ſanctorum animas ad cœlum portant. 1. Pet. 5. Pſal. 90. 2. Theſ. 3. Pſal. 102. Matth. 12. Dan. 10. Iob. 1. 3. Reg. 12. Zach. 1. 1. Theſ. 2. Apoc. 8. Tob. 12. Luc. 16. Baſil. in Pſal. 7. Greg. hom. 39.

Secunda ratio vitandi ſcandali ſumitur efficaciùs ex ipſo Filio Dei, qui tanti eos fecit, ut ipſemet venerit, demittendo ſe uſque ad carnem, mortem, crucem, ut eos ſalvaret. Unde David admirans, *Quid eſt homo,* inquit, *quia reputas eum? Hominem enim pretioſum aliquid eſſe oſtendit, quando pro eo Vnici ſanguinem effudit,* inquit, Auguſt. Hanc cauſam maximè urget Apoſt. quando agit de ſcandalo. *Noli,* inquit, *cibo tuo illum per-* Pſal. 143. Auguſt. in illum Pſal. Rom. 14

 dere,

dere pro quo Chriſtus mortuus eſt. Et alibi. *Et peribit infirmus in tua ſcientia, frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Si Chriſtus,* inquit D. Bern. *proprium ſanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, nónne tibi videtur graviorem ab eo ſuſtinere perſecutionem qui ſuggeſtione malignâ, exemplo pernitioſo, ſcandali occaſione avertit ab eo animas, quas redemit, quàm à Iudæo, qui ſanguinem illum fudit?* Sicut maximum Deo ſacrificium eſt zelus animarum; *Majus enim miraculum eſt,* inquit S. Gregor. *prædicationis verbo atque orationis ſolatio peccatorem convertere, quàm carne mortuum ſuſcitare: in iſto enim reſuſcitatur caro iterum moritura; in illo verò anima in æternum victura:* Ita graviſſimum ſcelus hominem à Deo avertere.

S. Bernard. citatus in Methodo confeſſ.

In Dialog. lib. 3. c. 17.

Dicit Scriptura de filiis Heli; *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines Sacrificio Domini:* unde etiam graviſſimè punivit. Si ſolùm impedimento eſſe ne ſacrificium arietum aut hircorum, &c. offeratur Deo, ſic punivit Deus: quâ irâ movebitur in eum, qui impedit ab opere bono, quod ſecundùm ſe placet Deo, & ab ejus manibus animam aufert, quam ſanguinis ſui dato pretio redemit? Quàm alienus ab omni ſcandalo fuerit Apoſtolus, declarat his verbis; *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* Et; *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum.* Et alios hortatur; *Hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratris vel ſcandalum.* Et, *Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus, & Eccleſiæ Dei.*

1. Reg. 2. & 3.

1. Cor. 8.

2. Cor. 6.

Rom. 14.

1. Cor. 10.

MONI

MONITVM XX.

Cùm jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c.

Matth. 4.

EGo, inquit S. Auguſt. *in Evangelicis, & Apoſtolicis literis, totoq; inſtrumento, quod appellatur novum, animo id revolvens video præceptum eſſe jejunium. Quibus autem diebus non oporteat jejunare & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum non invenio definitum.* Quadrageſima ſanè jejuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris, ex jejunio Moyſis & Eliæ; & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonſtrans Evangelium non diſſentire à lege & Prophetis. Unde & D. Ignatius; *Quadrageſimale jejunium ne ſpernatis, continet enim exemplum Dominicæ converſationis.* Jejunium autem Quadrageſimæ eſſe Apoſtolicam traditionem clarum eſt ex D. Hieronymo: *Nos*, inquit, *unam Quadrageſimam, ſecundùm traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo jejunamus.* Et S. Leo, agens de eodem jejunio; *Meritò*, inquit, *à SS. Apoſtolis per doctrinam Spiritus S. majora ſunt ordinata jejunia, ut per commune conſortium crucis Chriſti, etiam nos aliquid in eo, quod propter nos geſſit, ageremus.* Et alibi; *Quod ergo dilectiſſimi omni tempore, unumquemque convenit facere Chriſtianum, id nunc ſolicitiùs & devotiùs exequendum, ut Apoſtolica inſtitutio, quadraginta dierum jejunio impleatur, non ciborum parcitate tantummodo, ſed privatione maximè vitiorum.*

Epiſt. 86.

Idem epiſt. 119. cap. 5. Exo. 24. 34. 3. Reg. 19.

Matth. 4. Epiſt. 8.

Apoſt. can. 6. Clemens Conſtit. Apoſt. li. 5. cap. 13. Epiſt. ad Marcellam. Ser. 9. de Quadr. Ser. 4. & 6. de Quadr.

Theoph. Paſch.ep. 1. in fine. At Theophilus Alexandr. non tantum ex Apoſtolica traditione, ſed ex Evangelica Quadrageſimale ſibi jejunium vindicat. Sed antè Tertullianus Quadraſimæ jejunium, quod ipſe appellat jejunium Paſchatis, tam ex Scriptura, quàm ex Traditione majorum eſſe præſcriptum, Catholicam Eccleſiam profiteri ſolitam tradit. *Vt igitur hi quadraginta dies*, inquit Auguſt. *in jejunio obſerventur ante Paſcha, Eccleſiæ conſuetudo roboravit. Montaniſtæ tres in anno faciunt Quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint Salvatores*, aut Hieron. *non quòd & per totum annum, exceptá Pentecoſte, jejunare non liceat, ſed quòd aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre.* Ideóque dicit Apollinus apud Euſebium; Montanum primùm leges jejuniorum impoſuiſſe, quia ipſe primus plures Quadrageſimas in anno neceſſarias eſſe docuit. Et ſane nulla invenitur origo Jejunij unius Quadrageſimæ poſt Apoſtolos, ut liqueat ab eis traditum eſſe.

Adverſ. Pſychic. c. 13.

Epiſt. ead. cap. 17.

Eadem ad Marc.

Lib. 5. c. 18. hiſtor.

Teleſphorus quidem à Petro ſeptimus inveniens Quadrageſimam jam ab omnibus fidelibus obſervari, adjecit, ut Clerici aliquot dies jejunando excederent Laicos; *Cognoſcite*, inquit, *à nobis & à cunctis Epiſcopis, in hac ſancta & Apoſtobica Sede, congregatis, ſtatutum eſſe ut ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati à carne jejunent, quia ſicut diſcreta debet eſſe vita Clericorum à Laicorum conſuetudine, ita & in jejunio debet fieri diſcretio.* Hoc ipſum autem Quadrageſimale jejunium obſervandum eſſe neceſſariò per publicum Eccleſiæ edictum, Diaconus præconis voce fungens, publicè pronunciabat. Unde D. Baſil. *Iejunium per omne tempus utile eſt his qui illud ſuſcipiunt.* Et paulò pòſt; *Sed multò magis hoc tempore, quo per univerſum terrarum orbem undique*

Orat. 2. de Ieiun.

undique denuntiatur jejunij præconium; nec ulla eſt inſula, nec terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non ſit auditum jejunij edictum, & ſummo gaudio accipiunt.

Ad hæc ſpectat, quod jejunij legem non obſervantem Nazianzenus Celeuſium præfectum redarguit, dicens: *Legibus injuriam facis judex, qui non jejunas. Et quomodo leges humanas ſervabis qui Divinas contemnis ac pro nihilo putas? purga tribunal tuum.* Appellat enim jejunij præcepium, divinam legem, quod adeò in Eccleſia ſacroſanctum, ac penitus inviolabile haberetur. *Quod pium eſt*, inquit Leo, *agere non indictum, impium eſt negligere prædicatum.* Ob eandem cauſam Auguſt. hæc ad populum; *Rogo vos fratres & admoneo, ut in iſto legitimo, & ſacratiſſimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præſumat; niſi fortè ille quem infirmitas jejunare non permittit: quia aliis diebus jejunare remedium eſt, aut præmium: in Quadrageſima non jeiunare, peccatum eſt: alio tempore qui jejunat accipit indulgentiam, in Quadrageſima qui non jejunat, ſentiet pœnam.*

Epiſt. 74.

Ser. 3. de jejun. 10. menſ.

Serm. 62. de temp.

At Hieron. ab hujus præcepti cenſura nec infirmam ætatem patitur eſſe immunem. Scribens enim ad Lætam de inſtitutione filiæ, prohibens in tenella ætate onera abſtinentiæ; *In Quadrageſima tamen,* inquit, *Continentiæ vela pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus.* Hæc ideo quòd ejuſmodi jejunium cæteris venerabilius ac majori obſervantiâ dignius haberetur. Unde idem ad Euſtoch: *Iejunium*, inquit, *totius anni æquale eſt excepta Quadraſima, in qua conceditur diſtrictius vivere.* Et de Aſella ſanctiſſima virgine ejuſmodi adfert exemplum, *Cùm per omnem annum jugi jejunio paſceretur,*

Epiſt. 7.

Epiſt. 22.

Epiſt. 15.

tur, biduo triduoq; ſic permanens; tum verò in Quadrageſima navigii ſui vela tendebat, omnes penè hebdomadas vultu lætante conjungens; & quod impoſſibile forſitan eſt hominibus ad credendum, Deo autem præſtante poſſibile eſt, ita ad quinquagenariam pervenit ætatem, ut non doleret ſtomachum, non viſcerum cruciaretur injuriâ.

Mira quidem ſunt hæc, ſed non nova. Nam de Chriſtianis teſtatur Lucianus, ſic ſolitos ſervare jejunium, ut quod ait, *decem ſoles ſine cibo tranſigerent.* At majora ſunt quæ S. Gregor. Naz. de habitantibus Ponticam ſolitudinem ſui temporis Monachis ſcribit, complures ex illis fuiſſe, qui totos viginti dies totidemque noctes à cibo abſtinerent, dimidia ex parte Chriſti jejunium imitantes: Ex eiſque unum ſui gregis ovem fuiſſe teſtatur. Et Auguſt. ad Caſulanum, nonnullos ſuo tempore repertos eſſe, qui ultra hebdomadam perpetuum ſervaſſent jejunium, ſe noviſſe tradit: atque addit, Ad ipſum quadragenarium numerum perveniſſe quemdam, à fratribus fide dignis nobis aſſeveratum eſt.

In Philopat. Ad Hillc. nium de Monachis. Epiſt. 86.

Quanquam autem nos non poſſimus quadraginta diebus & noctibus ab omni cibo abſtinere, ſicut Dominus: convenit tamen, ut pro modulo noſtro eum imitemur in jejunio, ſicut & in humilitate, patientia, miſericordia, & perfecta charitate; quoniam nobis dicitur: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et, *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt* Imò, *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.* Quod verò Dominus nobis ſe imitandum præbuerit in jejunio, etiam hinc patet, quòd poſt jejunium eo modo, quo nos tentari ſolemus, pro nobis tentari dignatus eſt.

Math. 10. Matth. 5.

Movere autem ad jejunandum nos debet, præter

ter dicta, ſententia Domini in Levitico: *Omnis anima quæ afflicta non fuerit in die expiationis peribit de populis ſuis.* Ex qua conjicere licet, grave eſſe peccatum, jejunium ab Eccleſia indictum violare. Licet enim præceptum illud Levitici, cum veteribus reliquis cæremoniis ſit abolitum, tamen quatenus ſimplicem Dei cultum toti populo præſcriptum continebat, majoris non fuit dignitatis quàm præcepta Eccleſiæ de obſervando jejunio. In Conc. Toletan. 8. magna pœna injungitur iis, qui ſine cauſa legitima ſolvunt jejunium Quadrageſimæ.

Levit. 23.

Vide Leon. ſer. 3. & 10. de Iejun. 7. menſ. & ſer. 3. de Iejun. 10. menſ. & 6.

Conc. Tolet. 8. cap. 9.

Vide li. decretal. de obſervant. Iejuniorum.

Ad libenter jejunandum movere etiam debent varii fructus, qui ex eo percipiuntur. Primò enim præcipitur ab Eccleſia, cauſa edomandi corporis, ut præſcindantur pravæ cupiditates: Non quòd aliquis cibus immundus ſit, aut quod intrat in os poſſit hominem coinquinare. Redigitur igitur corpus per caſtigationem & jejunium in ſervitutem ſpiritus & *exhibetur Deo hoſtia viva,* ſicut docet Paulus. Unde apparet eſſe cultum Deo gratum. Unde & Lucas ſcribit Annam viduam, duabus rebus, *jejuniis & orationibus Deo latriam exhibuiſſe.* Et D. Leo: *Pro conſummata perceptione omnium fructuum, digniſſimè largitori eorum Deo, continentiæ libamen offertur. Quid enim poteſt efficacius eſſe jejunio? cujus obſervantiâ appropinquamus Deo, & reſiſtentes Diabolo, vitia blanda ſuperamus: Semper virtuti cibus jejunium fuit. De abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriora conſilia, & per voluntarias afflictiones, caro concupiſcentiis moritur, virtutibus innovatur.*

Auguſt. lib. 30. contra Fauſt. ca. 5. li. 2. de morib. Manic. cap. 13. lib. 10. confeſ. cap. 31. 1. Cor. 9. Roman. 12. Luc. 2. Ser. 2. de jejun. 10. menſ.

Deinde quia ad intentè liberiuſque orandum & laudandum Deum, ſimiliaque ſpiritualia exercitia peragenda, præparat hominem. Hinc in

vigiliis

Serm. 3. de Quadrag. vigiliis Sanctorum jejunatur; ut homo diei feſto magis ſe idoneum reddat. Et D. Leo: *Meritò*, inquit, *doctrina Spiritus ſancti hac eruditione imbuit populũ Chriſtianũ, ut ad Paſchale feſtũ quadraginta dierũ continentiâ ſe præpararet. Quanto enim ſanctiùs quiſq; hos dies invenietur egiſſe, tanto probabitur Paſcha Domini honoraſſe religioſiùs. Ipſam mentem,* inquit S. Proſper, *abſtinentiæ fructus alacrem facit, carnem quoque non uſque ad laſſitudinem fatigatam, ſed ſpiritui ordinanti ſubjectam mobilem reddit; ſenſus etiã quos dicuntur craſſos efficere vel gravare congeſtæ delitiæ, conſuetudo parcitatis exonerat, & velut quadam politurâ religioſæ exercitationis attenuat.*

Lib. 2. de vit. contempl. cap. 22.

Tertiò, præcipit abſtinentiam Eccleſia, quòd ad placandum Deum, ejuſque flagella avertenda, multum faciat jejunium, ſicut nos ſatis docent Davidis & Ninivitarum exemplum, admonitioque Ioelis: & quòd Iudæis, in die expiationis, cùm veniam peccatorum flagitabant à Domino, indictum erat à Moyſe jejunium. *Ninivitæ*, inquit S. Baſil. *niſi cum illis & bruta jejunaſſent ruinæ minas nequaquam evaſiſſent In ſacratiſſimorum dierum Quadrageſimæ obſervantia,* inquit S. Leo, *omnes præteritæ deſidiæ caſtigantur, omnes negligentiæ diluuntur. In his aliorum temporum culpas & pia opera redimunt, & jejunia caſta decoquunt.*

2. Reg. 12. Ioan. 3. Ioel. 2. Levit. 23. Homil. 1. de Iejunio Ser. 1. & 4. de Quadr.

Poſtremò ad quamlibet rem à Deo obtinendam multum adjuvat jejunium: Sicut ait Chriſtus diſcipulis interrogantibus, cur non potuerint ejicere dæmonium; *Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & jejunio.* Et quando Paulus & Barnabas ad Evangelizandum ſegregabantur, jejunabat Eccleſia, ut Deus eorum prædicationi adeſſet. Et cùm ipſi conſtituerent per ſingulas civitates Preſbyteros,

Mar. c. 9. Act. 12. Act. 14.

byteros, jejunante atque orante Eccleſiâ, hoc faciebant. Quod & hodie in jejunio quatuor temporum imitamur. S. Thomas, in difficultatibus locorum Scripturæ S. ad orationem adhibebat jejunium. Sic Angelus ad Danielem: *Ex quo die poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Dei tui exaudita ſunt verba tua. Hinc docemur*, inquit Theodoretus, *quantum nobis voluntaria proſit carnis afflictio. Etiam Daniel cum voluntario ſe ipſum maceraſſet jejunio, & Dominũ quæſiſſet, ſtatim exoravit, & voti ſui cõpos factus eſt.*

In vita.
Daniel. 10.

Per humilitatem jejunii, ait S. Leo, *contra omnes hoſtes divinum meremur auxilium.* D. Antonius docens quibus armis Diabolus vinceretur; *pertimeſcit*, inquit, *piorũm vigilias, orationes, jejunia. Iſraelitæ, cùm gravi Philiſtinorum ob peccata ſua dominatione premerentur, ut ſuperare hoſtes ſuos poſſent*, ait Leo, *vires animi & corporis indicto ſibi reparavere jejunio.* Sic & Rex Ioſaphat totum ſe contulit ad rogandum Dominum, prædicavit jejunium univerſo populo, & victor evaſit. Sic magnus Theodoſius præparabatur ad bellum, non tam armorũ, telorúmq; quàm jejuniorum, orationumq, ſubſidiis, inquit Ruff. & victoriam adeptus eſt.

Ser. 1. de ieiu. 7. menſ.
Athan. in vita.
1. Reg. 7.
Ser. 1. de Quadr.
2. Paral. 20.
Ruff. lib. 2. cap. 33.

Quanti autem facienda ſint publica jejunia, oſtendit D. Leo; *Quibuſdam diebus*, inquit, *oportet ab omnibus pariter celebrari jejunium, & tunc eſt efficacior, ſanctiorq; devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus eſt animus, & unus eſt ſenſus. Publica enim præferenda ſunt propriis, & ibi intelligenda eſt præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis.* Et iterum: *Tunc fit potentiſſimus Dei populus, quando in unitatem ſanctæ obedientiæ, omnium fidelium corda conveniunt, & in caſtris militiæ Chriſtianæ, ſimilis, ex omni parte præparatio, & eadem eſt ubiq; munitio.*

Ser. 3. & 4. de jejun. 7. menſ.

Epiphan. hæreſ. 75. Aug. li. de hæreſib. Galat. 4.

Aërius negabat ordinata eſſe jejunia, id eſt, ſtatuta lege certis diebus jejunia non eſſe obſervanda, prætextu libertatis, quâ Apoſtolus Chriſtianos à Chriſto donatos eſſe dicit. Si ergo, inquit, omnino volo jejunare, qualemcunq;eligam diem à meipſo, & jejunabo, propter libertatem. Ob hoc & alia jam olim connumeratus hæreticis. Iovinianus verò dicit nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullum frugalitatis; delirare eos qui carnem caſtigant ut menti ſubdant. Deliravit ergo Apoſtolus, qui de ſe, *Caſtigo*, inquit, *corpus meum, & in ſervitutem redigo. Quæ iſtos Epicuræos*, inquit Ambroſ. *nova ſchola miſit? qui voluptatem prædicent, delitias ſuadeant?* &c. Addam & hoc ex S. Leone, ut homo rectè ac utiliter ſtudeat jejunare; *Non fructuosè corpori eſca ſubtrahitur niſi mens ab iniquitate rovocetur.* Et; *Fiat refectio pauperis, abſtinentia jejunantis: impendamus virtuti, quod ſubtrahimus voluptati.* Et: *Iejunium ſine eleemoſyna, non tam purgatio animæ, quàm carnis afflictio eſt, magiſq; ad avaritiam quàm ad continentiam referendum eſt, quando aliquis ſic à cibo abſtinet, ut etiam à pietate abſtineat.* Et; *Superfluum eſt, ſuſcipere eſuriem, & iniquam non deponere voluntatem: reciſo affligi cibo, & à concepto non deſinere peccato.*

Ambroſ. Epiſt. 82.

1. Cor. 9.

Ser. 4. de Quadr.

Ser. 2. de iejun. 10. menſ.

Ibid. ſe. 4.

Ibid. ſer. 8.

MONI.

Digitized by Google

MONITVM XXI.

Emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum.

Marc. vlt.

ETſi hæc viſitatio mulierum ex infidelitate orta ſit; ſi enim credidiſſent verbo Domini; *Tertia die reſurget*; non viſitaſſent, ſicut Mater Chriſti, quæ domi manſit, certa de ejus reſurrectione; audierat ab Angelo, *Regnabit in domo Iacob in æternum*, &c. Tamen in iis quædam advertenda, & imitanda. Primùm, conſtans earum amor erga Chriſtum; quem enim geſſerant erga vivum, oſtendunt erga mortuum. Multorum amor facilè perit: amant ſanum, deſerunt ægrum, amant in proſperis, deſerunt in adverſis; amant præſentem, abſentem obliviſcuntur; amant vivum, deſerunt mortuum. Dicit Sapiens, *Eſt amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Eſt amicus ſocius menſæ, & nō permanebit in die neceſſitatis.* Quod & Poëta ait,

Matth. 20.

Luc. 1.

Eccleſ. 6.

Donec eris felix multos numerabis amicos;
Temporaſi fuerint nubila, ſolus eris.

Ovid. triſt.

Hortatur Petrus, *Mutuam in vobiſmetipſis continuam charitatem habentes.* Et monet Dominus, etiam *inimicos diligendos, benefaciendum etiam iis qui oderunt nos,* &c. Et ſi ergo homines mutentur, ex amicis fiant inimici, amor tamen noſter mutari non debet; eſt debitum quod *ſemper debetur, ſemper ſolvitur*, inquit Auguſtinus. Ab illo debito liberari non poſſumus.

1. Pet. 4.
Matth. 5.
In Pſal. 33. conc. 2.

Secun-

Secundò docent nos mulieres iſtæ, comparanda nobis eſſe aromata ſpiritualia virtutum & bonorum operum, quorum odore Chriſtus recrea-
2. Cor 2. tur. Dicit Apoſtolus; *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Quemadmodum ſuavia aromatum odoramenta proprium quiddam per aërem continentem ſpirant, quibus*
Hom. in Gordium Mart. *præſentes recreantur; ita vir bonus ſibi commorantium contubernio ſalutaris & jucundus eſt*, inquit D. Baſil.
Pſal. 44. Aug. in illũ Pſal. *Myrrha & caſia*, inquit David Chriſto, id eſt, *odores boni*, ait S. Aug. *à veſtimentis tuis. Veſtimenta ejus, ſunt ſancti ejus, electi ejus, tota Eccleſia ejus*, inquit idem Auguſt. *quam ſibi tanquam veſtem exhibet ſine macula & ruga.* Ex illis *delectaverunt te filiæ Regum*, id eſt animæ Chriſtianæ, natæ prædicatione Apoſt. qui Reges ſunt, quia carnem & affectus pravos regunt, & ſede-
Matth. 19. bunt ſuper ſedes duodecim judicantes, &c. Sic Iſaac,
Geneſ. 27 ubi ſenſit fragrantiam veſtimentorum Iacob, bene-
Pſal. 14. dixit ei: Sic & Deus nobis; *Innocens enim manibus & mundo corde*, &c. *Hic accipiet benedictionem à Domino.*
Philip. 4. Eleemoſynam ſibi à Philippenſibus miſſam vocat Paulus, *odorem ſuavitatis, hoſtiam acceptam placentem Deo.* Sic omne opus quod in Dei honorem fit, ſacrificium eſt ſpiritale, acceptabile, Deo. Propter opera miſericordiæ, quæ ſuaviter olent ante Domi-
Matth. 25. num, dicetur electis: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum.*

Tertiò dicitur, quòd *valde manè veniunt ad monumentum*, &c. Sic valde manè, id eſt, à prima ætate oportet incipere bene agere, non differendum
Tob. 1. longiùs. De Tobia dicitur quòd filium *ab infantia ſua docuit timere Deum, & abſtinere ab omni peccato. Bo-*
Thr. n. 3. *num enim eſt viro*, inquit Propheta, *cùm portaverit*
Eccleſ. 12. *jugum Domini ab adoleſcentia ſua.* Et Sapiens monet: *Memento*

*Memento creatoris tui in diebus juventutis tuæ:*Et parentes hortatur.*Filij tibi ſunt ? erudi illos, & curva eos à pueritia eorum.* Multi florem juventutis offerunt diabolo fecem ſenectutis dant Deo. Dictum eſt ad Cain : *Non recte dividis* : quia ſibi potiora ſervabat, Deo viliora dabat. Abel, & Abraham contrà. Maledicitur apud Prophetam qui *habens in grege ſuo maſculum, immolat debile Domino.*

Eccleſ. 7. Aug. de Civit.li. 15. cap. 7. Geneſ. 4. Geneſ. 18. Malach. 1.

Quartò non contigant mulieres armatos milites, ſepulchri cuſtodes, non ingentem lapidem ſuperpoſitum, & ſimilia impedimenta. Sic amor nihil ſibi difficile aut impoſſibile putat. Omnis difficultas quæ in bene agendo obijcitur, ſuperanda Dei gratiâ & virtutis amore, qui omnia levia facit. *Amor*, ait Sapiens quidam, *onus non ſentit, labores non reputat, plus affectat quàm valet, de impoſſibilitate non cauſatur: quia cuncta ſibi licere, ac poſſe arbitratur.* Multi abſtinent ab opere bono, propter aliquam difficultatem aut laborem ſubeundum. Dicit Sapiens: *Propter frigus piger arare noluit*, &c. Et, *Qui obſervat ventum, non ſeminat : Et qui conſiderat nubes, nunquam metit.* Ventus & nubes ſunt obſtacula, quæ à dæmonibus & hominibus malis bene agentibus objiciuntur. Hæc omnia fortiter ſuperanda. *Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.*

Kemp. lib. 3. de imit. cap. 6. Vide Greg. in Paſtor. parte 3. admon. 16.

Videntes autem revolutum lapidem, & introeuntes in monumentum, viderunt iuvenem ſedentem in dextris, coopertum ſtolâ candidâ. Monumentum quaſi monens mentem, videlicet, quis ſit finis hominis. Et ideo monet Chryſoſtomus illud animo ſæpè intrare & videre quid ſint futura hominum corpora, quæ tam molliter ac delicatè hîc habentur. Angeli apparent ſpecie juvenum, ſic & figurantur, ne putes

Citatus in Methodo Confeſſ.

eos ſeneſcere & ætate conſumi, ut mortalia quæ oriuntur, creſcunt, perficiuntur, ſeneſcunt, intereunt. Sunt ſemper in eodem vigore, ſicut & primi homines in eodem ſtatu ſemper manſiſſent, ſi non peccaſſent. Tales erimus in regno cœlorum
Heb. 18. ſicut Angeli. Viderunt autem eum in dextris, quia ſunt in bonis æternis. Sic Chriſtus dicitur ſedere in dextera Patris, quia eſt in ſumma fe-
Matth. 25. licitate, & gloria Patris. Oves etiam à dextris locantur, id eſt, electi, qui in æterna beatitudine ſunt futuri.

Viſus eſt autem in ſtola candida, quæ eſt veſtis lætitiæ, ſicut atra, luctûs. Quia feſtivitas magna, & jucunda erit: Unde in Eccleſia frequentatur ille
Pſal. 117. verſiculus: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Eſt autem feſtivitas Chriſti, qui
Rom. 6. reſurrexit ad gloriam, non amplius moriturus. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur.* Eſt & noſtra, quia per reſurrectionem Chriſti nos etiam ad immortalitatem reducimur: Chriſti enim reſurrectio cauſa eſt exemplaris
Epheſ. 2. noſtræ: hinc Apoſtolus dicit nos in illo *conreſuſcita-*
2. Cor. 4. *tos & convivificatos.* Et, *Qui ſuſcitavit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit.* Denique eſt feſtivitas Angelorum
Hom. 21. in Evang. *quia dum nos eò reducimur, eorum numerum implemus, & ſic illorum damna reparantur,* inquit Greg. de quo vehementer gaudent. Unde & canitur in Eccleſia: *In reſurrectione tua, Chriſte, cœli & terra lætentur.*

Ait Angelus mulieribus; *Nolite ex paveſcere,* &c. Boni Angeli eſt, conſolari, & confortare. Mali contrà, terrere, contriſtare. Rem eis narrat conſolatione & lætitiâ plenam, videlicet, *Crucifixus ſurrexit.* Nota verba Angeli; crucifixus ſurrexit Qui ſe humiliavit

miliavit uſque ad crucem, exaltatus eſt ad gloriam. Luc. 14.
Qui enim ſe humiliat exaltabitur. Surgite, poſtquam ſederitis, ait Propheta. Psal. 126. Unde & duobus diſcipulis volentibus ſedere, &c. *Poteſtis*, inquit, *bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Matth. 20. Et omnibus: *Si quis vult venire poſt me*, id eſt, reſurgere, & aſcendere; *tollat crucem ſuam.* Luc. 9. Prius bibendus calix paſſionis; portanda crux, & in ea cum Chriſto moriendum, ut reſurgas & exalteris. *Scis*, inquit Hieron. ad Deſiderium, *dogma noſtrum humilitatis tenere vexillum, & per ima gradientes ad ſumma nos ſcandere.*

Deinde vult Angelus ut alios etiam hujus lætitiæ participes faciant: *Ite, dicite diſcipulis ejus & Petro*, &c. Dicebant quatuor Leproſi adinvicem, fugatis caſtris Regis Syriæ: 2. Reg. 7. *Hæc dies boni nuntij eſt, ſi tacuerimus & noluerimus nuntiare, ſceleris arguemur.* Sic nihil privatum nobis retinendum, ſed libenter etiam aliis communicandum bonum, quod iis poteſt eſſe utile, jucundum, ſalutare. Eſt promiſſio futuri ſæculi: *Non docebit ultrà vir proximum ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: Omnes enim cognoſcent me à minimo uſque ad maximum.* Ierem. 31. Quamdiu verò hoc ſæculum durat, unuſquiſque dicere debet proximo ſuo: Cognoſce Dominum. Serm. 7. Quod ſciens Sapiens: *Sapientiam*, inquit, *ſine fictione didici, & ſine invidia aliis communico.* Atque idcirco petebat Auguſtinus à Deo ſapientiam, *quòd uſui eſſe vellet fraternæ charitati.* Confeſſ. lib. 11. cap. 2. Et Diaconus quidam prohibitus à Rege impio à prædicanda lege Domini, *Impoſſibile*, inquit, *mihi eſt ut non communicem aliis lumen, quod ipſe percepi.* Hiſtor. Tripart. li. 10. cap. 33. *Qui ſua & non aliorum lucra ſectantur, ipſis ſe quæ privata habere appetunt bona, privant; quæ non pro ſe tantummodo, ſed & pro aliis acceperunt*, inquit D. Gregor. In Paſt. parte 1. cap. 5.

MONITUM XXII.

Duo ex diſcipulis ibant ipſa die in caſtellum, &c.

Luc. 24.

QVædam conſideranda & imitanda in iſtis diſcipulis, etſi jam à fide & ſpe ſua deflexerant. *Nos*, inquiunt *ſperabamus*: quaſi non amplius ſperantes. Primùm, quòd bini, ſeu ſimul ambularent, quo ſignificatur pax & concordia charitatis. Sic Chriſtus diſcipulos ſuos binos miſit ad prædicandum, & idem ſignificatur, ut docet D. Grgor. Qui à ſe invicem diſſentiunt, ſimul loqui, ambulare, nolunt. Maximè placet Deo amor mutuus, & concordia Chriſtianorum, ſe quaſi negligi ſuumque ſacrificium differri malens, ut illa præcedat. *Nil placitum ſine pace, Deo, non munus ad aram.* Eſt quidem ita, quod interdum conjuncti corpore, diviſi ſunt animo; hoc tamen ſignificatur, quòd ſicut juncti ſunt corpore, ita etiam animo debeant eſſe ſociati.

Luc. 10. Hom. 17. in Evang. Matth. 5. Chryſoſt. in c. 5. Math. Prudent. in Pſychomachia.

Ubi pax eſt & charitas, ibi Deus eſt. *Factus eſt in pace locus ejus*, ait David. Et Apoſt. *Pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcũ.* Et ipſe Chriſtus: *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum* ubi unanimitas commendatur, inquit S. Cyprian. Unde monet Apoſtolus; *Quæ pacis ſunt, ſectemur.* Et, *Sollicitì ſervare unitatẽ ſpiritus in vinculo pacis.*

Pacem placatus, pacem quoque læſus amato;
Pax in viſceribus, pax ſit in ore tuo.

Pſal. 75. 2. Cor. 13. Matth. 1[illegible]. De unit. Eccleſ. Rom. 14. Epheſ. 4. B. Vrient.

Pella

Pelle odium, contemne minas, depone rigorem,
Offenſam teneant tempora nulla tuam.
Vt te Sol blandæ ſervantem vincula pacis,
Deſerat abſcedens, inveniat rediens.

Secundò notandum quòd loquerentur in via *de Ieſu Nazareno*, id eſt, ejus vita, doctrina, paſſione, morte. Et nos in via ſumus: vita enim noſtra, quid aliud eſt quàm via ad mortem, judicium? De qua Chriſtus: *Eſto conſentiens adverſario tuo citò dum es in via.* Matth. 5. Et de ipſo Chriſto dicit David: *Exultavit ut gigas ad currendā viam*, videlicet, hujus vitæ. Psal. 18. Sed de quibus rebus ſunt plerumq; ſermones hominum in via hujus vitæ? de rebus vanis, terrenis, frivolis, turpibus aliorū peccatis, &c. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* 1. Cor. 15. Jeſus Nazarenus exultât à corde, exultat ab ore multorum. Quid verò dicebant de Jeſu iſti duo diſcipuli?

Quòd *fuit potens in opere & ſermone.* Luc. 24. In opere virtutum & miraculorum; in ſermone, & doctrina veritatis. Dicit de eo Lucas in Actis: *Cœpit Jeſus facere & docere*; Act. 1. vita & converſatio bona facit efficacem ſermonem. Tales & nos eſſe debemus. Additur, *coram Deo & omni populo. Providere enim debemus bona coram Deo & hominibus*, Rom. 12. 2. Cor. 8. ut Deo placeamus, proximos ædificemus. Deinde referebant, *quomodo tradiderunt eum in damnatione mortis & crucifixerunt eum.* Vita Chriſti & paſſio proponitur nobis tanquam exemplar, quod ſemper intueri debemus, & ad illud omnia noſtra dirigenda; ideoque frequenter de ea legendum, loquendum, audiendum, cogitandum. Dictum eſt Moyſi: *Fac ſecundùm exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte.* Exod. 25. Et Apoſt. *Aſpicite in authorem fidei & conſummatorem Ieſum*, Hebr. 12. &c.

Tertiò, notandus ardor animi, ex auditione ſermonum

monum Domini. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via? Ignitum eloquium tuum vehementer*, inquit Pſalmiſta, id eſt, accendens corda hominum. Et Apoſtolus: *Vivus eſt ſermo Dei & efficax, ſimilis gladio acuto*, non ſaucians, ſed corda hominum inflammans. Et ipſe Deus Jerem. 29. *Verba mea ſunt quaſi ignis & quaſi malleus conterens petram.* Sed nónne multi ſunt, qui ex lectione vel auditione ſermonum Domini, nullum aut exiguum fructum referunt? Unde hoc, ſi Domini eloquium, ſit ignitum?

Pſal. 118. Heb. 4. Jerem. 29.

Quod quædam non illuminentur, emolliantur, inflammentur à ſole, non fit vitio ſolis, ſed ex alio impedimento. Sic de Sole juſtitiæ, & hominibus Quod bonum ſemen non ſemper fructificet, non eſt hoc ex vitio ſeminis, ſed terræ in quam cadit, ut eſt in Evang. Obdurant homines corda ſua, contra vocem Domini. Unde dicitur, *Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Sicut dicitur de Pharaone, quòd *ingravavit cor ſuum.* Sed nónne & ipſe Deus induravit cor ejus? Quod homo facit per liberum arbitrium, hoc Deus facit per juſtum judicium, permittendo, deſerendo. *Obdurat Deus non impertiendo malitiam, ſed non impertiendo miſericordiã*, inquit Aug.

Matth. 13. Luc. 8. Pſal. 94. Exod. 7. 8. Vide Aug. de grat. & lib. arbit. cap. 23. Epiſt. 105.

Quartò, *cùm appropinquarent caſtello, & Ieſus fingeret ſe longiùs ire, coëgerunt eum.* Hîc diſcimus, Primò non leviter, ſuperficialiter, aut verbis ſolis bene faciendum, ſed ex toto corde hoc agendum. *Non diligamus verbo neque linguâ, ſed opere & veritate*, inquit S. Joan. Unde monet David; *Inquire pacem, & perſequere eam: Non enim ſufficit eam quærere*, inquit S. Hieronymus *niſi inventam, fugientemque omni ſtudio perſequamur.* Et Apoſtolus ait: *Hoſpitalitatem ſectantes, ut non levi uſitatoq; ſermone*, inquit idem Hieron. *& ut ita dicam,*

1. Ioan. 3. Pſal. 33. Ad Ruſtic. Rom. 12. Ibid.

Digitized by Google

tam, ſumis labiis hoſpites invitemus; ſed toto mentis ardore teneamus; quaſi offerentes ſe cum lucro noſtro, atque cõpendio. Sicut fecerunt Abraham, Loth, Tobias. Geneſ. 18. Geneſ. 33. Tob. 2.

2. Diſcimus, inquit, D. Bernardus, *magna vi & contentione opus eſſe, ut in via Dei proficiamus & Deũ ipſum acquiramus. Non enim leviter ad perfectionis culmen attingitur, ſed paulatim virtutum gradibus ad apicem charitatis magnâ contentione pervenitur. Qui ad meliora nititur, quaſi contra ictum fluminis conatur; cùm ab intentione aſcendendi reſolvitur, ſine labore ad ima malè ducitur,* ait S. Gregor. *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Magna violentia eſt, in terra nos eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere; poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam,* inquit S. Hieron. Hom. in Fer. 2. Paſchæ. Li. 11. Moral. cap. 27. 28. Math. 12. In cap. 13. Matth.

Quintò, orandum cum illis: *mane nobiſcum Domine.* Frequenter David in Pſalmis, *Domine ne derelinquas me, Domine ne diſcedas à me,* &c. Perſeverantia petitur, ſine qua nulla virtus coronatur. Et ſignificatur neceſſitas divini auxilij; quod ſi ſubtrahitur, cadit homo, non erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Omni ergo tempore petendum, *Mane nobiſcum Domine,* etiam à perfectiſſimis & provectiſſimis ſanctis. *Nemo dicat,* inquit S. Auguſt. *Protegat me Dominus cùm parvulus ſum, quaſi aliquando ad tantam magnitudinem pervenire poſſet, quæ ſibi ſufficiat: ſine protectione Dei nihil es. Semper ergo ab illo protegi velimus.* In Pſal. 62. Sic & Innocentius I. apud Auguſt. *In omnibus divinis paginis,* inquit, *voluntati liberæ, non niſi adjutorium Dei legimus eſſe nectendum, eamque nihil poſſe cœleſtibus auxiliis deſtitutam.* Epiſt. 93.

Sextò, cùm Dominum cognoviſſent ex fractione panis, regreſſi ſunt ſtatim in Jeruſalem, ut & aliis reſurrectionem Chriſti manifeſtarent. In qua præ-

cipua eſt ſpes & conſolatio Chriſtianorum; per eam enim mentes infirmas, ac deſperatione juſtitiæ & immortalitatis dejectas, in ſpem juſtitiæ & immortalitatis erexit; ad hoc reſurgens, ut mentes noſtras impietate mortuas, & ſepultas, ad juſtam & novam vitam in hoc ſæculo gerendam ſuſcitaret, corpuſque hoc mortale, tandem abſorptâ morte, immortalitate renovaret. Libenter ergo quiſque communicare & aliis debet bona quæ habet, maximè veritatis doctrinam, ſalutis ſcientiam. *Qui enim veritatem occultat, & qui mendacium prodit, uterque reus eſt*, inquit S. Auguſt. *Ille, quia prodeſſe non vult, iſte quia nocere deſiderat.*

De agone Chriſtia.

Debet ergo quiſque mendacium vitare, ne aliis noceat; debet veritatem manifeſtare, ut aliis proſit. Et alibi, *Veritas tua, Domine, nec mea eſt, nec illius, aut illius, ſed omnium noſtrûm, quos ad ejus communionem publicè vocas, terribiliter admonens nos, ut nolimus eam habere privatam, ne privemur eâ. Nam quiſquis id quod tu omnibus ad fruendum proponis ſibi propriè vindicat, & ſuum vult eſſe quod omnium eſt, à communi propellitur ad ſua, hoc eſt, à veritate ad mendacium. Qui enim loquitur mendacium, de ſuo loquitur.*

Li. 12. conf. cap. 25.

Ioan. 8.

MONITVM XXIII.

Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

Luc. 14.

In cap. 9. Matth.

IBat Dominus ad convivia, inquit S. Hieron. *ut occaſionem haberet docendi: & ſpirituales invitatoribus*

bus ſuis praberet cibos. Dicebant Platonis convivæ apud Ciceronem; Platonis cœnas etiam in poſterum diem prodeſſe, videlicet, ob ſobrieratem, & honeſtos utileſque ſermones. *Sermo Nepotiani*, ut teſtatur D. Hieron. *per omne convivium, de Scripturis aliquid proponere, libenter audire.* Et ipſe Auguſt. *in menſa magis lectionem, vel diſputationem, quàm epulationem potationemque diligebat.* Dicit Apoſtolus cibum *ſanctificari per verbum Dei*, id eſt, ipſam doctrinam Dei, quæ ſanctificat, non quia dicitur, ſed quia creditur, ut ſecundùm hoc præceptum Apoſtoli fieri intelligatur, non ſolùm quòd oramus ante cibum, ſed etiam quòd in menſa aliquid ſpiritale legitur, tractatur, cogitatur, uti faciendum docet S. Auguſtinus, *ut non ſolùm fauces cibo, ſed & mens paſcatur Dei verbo.*

L. 5. Tuſcul.

In Epitaph.

Poſſidon.

In vita cap. 22.

Epiſt. 109.

Dicit D. Baſil, præmittendam orationem ante cibum; inter edendum ſervandam ſobrietatem, continentiam, *& nec tunc à commentatione rerum Divinarum vacandum.* Et S. Gregor. illa convivia probat, *in quibus nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, & non inanes in eis ſæcularium geſtorum fabulæ, ſed verba lectionis ſacræ audiuntur, cùm non plus quàm neceſſe eſt, ſervitur corpori, ſed ſola ejus infirmitas reficitur, ut ad uſum exercendæ virtutis habeatur.*

Epiſt. 9. ad 2. Gregor.

In convivio Aſſueri Regis *non erat qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſtatuerat Rex ut unuſquiſque ſumeret quod vellet.* Et in libro Judith dicitur, quòd *erat populus jucundus ſecundùm faciem ſanctorum.* Deplorat Propheta convivia ſui temporis, dicens; *Omnes menſæ repletæ vomitu; ſordiumque.* Nónne id verè dicitur de pleriſque conviviis Chriſtianorum, ubi lacerantur abſentes, innocentes ridentur, effunduntur

Eſth. 1.

Iudith. ult.

Iſaiæ 28.

Digitized by Google

tur ſermones obſcœni, blaſphemantur ſacra; provocantur convivæ ad æquales hauſtus, ad ebrietatem? &c. Concilium Lateranenſe ſub gravi pœna prohibet illum abuſum, quo ad potus æquales ſuo
Prover. 23. modo ſe obligant potatores. cap. 15. ſub Innocentio III. Monet Sapiens; *Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt.*

Matth. 24. 1. Cor. 5. verſ. 11. Poſſid. in vita Aug. cap. 27. In epiſt. ad Nepot.

Arguitur in Evang. ſervus malus, qui manducat & bibit cumebrioſis. Cum iiſdem cibum ſumere vetat Apoſtolus. Vnum ex inſtitutis D. Ambroſij erat, ſervandum in vita & moribus hominis Dei, ut monet S. Auguſt. *ut petitus in patria ſua, non iret ad convivium; ne per frequentiam in patria conviviis conſtitutus, temperantiæ amitteretur modus. Conſolatores nos potiùs in mœroribus ſuis noverint homines, quàm convivas in proſperis*; inquit Hieron. *Facilè contemnitur Clericus, qui ſæpè vocatus ad convivium, ire non recuſat.* Divo Chryſoſtomo, quod virtutis erat, ut ſolus cibum caperet, nec invitatus quoquam iret, nec alios ipſe rogaret, id inhoſpitalitatis vitio ab æmulis tribuebatur.

Et ipſi obſervabant eum. Sed nònne bonum eſt obſervare Ieſum, facta ejus & dicta; quæ omnia ſunt ad ſalutem animarum? Ita. Sed non quomodo illi, ad detrahendum, calumniandum. Nos obſervemus eum diligenter, ejus vitam ac mores, ad imitandum; Vbique enim ſe in exemplum pro-
Matth. 11. ponit: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucē ſuam, & ſequatur me.* Dixit de eo Symeon ſenex,
Luc. 2. quòd *poſitus ſit in ſignum*: quod aſpicere debe-

mus

-mus ut rectè gradiamur ut viatores: in ſignum, ad quod ne erremus, debemus collimare ut jaculatores: ad quod omnes noſtras cogitationes, affectus, & actiones componere & conformare debemus.

Aſpicite in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, inquit Apoſtolus. *Chriſtus*, inquit Divus Leo, *univerſis in ſe credentibus, & Sacramentum condidit & exemplum, ut unum apprehenderent renaſcendo, alterum ſequerentur imitando. Si periculoſum eſt imitari illos de quibus dubitas an imitandi ſint*, inquit S. Hieronymus, *hũc certè imitari tutiſſimum eſt, atque ejus veſtigia ſequi, qui dixit; Ego ſum via, veritas, & vita, Nunquam enim errat qui ſequitur veritatem. Qui dicit ſe in Chriſto manere*, ait Ioannes 1. epiſt. cap. 2. *debet ſicut ille ambulavit, ita & ipſe ambulare. Monet Apoſtolus* 1. ad Conrinthios cap. 11. *Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti.*

Hebr. 12. Ser. 14. & 16. de paſſ. In epiſt. ad Celant. Ioan. 14. 1. Ioan. 2. 1. Cor. 11.

Multi alios obſervant, ſed non benè: curioſè explorant aliorum converſationem; Primò Ad reprehendendum, & calumniandum, ut hîc Phariſæi Chriſtum Dominum. Secundò, *Ad ſuam conſolationem, remedium pœnæ ſuæ arbitrantes, ſi nemo ſit ſanctus, quaſi multitudo peccantium ſcelus minuat.* Tertiò, *Vt ipſa aliorum comparatione iuſti habeantur; Non ſum ſicut cæteri homines. Nulli unquam detrahas*, ait Hieronymus, *nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis; magiſque vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere.* Si autem utiliter alios obſervare vis, ſequere regulam cujuſdam Sapientis; *Vbique profectum tuum capias ut ſi*

Idem in Epitap. Paulæ Epiphan. Epiſt. ad Hieron. Luc. 18. Hieron. ad Celant.

Tho.Kemp. lib.1.c. ult. de Imit. *ut ſi bona exempla videas vel audias, ad imitandum accendaris. Si quid autem reprehenſibile conſideraveris, cave ne idem facias, aut ſi aliquando feciſti, citiùs emendare te ſtudeas.* Plato videns aliquid mali ab aliis committi, digreſſus, apud ſe dicere conſuevit: *Nunc ubi ego talis* refert Plutarch. D. Antonius quæcunq; bona aliorum exempla videbat, ea ſtudebat in ſe exprimere. Et propterea ſuadet Hieron. Ruſtico, *vivere in conſortio Sanctorum, ut ab uno humilitatem, ab alio manſuetudinem, ab alio aliam diſceret virtutem.* Prudenter monet Apoſtol. *Bonum in bono æmulamini ſemper.* Quia enim ſciebat etiam Sanctos interdum cadere, & ſua habere vitia, *Bonum*, inquit, *in bono æmulamini:* Petrum non in negatione, ſed in confeſſione; Davidem, non in adulterio, ſed in pœnitentia, & charitate erga hoſtem Saulem. Sic S. Auguſt. loquens de ſcriptis ſuis, *Quiſquis*, inquit, *iſta lecturus eſt, non me imitetur errantem, ſed in melius proficientem.* Et alibi; *Amet in me fraternus animus, quod amandum doces; doleat in me quod dolendum doces.*

Athanaſ. in vita.

Hieron. ad Ruſt.

Galat. 4.

Lib. 1. Retract. in præfat.

Lib. 10. Conf. ca. 4.

Cap. 8. *Et ecce quidam hydropicus erat ante illum.* Narratur in Prato Spirit. de quodam Sancto qui ob nimiam vitæ auſteritatem factus erat hydropicus, qui ſe viſitantibus, *Orate*, inquit, *pro me, ne interior homo fiat hydropicus; ego enim ut in hac infirmitate diutiùs durem, Deum oro.* Significat ergo hic hydropicus, hominem Concupiſcentiis hujus ſæculi deditum, videlicet avarum, ſuperbum, luxurioſum. Terrena enim bona, quæ iſti cupiunt, quibus inhiant, cor non ſatiant; ſed deſideria magis accendunt. Vti aliàs oſtenſum. Hic hydropicus ſi ſanari vult, debet ſe ſanandū præbere, debet ſe cōvertere ad medicum, Chriſtū Dominum, per orationes, gemitus, & ſimilia.

Part. 2. Mont. 33.

Morbi

Morbi corporum quos in Evang. ſanaſſe legitur, ſignificant morbos animarum; & corpora ſanavit, ut oſtenderet ſe Salvatorem animarum, ut omnes eum talem agnoſcerent, & ad eum pro ſanitate confugerent. Iſraëlitæ percuſſi à ſerpentibus, ſerpentem æneum juſſu Domini à Moyſe erectum aſpicere debebant, ut ſanarentur. Chriſtus ſerpens eſt, ob ſimilitudinem carnis peccati, tamen æneus, non habens ullum peccatum, ad quem oculos fidei erigere oportet eos, & gemitus cordis emittere, qui veneno ſerpentis antiqui infecti ſunt, ut ab eo ſanentur. Aug. de Geneſ. ad lit. lib. 9. Num. 21. Ioan. 3.

Erat ante illum, dicit Evang. Ante illum es quando oras, legis, confiteris, communicas; quæ omnia ſunt optima conſequendæ ſanitatis remedia. Quando oras, illum alloqueris; oratione autem impetratur ſanitas; hinc Sapiens; *Vt ſcivi quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det, adij Dominum & deprecatus ſum illum ex totis præcordiis meis. Omnis autem qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Sic quando legis, ille tibi loquitur, in Scripturis Sanctis & ſimilibus libris. *Omnis autem morbus animæ, in Scripturis habet ſuum medicamentum*, inquit, S. Aug. *tantum opus eſt, ut qui ægritudine aliquâ tentationis laborat, non recuſet potionem, quam ibi Deus temperavit.* Sap. 8. Iſaiæ. 28. In Pſal. 36. in præfat.

Confeſſione etiam, quæ fit Sacerdoti, Dei vicario, & ſic ipſi Deo, evomuntur peccata, lavantur crimina, & homo reſtituitur priſtinæ ſanitati.

Quæ ſpes eſt quotidie peccantibus nobis? Ante omnia confeſſio, inquit Auguſt. tract. 1. in epiſt. Joan. *Non remanet judicio condemnandum, quod fuerit confeſſione purgatum*, ait.

Deni

Lib. 4. in Ioan.c.17.

Denique communio ſacra, qua ipſe Chriſtus percipitur, *non ſolùm mortem, ſed & morbos omnes depellit*, inquit D. Cyrill. & facit ut non tam frequenter nec tam vehementer homo ſentiat motus iræ, invidiæ, ſuperbiæ, luxuriæ, cæterorumque vitiorum, & ut *peſſimum illud ulcus Concupiſcentiæ pravæ paulatim accedat ad ſanitatem.*

Bern. in ſer. de cœna Dom.

Proponit deinde Chriſtus legiſperitis & Phariſæis quæſtionem, dicens; *Si licet Sabbato curare?* Cùm tacerent, ipſe apprehenſum hydropicum, ſanavit eum, ac dimiſit. Oſtenditque licere hoc modo: Si licet Sabbato extrahere ovem, bovem, aſinum è puteo, multò magis hominem liberare à morbo. Taxantur illi, qui magnam de rebus parvis, & de magnis parvam aut nullam curam gerunt. Queritur D. Bernard. *Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam: perit anima, & nemo eſt qui reputet. De expenſis ſumptuum quotidiana diſcuſſio; de peccatis populorum, nulla ſollicitudo.* Et S. Auguſt. Curant homines habere bonam veſtem, caleeum, caligam, & non animam; præfer ſaltem animam tuam vel caligæ tuæ. Caritas & cura debet eſſe ordinata; id primò amandum, curandum, quod majus ac pretioſius eſt. Atque hoc miraculum maximè convenit diei Sabbati, ſive rem ſignificatam, ſive finem attendas. Sabbatum enim, quo ab operibus ſervilibus quieſcitur, ſignificat requiem ab operibus malis, id eſt, peccatis, quæ verè ſervos faciunt. Hoc hîc ſpiritualiter ſignificatur: tunc enim ſanatur hydropicus, quando peccator à Concupiſcentiis ſæculi, quæ ſunt inſatiabiles, curatur, & ille eſt verus Sabbatiſmus Domini. Hoc cogitare debet qui Sabbatum colit, ita ſibi à peccatis quieſcendum, quomodo quieſcit à ſervili-

De conſiderat.lib.4.

Serm.16. de verb. Dom.& 3. & 63. in Nov. Cantic. 2.

Vide Monit.6. Ioan.8.

Hebr. 4.

Digitized by Google

à ſervilibus operibus. Quomodo ergo peccant, qui otio hoc ad peccata liberiùs perpetranda abutuntur?

De quibus S. Auguſt. *Obſerva diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaicis delitiis, qui otio abutuntur ad nequitiam. Meliùs enim utique totâ die foderent, quam totâ die ſaltarent. Sed tu cogitans requiem in Deo tuo, & propter ipſam requiem omnia faciens, abſtine ab opere ſervili. Omnis enim qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, (utinam hominis, non peccati!)* Et iterum; *Obſerva Sabbatum, non quomodo Iudæi obſervabant carnali otio. Vacare enim ad nugas atque luxurias volunt. Melius enim faceret Iudæus in agro ſuo aliquid utile quã in theatro ſeditioſus exiſteret: & melius fœminæ eorum die Sabbati tota lanam facerent quam tota die in neomeniis ſuis impudicè ſaltarent.* In Pſal. 32. cont. lib. de Decach. cap. 3. Ioan. 8.

Deinde Sabbatum eſt inſtitutum, ut Deus in eo ſanctificaretur. Non enim putandum eſt, Deum carnali otio hominis delectari, ſed illo debebat uti tanquam pro teſtatione gratiarum actionis pro beneficiis. *Vacate & videte quoniam ego ſum Deus.* Finis autem hujus miraculi erat (ſicut & aliorum omnium) Nominis Divini ſanctificatio, qui tam diverſa ſanitatum beneficia confert hominibus. In Sabbato enim, in quo requievit Deus ab operibus ſuis, homo ex conſideratione Divinorum operum incitari & exardeſcere debebat in amorem & laudem ſui conditoris, ſicut nunc Dominicis & feſtis, ſui Redemptoris; ac in pleriſque miraculis hic fructus ſecutus eſt, ut Deo gloriam darent, ut patet in Evangeliis. Pſalm. 45. Gen. 2. Matth. 9. & 15. Luc. 7. & 18.

Propheta Iſaias de violantibus Sabbatum, quia requiem non ordinant niſi ad exercendas ſuas voluptates; *Si*, inquit, *averteris à Sabbato pedem tuum, facere* Iſai. 58.

cere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaveris Sabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaveris eum dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua, ut non loquaris ſermonem: Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollā te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutū eſt.

MONITVM XXIV.

Thomas autem non erat cum eis quando venit Ieſus.

Ioan. 20.

MUlta ſunt in hoc Evang. conſideratione digna. Primum, homini utile eſſe, in bona ſocietate eſſe, abeſſe damnoſum. Hinc Thomas non vidit Dominum, quando ſe exhibuit diſcipulis in unum congregatis; Petrus Chriſtum ter negavit; Iudas prodidit, qui reliquit ſocietatem Chriſti & Apoſtolorum, & adhæſit impiis. Dina egreſſa è conſortio fratrum, rapta & ſtuprata eſt. Gordiana D. Gregorii amita, Virgo ſacra, quando cœpit amare ſocietatem ſæcularium, turpiter à propoſito defecit. Quàm multi Catholici facti hæretici, propter eorum ſocietatem!

Gen. 24.

Hom. 38. in Evang.

Diabolus, inquit S. Leo, *captat indefeſſus & pervigil, ſi fortè reperiat aliquas oves à ſacris gregibus negligentiùs evagantes*: illas enim invenit inſidiis ſuis oportuniores. *Ovis quæ de ovilibus egreditur, lupi ſtatim morſibus patet*, inquit Hieron. in vita Malchi Monachi.

Serm. 2. de Quadr.

Cato.

Pſal. 25.

Vetus

Vetus dictum, *Cum bonis ambula* Et Pſalmiſta: *Cum* Cato.
ſancto ſanctus eris, cum perverſo perverteris. Et, *Lavabo,* Iſa. 17.
inq. *inter innocentes manus meas.* Curare debet homo Pſal. 25.
ut quotidie manus, id eſt, opera ſua mundiora efficiat. Sed ubi hoc faciet, inter impios? ibi quotidie magis magiſque ſordeſcerent. Id faciet, inter innocentes. Hinc ſuadet Ruſtico Hieronymus, *vivere in conſortio ſanctorum, ut in ſingulis aliquam virtutem conſideraret, eamque addiſceret ac imitaretur.* In Epiſt. ad Ruſt.

Secundò, dicit D. Gregor. abfuiſſe Thomam, non caſu, ſed divinâ diſpenſatione. *Egit Dominus, ut diſcipulus dubitans, dum in Magiſtro ſuo vulnera palparet carnis, in nobis ſanaret vulnera infidelitatis. Plus enim nobis incredulitas Thomæ ad fidem profuit, quam fides diſcipulorum credentium; quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſitâ, in fide ſolidatur.* Myſterium autem reſurrectionis maximè neceſſarium eſt. Unde S. Auguſt. *Non magnum eſt credere, quia mortuus eſt Chriſtus: Hoc & pagani, & Iudæi, & iniqui omnes credunt. Fides Chriſtianorum, reſurrectio Chriſti eſt, hoc pro magno habemus, quia credimus eum reſurrexiſſe.* Hom. 26. in Evang. In Pſal. 120.

Deinde reſurrectio Chriſti, eſt tota noſtra conſolatio: eſt enim forma & exemplar noſtræ, in cujus ſpe gaudemus & conſolamur. *Quem dolorem non ſoletur reſurrectionis gratia, quem non excludit mœrorem, ſi credas nihil perire morte? Mori etiam non timet reſurrecturus,* inquit Ambroſ. de fide Reſur. Utilis ergo incredulitas Thomæ, non quia ipſa in ſe bona, ſed quia tam bonus, ſapiens, ac potens eſt Deus, ut poſſit & velit, etiam, malis bene uti, & ad bonum finem ordinare, ut inquit Auguſt. Cap. 1. Enchir. 10. & 11. cap.

Digitized by Google

Tertiò, in Thoma advertere eſt voces infidelium, *niſi videro*, &c. *non credam.* Unde enim in hærereticis infidelitas de Euchariſtiæ Sacramento, niſi quia non vident, nec ſenſu aliquo aut ratione percipiunt, hoc eſt, quia fidem à corde ſuo eliminant? Manichæi fidem ſeu credulitatem Catholicorum irridentes, ſcientiam ſeu rationem pollicebantur, ut refert Auguſt. *ut nomine rationis quâ naturaliter gaudet anima humana, multitudinem ſibi conciliarent.* Et de ſe adhuc infideli dicit, quòd nolebat credere, quod non poterat comprehendere. Sed in lib. de utilitate credendi, oſtendit *nullam iniri poſſe religionem ſine fide.* Ac in Confeſſionibus, ſeipſum reprehendit; quum multa ſe credere advertit quæ nunquam vidiſſet, & quibus nunquam interfuiſſet, ut amicis, Medicis, hiſtoriis, &c. quæ niſi crederentur, nihil ageremus in vita. Poſtremò, quam inconcuſſe fixum fide retineret, quibus parentibus ortus eſſet, *quod ſcire*, inquit, *non poſſem, niſi audiendo credidiſſem.*

Lib. 6. conf. cap. 5.
De utilit. cred. cap. 1.
Lib. 6. Conf. cap. 4.
De utilit. cred. cap. 9.
Ibidem.

Fides, ait Apoſtolus, *eſt argumentum rerum non apparentium*, id eſt, quæ nec ſenſu, nec experientiâ, nec ratiocinatione compertæ habentur. Eſt ergo contra naturam fidei, nolle credere, niſi quod poſſis ſenſu, aut ratione percipere. *Quid enim aliud eſt fides quàm credere quod non vides?* inquit D. Proſp. Nos primò credimus, ut aliquando videamus, & *Niſi credideritis non intelligetis*, ait Propheta. *Intellectui fides viam aperit, infidelitas claudit*, inquit Auguſt. Viſio, fidei merces eſt: hinc Sancti in cœlo, *Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Dei noſtri. Si quis indiget Sapientiâ*, ait S. Iacob. *poſtulet à Deo, in fide nihil haſitans.* Agens contra

Hebr. 11.
Sent. 350. Epiſt. 3. ad Voluſ. & Sent. 2. 138.
Pſalm. 47.
Hieron. ad Heliodor.
Iac. 1.

contra illos, qui cupiunt eſſe intelligentes rerum divinarum, & in fidei doctrina dubitant, antequam, ſcilicet, eas firmiter credant, contra illud jam dictum, *Niſi credideritis, non intelligetis*: & contra Apoſtolum, qui primùm lac fidei, deinde ſolidum Sapientiæ cibum tradi voluit. Iſaiæ 7. 1. Cor. 3. Hebr. 5.

Quartò conſideranda eſt hîc patientia Chriſti in toleranda infirmitate Thomæ, & benignitas in ſananda: cùm ejus unius cauſa videatur iterum apparuiſſe diſcipulis, qui jam de ejus reſurrectione certi erant. Taxantur illi, qui alios ſtatim volunt habere perfectos, nolunt eorum infirmitates portare, cùm & ipſi imperfecti ſint, & multos defectus habeant, qui ab aliis tolerantur. Non recordantes illud Apoſt. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*, id eſt, legem charitatis, inquit, Gregor. Deinde & illi, qui multitudinem ſemper quærunt, paucis intendere nolunt, cùm Christus ob unum Thomam ſanandum, quid non fecit, quid non permiſit? Quàm benè concionatus eſt uni Nicodemo, uni mulierculæ Samaritanæ! quàm ſalutaria monita dedit paucis Apoſtolis in monte! Et bonus paſtor relictis nonagintanovem, unam oviculam perditam, quam diligenter quærit! Chriſto ne una quidem animula vilis eſt: patet ex pretio quod pro ea dedit. Sic nec tibi debet aliquis vileſcere, memor quo ſanguine emptus, quo pretio ſit redemptus. Galat. 6. In Paſtor. part. 3. admonit. 17. Ioan. 3. Ioan. 4. Matth. 5. Luc. 15.

Quintò expendenda eſt Thomæ confeſſio; *Dominus meus & Deus meus*. Id cuique Dominus eſt, cui ſervit & obſequitur. *Servi eſtis ejus cui obeditis*, inquit, Apoſt. *ſive peccati ad mortem, ſive obeditionis ad juſtitiã. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati: à quo quis devictus eſt, hujus & ſervus eſt*. Dicit Deus per Prophetam: *Si* Rom. 6. Ioan. 8. 1 Petri 2. Malach. 1.

Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? id eſt, ſollicitudo evadendi flagella mea, & obſervandi mandata mea? De bono patientiæ. *Servos decet eſſe obſequentes*, ait D. Cyprian. Malè ſucceſſit Angelo, & primo homini, quando noluerunt ſubeſſe, voluerunt eſſe ſui juris ac poteſtatis: hinc malo ſuo edoctus homo, clamat, *Servus tuus ſum ego.*

Pſalm. 118. Id etiam cuique Deus eſt, quod primo loco habet, quod omnibus aliis anteponit. Philip. 3. *Quorundam Deus venter*: quia in hoc toti intenti, ut ventri & iis quæ ſub ventre, inſerviant. Epheſ. 5. *Avaritia idolorum ſervitus*, quia avarus primo loco pecuniam habet, in illa confidit, propter illam omnia facit, pro illa Eccleſ. 10. etiam animam venalem habens. Si autem homo Chriſtum omnibus aliis rebus præponit, in illo ſpem omnem collocat, Chriſtus illi Deus eſt. *Dixi* Pſalm. 15. *Domino*, ait propheta; *Deus meus es tu.* A te habeo quod habeo: à te exſpecto, quod ſpero: te omnibus rebus antepono. Maxima autem eſt hujus rei Iſaiæ 52. 2. Cor 6. utilitas; promittit enim: *Ego ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus*, id eſt, eorum ego curam geram, illos protegam, &c. Quid jucundius, quid ſecu- Rom. 8. Ioan. 10. rius? *Si enim Deus pro nobis quis contra nos? Nemo rapit eas de manu mea*, ait Chriſtus. Pro ſumma conſola- 1. Petri 2. tione dicit Petrus; *Qui aliquando, non populus, nunc autem populus Dei.*

Sextò, Nota dictum Domini; *Quia vidiſti me Thoma credidiſti.* Non hoc ſignificat, fidem eſſe de eo quod videtur, ſed rei viſibilis conſpectum cauſam eſſe credendi id quod videri non poteſt. Velut miraculorum aſpectu adducti multi ſunt, ut Chri- Apud Proſ. Sent. 350. Vide infra Mon. 29. ſtum crederent aliquid eſſe ſupra hominem. *Fides autem ſemper prævenit viſionem*, inquit Auguſt. *Credimus enim ut cognoſcamus; non cognoſcimus ut credamus.*

Digitized by Google

Fides ergo eſt, quod non vides, credere: veritas, quod credidiſti, videre. Ac tametſi contingat nonnullos in iis quæ fidei ſunt cognoſcendis, proficere, vel ſtudio ac meditatione, vel radiis quibuſdam luminoſiſſimæ charitatis: tamen nulla hîc tanta lux mentibus noſtris oboritur, quæ obſcuritatem omnem diſpellat, ut non neceſſe ſit animum fidei præſidio roborari.

Quippe hîc ad lucernulam ambulamus, tanquam *caliginoſo in loco* (ut Petrus ait) conſtituti, *donec illuceſcat dies, & lucifer oriatur in cordibus noſtris.* 2. Petri 1.
Quod cùm fiet, tunc mercedem ſuam fides accipiet, quia fidei merces viſio eſt, promiſſa credentibus, verbis Propheticis, *Niſi credideritis, non intelligetis.* Iſaiæ 7.
Vtcunque igitur aliis in rebus intelligentia præcedat fidem, id eſt, aſſenſum, ut Auguſt. ait; in iis tamen rebus quæ Chriſtianæ ſunt religioni propriæ, fides intelligentiam præcedat neceſſe eſt. Cumque temeritatis hoc eſſe aliquando calumniarentur hæretici, credere antequam intelligas, reſpondit eis Auguſt. *Iuſtiſſimè nos moveri ad credendum, authoritate*; nec graviorem uſpiam authoritatem quàm in Eccleſia Catholica reperiri; non quòd nihil credi poſſit, niſi interveniente hac authoritate, cùm etiam poſſit nondum Eccleſiâ cognitâ, de uno Deo vel Chriſto credi quippiam, ob divinam authoritatem, quâ id patefiat. Vide Aug. de utilit. credendi.

Neque enim hoc eſſentiale fidei eſt, ut credatur ob authoritatem Eccleſiæ, ſed ut ſuſcipiatur quicquid creditur, quatenus eſt à Divina authoritate profectum, ſive ob divinam authoritatem. Et quicquid creditur ob authoritatem Eccleſiæ, ei creditur, tanquam divini Verbi miniſtræ, & divinam authoritatem nobis manifeſtanti. Fides au-

tem propriè eſt, cùm quid non accipitur *tanquam*
1. Theſ. 2. *verbum hominum, ſed ſicut verè eſt verbum Dei*, ut Apoſt. & ideo meremur credendo Chriſtum mortuum, quia hoc credimus propter verbum Dei, qui ſecundùm ſe meritorium eſt, aſſentiri; non Judæus, quia hoc credit propter verbum hominum, quomodo aliorum hominum res geſtæ creduntur.

Poſtremò, notanda ſententia Domini, quæ ad
Homil. 26. nos pertinet, *Beati qui non viderunt, & crediderunt, & nos lætificat, ac conſolatur*, inquit S. Gregor. *Nos enim ſignati ſumus, qui Chriſtum, quem in terris non vidimus, mente retinemus. Si tamen*, ait, *fidem noſtram operibus ſe-*
Serm. 28. in Nou. 29. *quimur: ille etenim verè credit, qui exercet operando, quod credit. Fides dicitur*, inquit D. Auguſt. *quia fiat, quod dicitur. Quæ ſyllaba ſonā, cùm dicitur, fides; prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto. Interrogo ergo te utrum credas? Dicis, credo; Fac quod dicis, & fides eſt.*

Hom. 29. Rurſum D. Gregor. *Fortaſſe*, inquit, *unuſquiſque apud ſemetipſum dicat; Ego jam credidi, ſalvus ero. Verum dicit, ſi fidem operibus tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc eſt enim*
Tit. 1. *quod de quibuſdam falſis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur ſe noſſe Deum factis autem negant. Hinc Ioannes*
1. Ioan. 2. *ait: Qui dicit ſe noſſe Deum, & mādata ejus non cuſtodit, mendax eſt. Quod cùm ita ſit, fidei noſtræ veritatem in vitæ noſtræ conſideratione debemus agnoſcere. Tunc enim veraciter fideles ſumus, ſi quod verbis promittimus, ope-*
Tract. in hunc. locū. *ribus complemus. Verba autem iſta, Beati qui non viderūt, & crediderunt, &c. intelligenda ſunt de futuro: ſed ſic loquitur ille, qui quod erat futurū, in ſua prædeſtinanione noverat eſſe jam factum*, inquit S. Aug. Et iterum: *Non ſine*
Serm. 36. in Nou. *cauſa, & quæ futura ſunt, tanquam tranſacta dicuntur: Deo enim ſic certa ſunt, ut jam pro factis habeantur.*

MONI

MONITVM XXV.

Mulier cùm parit, triſtitiam habet.

Joan. 16.

COmparat Dominus hominem operantem ſalutem ſuam mulieri parturienti: Sicut enim hæc, ita & ille fætum enititur: ille ſeipſum in vitam æternam; hæc verò prolem in hanc temporalem. De hac parturitione & partu Propheta: *Concepimus, & parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Vbi parturientem audis,* inquit S. Auguſt. *fætum exſpecta: parturit vetus homo, ſed naſcitur novus homo, id eſt, immortalis.* Hinc tranſitus ſanctorum de hac temporali vita ad æternam, natalis eorum dicitur. Illum celebramus in ſanctis: non natalem eorum in hanc vitam, quia ille eſt dies iræ & maledictionis. Concipimur enim in peccatis, in iis nutrimur in utero matris, cum iis naſcimur, propter ea æternæ damnationi addicti, niſi Dei miſericordia liberemur. Hinc Propheta Iob & Jeremias illum deteſtantur: *Pereat dies in qua natus ſum,* &c. *Heſiodus natales hominum plangens, gaudet in funere,* inquit Hieron. *Fuiſſe quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obituſque celebrarent.* Teſtis Valer. Max. Id multo rectiùs fideles; quibus mors finis eſt ad mala temporalia, & tranſitus ad vitam æternam.

Iſai. 26.
In Pſal, 39. & 47.
Epheſ. 2.
Pſal. 50.
Rom. 5.
Iob. 3.
Ierem. 20.
Ad Heliod.
Val. Max. ex Cicer. lib. 1. Tuſc q.

Sed quemadmodum mulier non parit fœtum in hanc vitam ſine labore & periculo: ſic nec juſtus ſeipſum in aliam. Rectè Divus Hieronymus: *Nihil*

In epiſt. ad Ruſtic. *Nihil Chriſtiano felicius, cui promittuntur regna cœlorum: Nihil laborioſius, qui quotidie de vita periclitatur: Nihil fortius, qui vincit diabolum: Nihil imbecillius, qui à carne ſuperatur.* Sed unde iſta pericula? unde labores? Monit. 44. Graviſſimum nobis periculum eſt à propria concupiſcentia, cum qua naſcimur, quæ non niſi mala ac turpia deſideria in nobis operatur, quibus ad peccata trahimur. Ac maxima difficultas in ea ſuperanda. Prou. 16. Hinc Sapiens eum qui ſe vincit, expugnatore urbium eſſe fortiorem affirmat. Unde idem Hieron. In epiſt. ad Furiam. *Grandis virtutis eſt, & ſollicitæ diligentiæ, ſuperare quod natus ſis, in carne non carnaliter vivere, tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtem, Argi (ut fabulæ ferunt) centum oculis obſervare.*

Cum avaritia nobis, luxuria, ira, ambitione, cæteriſque vitiis, id eſt, eorum deſideriis, quæ etiam ſanctis inſunt, aſſidua nobis & moleſta luctatio eſt, De Mortalit. atque congreſſio, inquit D. Cyprian. *Si avaritia proſtrata eſt, exurgit libido; ſi libido compreſſa eſt, exurgit* Matth. 14. *ambitio*, &c. Mirum quòd Petrus ſuper mare ambu- Daniel 6. lans non ſtatim ſiderit, quòd leones non ſtatim Dan. 3. Danielem vorarint, ignis tres pueros non ſtatim exuſſerit; ſic nirum quòd fidelis ſæcularia calcans, non iis immergatur; quòd flamma concupiſcentiæ, velut fera indomita, non illicò hominis pietatem exurat, & glutiat.

1. Petri. 5. Circuit etiam nos Diabolus cum ſuis miniſtris tanquam Leo rugiens, quærens quem devoret, indeIn epiſt. ad Heliod. feſſus ac pervigil. De quo S. Hieron. *Perſequitur me hoſtis, cui nomina mille, mille nocendi artes: qui omnia ge-* De exhort. Martyr. *nera tentandi, & artes atque inſidias dejiciendi uſu ipſo vetuſtatis edidicit,* inquit D. Cyprian. Qui etſi ſæpè victus, juſtos impugnare non ceſſat, quia nunquam victorian

Digitized by Google

victoriam deſperat,& ut ſaltem tædio vincat, quos virtute nequit. Narratur de quodãm ſancto, qui poſt pugnam quadraginta annorũ,ſuperatus eſt à ſpiritu fornicationis. Et de Virgine quadam ſexagenaria quæ turpiter cecidit cùm anteà ſemper caſtè vixiſſet. Ita ut vera omnino ſit vetus ſententia Pyttaci, quam etiam D. Baſilius habet; *Difficile eſt bonum eſſe*, vel,ut alii legunt,*permanere*. In vit. Cantiprat. l.2. cap. 30. exemp.47. Homil.24.

Quidam venit ad Abbatem Theodorum, dicens ei; Ecce quidam frater reverſus eſt ad ſeculum. Reſpondit Abbas; *De hoc non mireris; ſed ſi audieris quòd quis effugerit de ore inimici,hoc mirare.* Unde ille ſenex apud S. Bernard. cùm audiſſet unum ex fratribus peccaſſe, amariſſimè flebat,dicens; *Ille hodie, & ego cras*. Sciens difficultatem ſtandi, & cadendi facilitatem, inter tot adverſarios. *Homini lapſo*, inquit S. Proſper, *non expedit contra hoſtem(diabolum)confligere ſine protectore. Cum illo enim certamen habet, à quo aliquãdo ſuperatus eſt. Non ergo de viribus ſuis fidat, quæ etiam cùm integræ eſſent,non ſteterunt;ſed per illum quærat victoriam, qui ſolus non eſt victus, & omnibus vicit.* Omitto multitudinem miſeriarum quibus exagitantur hìc juſti ob peccata antiqua,& in quæ quotidie incidunt,ut ab iis purgentur, & parentur ad regnum. In Vitis Patrum. Serm.2.de Reſurrect. De vocat. gent.lib.1. cap.8.

Sed cur Deus tantâ difficultate ad juſtitiam adductos, tantis amittendæ juſtitiæ periculis ſubjacere permittit, cur tot peccatis & miſeriis obnoxii manent? Primò, ſi tam facilis eſſet medicina, non curaretur infirmitas. *Nunquid quicumque faciunt præcepta legis*, inquit S. Auguſt. *ſani ſunt? Nondum, ſed ut ſani fiant,faciunt. Sicut qui audiunt præcepta medici, non continuò jam ſani ſunt,ſed obſervando paulatim perveniunt ad illam ſanitatem, quam minus temperando* Aug. Serm. 105.in Nov.

amiſerant. Non deficiant ergo faciendo, quia paulatim recipitur, quod amiſſum eſt ſemel. Si enim citò rediret homo ad priſtinam beatitudinem, ludus illi eſſet peccare, & peccando in mortem cadere.

Deinde, ut eleganter docet idem Auguſt. facit hoc Deus, ne ob juſtitiam nobis placeamus, ac ſuperbiamus. *Ne,* inquit, *in omnibus facilitatem aſſecuti, noſtrum putemus eſſe quod Dei eſt; qui error eſt multùm religioni pietatiq; contrarius.* Inſcrutabile eſt autem cur non aliâ potiùs ratione curet Deus ſuperbiam noſtram, & impium hunc contra gratiam ejus errorem, quàm relinquendo nos in multis peccatis, frequentibuſque periculis. Agit quidem Deus ut omnia ſanet in homine, ſed hoc agit judicio ſuo, nec ordinem ſanandi accipit tantus medicus ab ægroto.

Lib. 2. de pecca. mer. cap. 19. li. 4. cont. Iulia. cap. 3.

De nat. & grat. ca. 17. & ſeq.

Denique *ipſa difficultas bene agendi, & diabolo reſiſtendi,* ait Auguſt. *quam experitur homo, ad hoc utilis eſt, ne ſit ſpes ſibi quiſque; aut homo alter alteri, ſed Deus ſuis omnibus.* Sic & mala omnia, quæ nos premunt ad Deum nos ire compellunt, à quo nobis omne remedium & ſubſidium. Cùm enim in nobis non ſit tanta fortitudo, ut omnibus hoſtibus reſiſtere poſſimus, omnes hujus vitæ miſerias perferre, quid habemus reſidui, niſi ut oculos noſtros ad Deum dirigamus? Sic ſeipſum reprehendit Auguſtinus, quòd ante converſionem, cùm difficile ſibi aut etiam impoſſibile putaret carnis carere amplexibus, medicinam divinæ miſericordiæ ad eam infirmitatem ſanandam non cogitarit: *Dediſſet enim Deus,* inquit, *caſtitatem, ſi gemitu interno pulſaſſem aures ejus, & fide ſolidâ jactaſſem in eum curam meam. Venite;* inquit, *ad me, qui laboratis, & oneratio eſtis, & ego reficiam vos.* Hoc fecit David: unde toties in Pſalmis;

In Enchir. cap. 60.

2. Paral. 20.

Lib. 6. conf. cap. 11.

Tu es

Digitized by Google

Tu es refugium meum à tribulatione. De tribulatione invocavi Dominum. Ad Dominum cùm tribularer clamavi Pſalm. 13. Pſalm. 117. Pſalm. 119.

Videtis ergo difficultatem partus ſpiritualis, ſive, ſalutis æternæ adipiſcendæ; & cauſas cur Deus eam etiam à juſtis non auferat. Addit Chriſtus; *Cùm autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ*, videlicet, cum dolore, ſed bene meminit cum gaudio, propter fructum. Dicit D. Bernar. de omnibus Sanctis; quòd *cum jucunda admiratione, & mirâ jucunditate, conſiderant pericula quæ evaſerunt, labores quos pertulerunt, certamina quæ vicerunt*, &c. Quomodo Dux aut miles pericula & labores belli, in quo victor fuit; tantò majus gaudium habens in triumpho, quantò majus fuit periculum in prælio. Sic & navigantibus quò major metus in tempeſtate, eò in tranquilitate major exultatio. Serm. 2. de omnibus Sanctis.

Hoc etiam indicat Pſalmus Davidicus; *Niſi quia Dominus erat in nobis*, &c. *Eſt Pſalmus eorum*, inquit D. Auguſt. *qui jam in beatitudine, & ſecuritate conſtituti, conſiderant quà tranſierint, quò venerint. Cogitant quid evaſerint, quæ ſcandala, quas tribulationes, quas perſecutiones paganorum, quos dolos hæreticorum, quas ſuggeſtiones diaboli, quas cupiditatum conflictationes: Et quia difficile, imò impoſſibile erat, inde liberari, niſi adeſſet manus liberãtis, in gaudio dicunt; Niſi quia Dominus erat in nobis, &c. & inde extolluntur in laudem & gratiarum actionem, dicentes; Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.* Pſalm. 126. Auguſt. in illum Pſal.

Sic & in alio Pſalmo dicunt jam beati; *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Et; *Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. Habet*, inquit Cicero, *præteriti* Pſalm. 65. Pſalm. 89.

Digitized by Google

Lib.2.de finib. bonor. *tiriti doloris ſecura recordatio delectationem.* Et apud eundem Euripides; *Suavis eſt laborum præteritorum memoria.* In Hercule furente. *Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt*, ait Seneca. D. Auguſtinus de Beatis loquens in lib. de Lib.22. cap. vlt. Civit. Dei: *Carebunt quidem omnibus malis, ita ut penitus deleantur de ſenſibus eorum: ea tamen potentia ſcientiæ, quæ magna in eis erit, non ſolùm ſua præterita mala, ſed etiam damnatorum eos ſempiterna pœna non latebit. Alioqui ſi ſe fuiſſe miſeros neſcituri ſunt, quomodo, ſicut ait* Pſal. 88. *Pſalmus, Miſericordias Domini in æternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cujus ſanguine liberati ſumus, nihil erit profectò illi jucundius civitati. Ibi* Pſal.45. *perficietur, Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus, &c.*

MONITVM XXVI.

Ego ſum Paſtor bonus.

Ioan. 10.

Ioan. 10. MVlta dicuntur in Scriptur. de Paſtore, quòd *cognoſcit oves ſuas, ante eas vadit, dat animam ſuã pro eis, educit eas, dat eis vitam æternam, nemo rapit eas de manu ejus, non pereunt in æternum.* Quàm felices & ſecuræ ſunt oves ſub tali Paſtore. Demus ergo operam ut ſimus oves Chriſti. *Chriſti autem oves nos facit, in primis mutua charitas: In hoc,* inquit ipſe Paſtor, Ioan. 13. 1.Ioan. 3. *cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei ſitis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Et Ioannes agens de dilectione fraterna; *In hoc,* inquit, *manifeſti ſunt filii Deo & filij* Aug.hom. 5. in Canonic. Ioan. 1. *Diaboli.* Quem locum tractans D. Aug. *Sola dilectio eſt,* ait, *quæ filios Dei ſeparat à filiis Diaboli.* Non fides nõ opus bonum, non Sacramentum, non ſcientia myſterio-

ſteriorum, non lingua angelorum; non diſtributio facultatum in pauperes, &c. quæ etiam malis poſſunt eſſe communia: ſed *dilectio propria eſt virtus piorum, atque electorum; nec diſcernuntur filij Dei à filiis Diaboli, niſi in caritate.* Ubi autem dilectio proximi non eſt, nec Dei eſt; *Qui enim non diligit fratrem, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Proſp. Sent. 7. 1. Ioan. 4.

2. *Obedientia:* Ovis mirabiliter ſuo Paſtori eſt obediens; Chriſtus de ſuis ovibus; *Oves meæ vocem meam audiunt*: ad vocem Diaboli, mundi, carnis ſurdæ ſunt; ſed audiunt vocem Chriſti, ſive fidem ſpectes, ſive mandata. Captivant intellectum in obſequium Chriſti & ſemetipſas abnegant. Vitant diligenter hæc duo verba; *Quomodo*, quod eſt *Iudaicum verbum & dignum ſummis cruciatibus*, inquit D. Cyrill. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Et, *Quare*, quod eſt verbum Serpentis ad primos parentes, quo illos omneſque poſteros ad mortem traxit; *Quare præcepit vobis Deus*, &c. *Quaſi filij obedientiæ*, inquit S. Petrus, *non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis. Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus*, ait D. Paulus, *ut ſitis ſine querela, & ſicut ſimplices filij Dei.* Voces obedientium ſunt; *Præſto ſum. Ecce ego mitte me. Paratum cor meum, Deus. Ecce ancilla Domini. Domine, quid me vis facere? Iube quod vis.* Ioan. 10. 2. Cor. 10. Matth. 16. Ioan. 6. lib. 4. in Ioan. ca. 13. Gen. 3. 1. Pet. 1. Philip. 2. Geneſi. 37. Pſal. 107. Luc. 1. Act. 9. Aug. l. 10. Conf. c. 29.

3. *Innocentia: Vera autem innocentia eſt*, inquit Proſp. *quæ nec ſibi, nec alteri nocet*, in anima, corpore, fama, honore, & aliis bonis. *Nemo autem non priùs in ſe, quàm in alium peccat.* Sed dicit voluptuoſus; Aliis proſum, cui noceo? In primis *ſibi* nocet. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam*, inquit David. Et angelus ad Tobiam; *Qui faciunt iniquitatem, & peccatum* Sent. 1. Ead ſent. Pſal. 10. Tob. 12.

catum, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Et qui ſibi nocet, quomodo tibi parcit? inquit Auguſt. *ſaltem malo exemplo: & ſi in iſtis voluptatibus proſperatur, ecce quomodo turbaris? etſi non conſcentias. Deinde etſi aliqui* mali non videantur nocere, tamen ex radice cupiditatis ſpinæ oriuntur, quibus & vicini pungantur nam neque ſpinæ pungunt radicibus, ſed ex his quod pungat ſenſim enaſcitur.

In Pſal. 139.

4. *Ovis eſt animal uſibus hominum valde commodum;* lanâ ſuâ veſtit hominem; lacte & carne paſcit; chordis ex viſceribus ejus factis, recreat; fimo ſuo agros impinguat: Sic verus Chriſtianus dat operam, non ſolùm ut nulli noceat, ſed & aliis prout poteſt, proſit. *Parum enim eſt*, inquit, S. Auguſt. *nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe.* Stoicorum eſt opinio, ait Cicero. *Quæ in terris gignuntur, ad, uſum hominum omnia creari; homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe aliis alij prodeſſe poſſent. In hoc ergo, inq. naturam ducem ſequi debemus, & communes utilitates in medium afferre.* Dixit Chriſtus diſcipulis in cœna; *Et vos debetis invicem lavare pedes.* Pedes affectus ſunt mali; ſpiritualiter pedes lavamus invicem, benigna exhortatione, mutua oratione & confeſſione. Et fideles ſe invicem charitate ſanctiſque deſideriis ad æternam felicitatem adjuvant dum pro ſe & aliis clamant, ut adveniat regnum Dei.

Sentent. 86. Lib. 1. Officior. Ioan. 13.

5. *Patientia & manſuetudo.* Eſt ovis malorum patiens, etiam cùm ad mortem ducitur, nullam vocem edit, nullam vim facit; cui & Chriſtus comparatur, *tanquam ovis ad occiſionem ductus & quaſi genus coram tondente ſe obmuteſcens, & non aperiens os ſuum.* Chriſtiano ubique commendatur in Scriptur. patientia & manſuetudo & æquabilitas in omni fortuna

Iſaiæ 53. Pſal. 33. Epheſ. 4 Matth. 11. Tob. 4. Iob. 1.

tuna,ut *Dominum benedicat in omni tempore*,& animũ gerat vacuum omni amaritudine, ira, indignatione, vindictæ cupiditate, *ſervetque ſemper ſuavitatem & unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* *Verus patiens non cõſiderat perſonas nec offenſas ſibi illatas,ſed virtutem patientiæ, & eum à quo coronanda erit*, inquit Kemp. de Imitat. lib. 3. cap. 21. 2. Cor. 6. Epheſ. 4.

6.*Oves delectantur ſalicum frondibus,etſi amaris*:maluntque ſalſis paſcuis uti quàm dulcibus; ſic oves Chriſti veritatem mordentem & carnis mortificationem libentiùs admittunt, quàm falſitatem adulantem, & mollitiem vitæ. *Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo*, dicit de ſe Apoſtolus. Et de aliis bonis Chriſtianis: *Qui Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis.Corripe ſapientẽ & amabit te*,ait Sap. Sed *non amat peſtilens eum qui ſe corripit*,inquit idem. Et David; *Corripiet me juſtus in miſericordia:oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Caſtigatio juſti, non ſevitia eſt odii,ſed medicina charitatis*,inquit Proſp.*quæ non laudat,ſed arguit delinquentem. Melior eſt ergo ſevera juſti miſericordia quàm blanda adulatio peccatoris,de qua ſubdit;oleum autem peccatoris,&c.Intima conſcientia mea non oblectet falſa laudatio,quoniam argui me malo quàm decipi. Quæ eſt tanta levitas animi, quæ tanta vanitas,relictâ propriâ conſcientiâ*,ait Hieron.*alienam opinionem ſequi, & quidem fictam ac ſimulatam?rapi vento falſæ laudationis,gaudere ad circumventionem erroris,& illuſionem pro beneficio accipere. Magis opto à quolibet reprhendi, quàm ab errante vel adulante laudari,qui errorem confirmat*,inquit Auguſt.lib. 2. Trinit. cap. 1. Et de Theodoſio Ambroſius; *Dilexi virum qui magis arguentem quàm adulantem probaret*. In oratione funebri. Deplorandum 1. Cor. 9. Galat 5. Prov. 9. & 15. Pſal. 40. De Civit. 2 cap. 29 li.

quòd

De Civit. li. 2. cap. 29. *quod plures ſunt vitiis malè blandientibus, quàm utili virtutum aſperitati amiciores*, ut inquit Auguſt.

7. *Ovis, animal eſt ſociale à ſolitudine abhorrens, turmatim libenter ambulans, & ſuo Paſtori ac gregi ſemper adhærens.* Talis eſt verus Chriſtianus ſuo capiti & corpori ſemper adhærens. *Non deſerentes collectionem noſtram*, inquit Apoſt. *Qui Eccleſiam non audit, habendus tanquam ethnicus & publicanus: Nec poteſt Deum habere patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Et qui extra nutritorias cunas* (Eccleſiæ) *ſuperba imbecillitate ſe extenderit, cadet miſerè, & implumem pullum calcabunt qui tranſeunt viam: nihil reponatur in nido, ut vivat donec volet.* Fruſtra quoque is dicit ſe Chriſtum paſtorem ſequi, qui Vicarios Paſtores non audit, quibus Chriſtus dixit; *Qui vos audit, me audit; Qui vos ſpernit, me ſpernit. Nihil nobis debet eſſe antiquius quàm Chriſti jura ſervare, nec Patrum tranſire terminos, ſemperque meminiſſe Romanam fidem Apoſtolico ore laudatam, cujus qui particeps eſt, meritò gloriatur.*

Heb. 10. Math. 18. Sup. Mo. 24. Aug. li. 12. Conf. c. 27. Cypria. de unit. Eccleſ. Matth. 10. Hiero. ad Theoph. Epiſcop.

8. *Ovis, animal eſt timidum, & maximè lupum timet, unde eo vel longiſſimè conſpecto, ſtatim ad Paſtorem fugit.* Sic Chriſtianus peccatum & peccati authorem Diabolum ſemper timere debet, & fugere, ſuggeſtiones ejus malignas ſtatim à ſe repellere, vel interficere; eſt enim latro animarum. *Dum parvus eſt hoſtis interfice*, inquit Hieron. *Quaſi à facie colubri fuge peccatum*, ait Sap. Fugimus peccata dum ab eis animo abhorremus, eorum pericula & occaſiones declinamus. Sic Paulus dicit; *Fugite fornicationem.* Accedimus ad illa, dum eorum illecebris illecti, quaſi nil mali ſit metuendum ab eis occaſionibus peccatorum nos immiſcemus, eorumque ſuggeſtionibus auſcultare incipimus; *his qui blanda ſpecie*

Ad Euſtoc. Eccleſ. 21. 1. Cor. ca. 6. Simile.

ſpecie ſerpentis, & ſibilis illiciuntur ad accedendum ea loca in quibus latet: quod qui faciunt lethali morſu à ſerpente incauti corripiuntur: juxta illud Jacob. 1. *Vnuſquiſque tentatur à Concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem.* Iac. 1.

Chriſtus de ovibus ſuis dicit: *Alienum non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.* Alienus eſt, quiſquis non prædicat Chriſtum. Dominus docet eas ut diſcedant ab iniquitate, hoc in iis ſignaculum poſuit. Si interdum ſequantur, ſed non finaliter. Unde ipſe Paſtor; *Non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.* Fugiunt autem ad Paſtorem Chriſtum, ut ab eo protegantur, ad quem dicunt; *Sub umbra alarum tuarum protege nos ſemper, &c. Sub umbra tua vivemus in gentibus. Quomodo non ſumus in umbra,* inquit Ambroſ. *qui crucis protegimur velamento? quomodo non ſumus in umbra; quos crucifixus à malignitate ſeculi, & corporis ardore defendit?* Ioan. 10. Pſal. 16. Threnor. 4. Lib. 7. in Luc.

9 *Deinde ut Ariſtoteles refert, ovis magis ad ſonitum pedum ſuorum quàm ad aliud quicquam expaveſcit, cùm ſimul currunt.* Sic ſalubris timor in Chriſtianis eſt, propriarum affectionum, & operum. *Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus,* ait Sapiens Et Job; *Verebar,* inquit, *omnia opera mea.* Et ipſe Paulus etſi nihil ſibi conſcius, non audet ſe juſtum pronuntiare. David quoque orat; *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine.* Et Auguſt. in Confeſſ. *Multùm timeo occulta mea: quæ norunt oculi tui, mei autem non. Si quid boni,* ait V. Beda orans Deum, *te largiente, fecero; quo fine hoc faciam, quâve diſtrictione à te penſetur, ignoro.* De animalib. Prov. 28. Iob. 9. 1. Cor. 4. Pſal. 18. Lib. 10. cap. 37.

10. *Denique cùm paſtor eas educit in paſcua propria, in via non patitur eas ſaturari, ſed obiter tantùm & carptim herbam carpere.* Sic paſtor noſter in hac noſtra peregrinatione, ſeu via ad paſcua cæleſtia, non niſi obiter & carptim nos paſcere permittit, & ſolis neceſſariis contentos, ut terrena iſta, quæ neceſſaria noſtra, non bona noſtra ſunt, non niſi tranſeunter guſtemus; ſed in cæleſti patria; ad quam nos ducit, uberrima nobis paſcua paravit. De quibus Dominus per Prophetam; *In paſcuis uberrimis paſcam oves meas, in montibus Iſrael:* In regione ubertatis indeficientis, ubi vita ſapientia eſt, ubi paſcitur Iſrael in æternum veritatis pabulo, inquit Auguſtinus, *in amœnitate ſempiternè virentis paradiſi cæleſtis.*

Ezech. 24.

Lib. 9. conf. c. 10. & 3.

Ioan. 10.

Per me, ait Chriſtus *ſi quis introierit, ſalvabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inveniet, &c.* Nemo poteſt intrare in ſocietatem Sanctorum vel ſanctificari, niſi per Chriſtum, id eſt, ejus merito & exemplo. Qui ergo in illum credit illum orat, illum imitatur: ille reverà ingreditur ſocietatem Sanctorum; & egreditur, non ex Eccleſia, ſed ex hac miſeria per mortem, & paſcua inveniet, ubi herba ſemper vireſcit. Hæc eſt vita æterna, ubi nemo eſurit, ſed omnes plenè ſatiantur,

MONI

MONITVM XXVII.

Arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio.

Joan. 16.

DEclarat Chriſtus in Evang. de quibus arguendus ſit mundus, id eſt, homines qui in mundo ſunt, & maximè illi, qui relicto Deo, mundum diligunt & ſequuntur, & variis erroribus & peccatis ſunt obnoxij. Primò de peccato infidelitatis: Triplex fides neceſſaria, Dei, Mediatoris, Eccleſiæ. Arguendus qui Deum non credit; quia ſeipſum manifeſtiſſimè prædicat in omnibus creaturis. *Quis mundum contuens, Deum non eſſe ſentiat?* inquit S. Hilar. Ita & Cicero; *Quid clarius, quàm cùm cælum conſpicimus, cæleſtia contemplamur, eſſe aliquod numen, quo hæc regantur? Cælum & terra, & omnia quæ in eis ſunt, clamant non ſolùm Deum eſſe, ſed & à nobis diligenter colendum & amandum,* ait D. Auguſt.

In Pſal. 52. Lib. 2. de Nat. Deo. Lib. 10. Conf. ca. 6.

Arguendus etiam qui non credit in Mediatorem Chriſtum, cùm ex operibus mirabilibus quæ fecit, certiſſimò conſtet ipſum eſſe qui à Deo per Prophetas promiſſus eſt, qui *Spiritu ſancto inſpirante* ejuſmodi opera ab eo facienda prædixerũt. Hinc Chriſtus Judæis, dicentibus ei: *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam,* reſpondit: *Opera quæ ego facio, hæc teſtimoniũ perhibent de me, &c. Si mihi,* id eſt, verbis meis, *non vultis credere,*

operibus credite. Et cùm à diſcipulis Joannis interrogaretur an ipſe eſſet, qui venturus erat, videlicet,
Matth. 11. Salvator mundi; id ſolùm ex operibus eis demon-
Iſaiæ 35. ſtrare voluit, *Euntes dicite Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis,* &c. quia erant opera de Chriſto in Scripturis prædicta.

Gen. 22. Denique arguendus eſt qui non credit, Eccle-
Pſal. 71. ſiam in qua ſumus, eſſe Chriſti Eccleſiam; quòd
Lucæ 24. ipſa ſola Catholica ſit, id eſt, in omnia loca & tem-
Marc. 16. pora ſe extendens: quod de vera Chriſti Eccleſia Prophetæ prædixerunt; in quo ab omnibus hæreticorum conventiculis diſtinguitur, qui in angulo tantùm aliquo ſua dogmata propagare poſſunt, nec originem ſuam ad Eccleſiam primitivam referre poſſunt; cùm eorum doctrina longè pòſt exorta ſit, & cum primùm deprehenſa eſt, reprobata.

Sub hoc autem infidelitatis peccato, quod maximum eſt, & reliquorum origo, intelligenda alia omnia peccata, de quibus etiam arguendi ſunt homines; Quod videlicet ea faciant; quæ Deo diſplicent, optimo patri; diabolo placent, hoſti noſtro infenſiſſimo, & ipſis graviter nocent. Unde enim omnia mala hujus vitæ & futuræ, niſi ex peccato? Idque propter rem nihili. Avarus ob vile & exiguum lucrum; luxurioſus ob fœdam & momentaneam delectationem; ſuperbus ob laudis & gloriæ fumum, &c. Quomodo *prophanus Eſau; ob modicam eſcam vendidit primitiva ſua;* propter quæ ampliſſimis gaudebat privilegiis, quibus ſeipſum ſpoliavit. Sic peccator propter rem vilem, ſummum bonum ſibi eripit, extremum malum accerſit.

Arguendi etiam ſunt homines, de Juſtitia, Chriſti videlicet, & Sanctorum, quòd eam non ſtudeant imitari.

imitari. Tot quotidie vident, audiunt, legunt exempla bona de Chriſto ejuſque ſervis, nec tamen ad ea ſequenda accenduntur. Cùm tamen omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, & *exemplum nobis reliquerit, ut ſequamur veſtigia ejus.* Sic & *Sanctorum vita*, inquit Ambroſ. qui ejuſdem nobiſcum naturæ fuerunt, *cæteris norma vivendi eſt*. Unde Auguſt. *Tot judicibus inops aſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono; tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt benè vivendi exempla.* 1. Pet. 3. De S. Ioſep. cap. 1. In Meditat. cap. 4.

Deinde arguendi ſunt de Juſtitia videlicet, neglecta. Quòd tantum bonum negligant, quod Deo tantopere placet, diabolo vehementer diſplicet, & ipſi homini tam eſt utile ac ſalutare: *habet enim promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Duo præcipit Scriptura quæ Juſtitiæ Chriſtianæ ſummam continent: *Declina à malo: & fac bonum.* Non enim ſufficit declinare à malo, niſi fiat quod bonum eſt; ergo ſicut arguendi ſunt homines de malo quod committunt, ſic etiam de bono quod negligunt, maximè quando id à Deo præceptum eſt. Hinc homines non ſolùm mittuntur in ignem æternum, quòd mala fecerint, ſed etiam quòd bona omiſerint, ut patet ex Evangelio de Judicio extremo, ubi dicitur iis qui à ſiniſtris; *Ite in ignem æternum*, &c. ſed quare? *Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi bibere: nudus fui, & non operuiſtis me*, &c. 1. Tim. 4. Pſal. 33. Matth. 25.

Denique arguendi ſunt de juſtitia etiam ea quam faciunt, de ejus videlicet, impuritate, inſufficientia, imperfectione; quòd opera juſtitiæ non faciant eo animo, eâ circumſpectione, caritate, intentione, &c. quâ fieri debent: ſæpè cum tædio, triſtitia, ex neceſſitate, cum diſtractione, &c. oſten-

Digitized by Google

ditur in Scripturis etiam punitione dignus, qui facit quidem opus Dei, ſed negligenter. Præcipit Dominus per Moyſen; *Juſtè quod juſtum eſt perſequeris, ut vivas. Non in facto virtus eſt, ſed in eo quemadmodum fiat*, inquit Seneca: & D. Hieron. *Non virtus* ait, *ſed cauſa virtutis apud Deum mercedem habet.* Auguſtinus quoque, *Nemo*, inquit, *invitus bene facit, etiamſi bonum eſt, quod facit.*

Ierem. 48. Deut. 16. In cap. 5. Matth. Lib. 1. conf. cap. 12.

Poſtremò arguendi ſunt homines de Judicio. Agitur autem hic de Judicio diaboli: 1. quo is judicatus eſt, expulſus & excluſus à cordibus fidelium; atque infirmata ejus eſt virtus, virtute crucis; ideoque arguendi ſunt homines, quòd diabolo ita debilitato adhuc ſponte, & libenter ſerviant. Chriſtus illum in tentatione ſuperans, & maximè in cruce pro nobis moriens, vires ejus enervavit; hinc ipſe; *Confidite, ego vici mundum* vicit ſibi, vicit nobis. Non vincit autem diabolus niſi volentem: *eſt enim velut canis innexus catenis*, qui non niſi ad ſe propinquantes mordere poteſt. Quàm ergo ſtultus eſt, qui ſe à tali cane mordere ſinit, tam ſtultus eſt qui à diabolo. Qui non efficit voluntatis conſenſum, ſed petit vehementerque ad id incitat, tanta planè humanæ mentis ſervata libertate, *ut nulla alia re fiat ſerva peccati niſi propria voluntate*, inquit Auguſt.

Ioan. 14. Apocal. 12. Matth. 4. Luc. 4. Ioan. 16. Aug. Serm. 197. de tēp. Cont. Adimant. ca. 5.

2. Intelligi poteſt, de judicio diaboli, initio mundi. *Hoc enim judicium, quod inter juſtos homines, injuſtoſque futurum dicimus; inter ſanctos & immundos angelos credimus factū*, ait Proſp. Angeli enim qui in pia obedientia perſtiterunt, meruerunt pertingere ad perpetuam beatitudinē; in qua ſemper vident faciem Patris,

Lib. 1. c. 3. de vit. cont. Enchir. 28. De cor. & gra. c. 11. de bono

Patris, & à qua ſe nunquam eſſe caſuros ſunt ſecuri. Qui verò per ſuperbiam ſe contra Deum extulerunt, nolentes ei ſubijci, tales ſunt effecti, ut quia noluerunt perſeverare cùm poſſent, jam nec velint reparari, nec poſſint, & cum ſuo Principe ſatana æterni ignis ſuppliciis, ſine ulla ſpe liberationis, ſunt addicti. Sed quare de iſto judicio arguendi homines? quòd illud non magis ob oculos habeant in quo præceſſit forma judicij in fine mundi ſuper homines. perſev.c. 7. De civit. lib.11.c.11. Matth. 18. Ibid. Proſp.

Cogitatio autem futuri judicii magnam habet vim ad cavenda, & deſerenda peccata, & ad ſanctè honeſteque vivendum. Hinc voluit Chriſtus illud populo diligenter inculcari, ut aliàs oſtenſum. Sancti etiam illud ſemper ante oculos habuerunt. *Quid faciam*, inquit Job, *cùm ſurrexerit ad judicandum Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi?* Et Abacuc: *Audivi & conturbatus eſt venter meus: à voce contremuerunt labia mea.* Dicit S. Hieron. *Quoties diem illum conſidero, toto corpore contremiſco. Sive enim comedo, ſive bibo, ſive aliud aliquid facio, ſemper videtur mihi tuba illa terribilis ſonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad judicium.* Part.1. Monit 79. Iob. 31. Habac. 3. Hieronymi dictum Capite 3. Verſ. 16.

Hoc ſolum eſt quod expoſcitur à nobis, inquit D. Chryſoſt *ut ſemper recordemur & ad animũ revocemus mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, ut pro his ſupplicemus Deo, ut gehennam ponamus in conſpectibus noſtris & angelos, qui in die judicij ubiq; diſcurrunt, & cõgregant de omni orbe terrarum, eos, qui trudendi ſunt in gehennam, ac ſuppliciis tradendi.* Ita Chryſoſt. *Si mente cernerent homines peccatores*, inquit S. Amb. *quale judicium imminet mundo, ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſæculari, ſi non infidelitate gravaretur.* Lib. de compunction. cordis. Ad virg. Lapſam. c. 8.

Digitized by Google

Lib. 6. Conf. c.16. *gravaretur. Non revocabat*, ait S. Auguſt. *à profundiore voluptatum gurgite, niſi metus mortis & futuri judicij, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen receſſit de pectore meo.*

MONITVM. XXVIII.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, &c.

Joan. 16.

Iſaiæ 28. SCriptura Sacra & veteris & novi Teſtamenti frequenter ad orationem hortatur. *Confitemini Domino*, ait, Iſaias, *& invocate nomen ejus.* Vtque id libentiùs faciat homo, dicit Ioel; *Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Ipſe Chriſtus in Evangelio; *Oportet ſemper orare, & nō deficere.* Et ejus Apoſtolus: *Sine intermiſſione orate. Quod ſaniſſimè ſi accipitur*, inquit Auguſt. *ut nullo die intermittantur certa tempora orandi.* Quæres, quâ potiſſimum oratione utendum? Quâ; niſi ea quæ ab ipſo Chriſto Domino *nobis tradita eſt*, cujus tanta eſt excellentia, ut omnibus aliis orationibus meritò præferatur. Paucis enim verbis; ordinatiſſimè digeſtis, omnia quæ ſanctè à Deo peti poſſunt; & eo ordine quo petenda ſunt, continet. *Nam quamlibet alia verba dicamus*, inquit S. Aug. *quæ affectus orantis vel præcedendo format, ut clareat; vel conſequendo attendit, ut creſcat; nihil aliud dicimus. quam, quod in iſta oratione Dominica poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus. Vnde liberum eſt aliis atque aliis verbis,*

Ioel. 2.

Luc. 18.

1. Theſ. 5.

In lib. de Hæreſ. 57.

Epiſt. 121. cap. 12.

Digitized by Google

verbis, eadem tamen orando dicere; ſed non debet eſſe liberum alia dicere.

Quæ eſt ergo hujus orationis utilitas? In primis vtilis eſt brevitate; propter quam etiam ab omni ætate & ſexu facilè memoriæ commendatur. *Et qui eam ignorat aut non frequentat ſæviſſimè, Catholicus eſſe non poterit.* Deinde, utilis eſt plenitudine, quia nihil prætermittit. Tribus enim prioribus petitionibus, præcipua hominis bona quæ æterna ſunt, petuntur; reliquis verò alia ad hæc neceſſaria, in iſta mortali vita poſtulantur. *Quaſi diceremus*, inquit D. Auguſt. *Da æterna, da temporalia: promiſiſti regnum, noli negare ſubſidiũ.* Denique utilis eſt authoritate Chriſti inſtituentis; *Amica enim & familiaris oratio eſt*, ait S. Cyprian. *Deum de ſuo rogare, ad aures ejus aſcendere Chriſti orationẽ. Agnoſcat Pater Filii ſui verba, cùm precem facimus. Qui habitat intus in pectore, ipſe ſit & voce: & cùm ipſum habeamus advocatum, apud Patrem pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis noſtris petimus; advocati noſtri verba promamus. Nam cùm dicat; Quia, quodcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis: quanto efficaciùs impetramus quod petimus in Chriſti nomine ſi petamus ipſius oratione?*

Sexta Synodus ca. 7.

Ser. 1. de orat. Dom.

In tract. de orat. Dominica.

1. Ioan. 2.

Ioan. 16.

Præfatio autem hujus orationis eſt, *Pater noſter qui es in cœlis.* Cujus primum verbum, *Pater*, paulò latiùs explicare volumus, propterea quòd dicat Chriſtus in Evang. *Si quid petieritis Patrem, &c.* Non eſt autem petitio, iſta præfatiuncula, ſed gratiarum actio, inquit D. Cyprian. quòd nos de filiis diaboli fecerit filios Dei, de filiis iræ filios gratiæ. Omnis enim oratio à gratiarum actione & laude Dei inchoari debet. Unde D. Ambroſ. *In oratione*, inquit, *non debes quaſi famelicus ad cibum de cibo incipere, ſed an-*

Ibidem.

Lib 6. de Sacram. c. 5.

Conſtit. Monaſt. c.2. *tè à laudibus Dei.* Sic & D. Baſil. *Duplex*, inquit, *eſt orãdi modus, alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſſione cernitur: alter in petitione quæ priori ſubjicitur. Cùm oras igitur, noli ſtatim ad petitionẽ accedere, ſed exorditor ab ejus glorificatione, qui omnia condidit.* Unde Iſaias, ut ſuprà, *Confitemini*, inquit, *Domino*, deinde addit, *& invocate nomen ejus.* Et Paulus in epiſtolis ferè gratiarum actioni ſubjungit orationem: *Grati ſimus Deo*, ait D. Auguſt. *ex eo quod habemus, ut addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus.*

De verb. Apoſt. Serm. 16.

Cùm autem multa dicta ſunt in laudem Dei, nihil tamen ita convenienter oraturis explicat laudes Dei, atque hoc nomen, *Pater*; hoc enim ineffabilem Dei miſericordiam, ſummamque ejus gratiam erga genus humanum ſignificat. Multa autem hoc nomine, *Pater*, excitantur in cordibus fidelium. Primò Charitas; quid enim charius eſſe debet filiis, quàm pater? Secundò, Supplex affectus, cùm homines dicunt Deo. *Pater noſter.* Tertiò, Quædam impetrandi præſumptio, quæ petituri ſumus: cùm priuſquam aliquid peteremus, tam magnum donum accepimus, ut ſinamur dicere, *Pater noſter*, Deo? Quid enim jam non det filiis petentibus, cùm hoc ipſum antè dederit, ut filii eſſent? Quartò Magna cura, ut qui dicit. *Pater noſter.* Deo; tanto patre non ſit indignus. *Si*, inquit, *pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* Et Petrus; *Si patrem invocatis eum*, &c. *in timore incolatus veſtri tempore cõverſamini.* &c. Quintò. Neceſſitas imitandi; unde Chriſtus Iudæis; *Si filii Abrahæ eſtis, opera ejus facite.* Et ad diſcipulos; *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.*

Aug. li. 2. c. 8. de Serm. Dom. in monte.

Malach. 1. 1. Pet. 1.

Ioan. 8. Matth. 5.

Sed cur Deus dicitur pater hominum? Non per naturam,

naturam;ſic enim unicum filium habet ; ſed Primo, Gen. 1.
quia *creavit nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam,* De verb.
ut in æterna gloria naturali filio ſimiles ſimus.Secun- Apoſt.Ser.
dò,quia nos paſcit,veſtit,& innumeris fovet bene- 13.
ficiis. Denique quia nobiſcum haud ſecus agit, quàm ſolet agere miſericors pater cum filio ſuo ; *Quomodo miſeretur pater filiorum,miſertus eſt Dominus timentibus ſe,*inquit David. Psal. 102. Imò etſi pater & mater obliviſcantur filiorum ſuorum, ut non miſereantur eorum ; Dominus tamen non obliviſcitur noſtri, longè benigniùs & dulciùs nos complectens, quam poteſt ulla mater filio ſuo affici. *Nunquid poteſt*, ait, *mulier obliviſci infantem ſuum,ut non miſereatur filio uteri ſui ? & ſi illa oblita fuerit,ego tamen non obliviſcar tui*, ait Dominus. Iſaiæ 49. Apoc. 1. Galat. 4. Ubi hunc paternum affectum maximè oſtendit? Dum ſibi rebelles, peccatoque depravatos fovere non deſtitit, ſed per unicum filium ſuum rurſus inſtauravit, peccata noſtra illius ſanguine abluens, & ejuſdem filii ſui ſpiritu nos donans. Epheſ. 1. Coloſ. 1. Ex quo etiam ſpem æterni cum eodem filio conſortii in gloria reſurrectionis & felicitate perpetua jam habemus.

Unde naturalis Dei filius Chriſtus, omnes eos, qui per Spiritum ſanctum *Dei voluntatem faciunt,* etiam ante reſurrectionem ſuam fratres ſuos nominavit, tanquam ſimiles ſibi per naturam humanam, & mandatorum obſervationem. *Quicumq; fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt,ille meus frater & ſoror eſt*, inquit Chriſtus in Evang. Matth. 12. Sed peculiariter poſt reſurrectionem,quando pro peccatis hominum indigniſſima eſt paſſus,& eis in ſumma miſeria mortis ſimilis factus,& à morte reſuſcitatus,ſpem dedit hominibus, non ſolùm conſequendæ liberationis

nis à peccatis, & perſeverantis mandatorum cuſtodiæ; verùm etiam reſurrectionis à morte, ſeu vitæ in corpore & anima perpetuæ. Unde Pſalmiſta, Pſalmo, quo paſſionem, in qua Chriſtus nobis ſimilis factus eſt,& reſurrectionem, in qua nos ei ſimiles efficimur,deſcribit; inducit Chriſtum fuſâ ad Patrem pro ſua reſurrectione prece, promittentem;
Pſal.21. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Quod repetens
Heb. 2. Apoſtolus dicit eum non *confundi fratres nos vocare; dicendo; Narrabo nomen tuum fratribus meis.*

1.Ioan. 3. Matth. 28. In die quoque reſurrectionis ſuæ, hanc tantam gratiam, quâ Dei Patris filii,& fratres. Filii Dei appellamur & ſumus, ipſe primus nuntiavit, dicens mulieribus;*Ite,nuntiate fratribus meis.* Et apud alium
Ioan.20. Evangeliſtam, uni earum, nempe Magdalenæ, jam pedes ejus complectenti;*Vade*, inquit, *ad fratres meos & dic eis; Aſcendo ad patrem meum,& patrem veſtrum; Deum meum,& Deum veſtrum.* Agnoſcat ergo homo dignitatem ſuam, & tanto à Divina Majeſtate dignatus honore,ut ſit filius Dei, frater Chriſti,caveat diligenter eo quicquam indignum committere; caveat,inquam, degeneri converſatione in veterem vilitatem redire, certamque inde ſpem de ſalute ſua
Rom. 8. æterna conſequenda concipiat. *Si enim filii, & hæredes: hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti.*

Exempl. 1. In Vita. cap.32. *Lubet aſcribere duo exempla, quibus docemur, qua attentione in oratione utendum.* Illud inprimis, inſigne narratur de *S Ludgero primo Epiſcopo Monaſterienſi*, quòd cum à Carolo Magno Imper. vocatus ſemel atque iterum ire recuſaſſet, quòd in Dei laudibus recitandis occupatus eſſet: & ipſe apud Imperatorem ſe purgavit, *quòd majori Domino obſequium tunc præſtaret*, & à pio & religioſo Imperatore mirificè inde

Digitized by Google

inde laudatus fuit. *Simile refertur de Thoma Moro Martyre Angliæ quondam Concellario*, quòd tertiò vocatus ab Henrico VIII. rege Angliæ, ſacrum audiens, venire noluit: urgentibus, reſpondit; *Se meliori Domino obſequium præſtare, & perficere prius oportere.* In Vita. c. 6. Exempl. 2.

MONITVM XXIX.

Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me.

Ioan. 16.

PRæmonet & præmonuit Apoſtolos (& in iis Eccleſiam ſuam) Chriſtus Dominus, contra multiplices perſecutiones imminentes, ut ad eas ſeſe pararent ac adverſus eas fortiores efficerentur. *Iacula enim prævisa minus feriunt.* Magis etiam in fide & ſpe futurorum confirmarentur. Cùm enim viderent evenire mala, quæ prædicta erant, quomodo non etiam ſperarent ventura aliquando bona, quæ promiſſa erant? Gregor. hom. 35. in Evang.

A variis autem generibus hoſtium perſecutiones paſſura erat Eccleſia. Primùm à Iudæis; à quibus lapidatus Stephanus, Iacobus decollatus, flagellati Apoſtoli, diſperſi diſcipuli, &c. *Inter quos & Saulus acceptâ à Principe Sacerdotum poteſtate, acerrimè Chriſtianos perſecutus eſt uſq; ad mortem, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres, & cùm occiderentur deferens ſententiam.* De Iudæis & ipſe Saulus, factus jam Paulus, ex lupo agnus, ex perſecutore prædicator, Act. 7. 8. 9. Act. 22. 26.

1.Theſſ. tot,ait; *Qui & Dominum occiderunt Ieſum, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adverſantur.* Plenæ ſunt hiſtoriæ de Iudæorum perſecutione & crudelitate in Chriſtianos quando iis erant ſuperiores. Quæ tantò erat gravior, quantò magis ſe zelo Dei, ejuſque legis (tametſi non ſecundùm ſcientiam) iſta omnia facere præ ſe ferebant. Unde Chriſtus in Evangelio: *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.*

Rom.10. Ioan.16.

Deinde graviſſima à gentilibus paſſa eſt Eccleſia, etiam prætextu pietatis in Deos: unde & Chriſtianos, impios vocabant; *Tollantur impii*, ob contemptum falſorum Deorum. Qui & mala omnia quæ accidebant, ut ſunt ſterilitas, peſtis, inundatio, &c. Chriſtianis tribuebant, quòd Deos non colerent: unde ſoliti clamare; *Chriſtiani ad leones.* Quis dicat quòd centena millia Chriſtianorum ſub Tyrannis, variis locis ac temporibus ſunt occiſa? Scribit Suidas ideò Trajanum Imperat. mandaſſe ſuis Præfectis, ne Chriſtianos ampliùs ſuppliciis afficerent, quòd Tyberianus Præfectus Palæſtinorum, ad eum ſcripſiſſet ſe non eſſe parem Chriſtianis occidendis; qui ultrò ſupplicia appeterent. Tam gravia autem & horrenda fuerunt, ut animus etiam à cogitatione abhorreat. Et primò notandum; quòd *hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia cõquirebat, animas jugulare quærens, non corpora.* Deinde, quòd tortores ſibi mutuo ſuccedentes in torquendo fatigabantur, non Chriſtiani in patiendo. Denique quòd invenientibus nova pro Chriſtianis ſupplicia; præmia interdum proponebantur, ac dabantur.

Euſeb. li. 4. cap. 14. Tertullian. in Apolog. cap. 40. Suidas in hiſtor. Hiero. in vita Pauli herem. Euſeb. li. 5. cap. 3.

Paſſi

Paſſa eſt etiam graviſſimas perſecutiones ab hæreticis, qui nullo unquam tempore defuerunt, etiam zelum Dei prætendentes. Hæretici enim *per legis verba, legem impugnant*, inquit D. Ambroſ. *Fidem ſine fide prætendunt*, ait S. Hilar. *& ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſtunt Chriſtianæ*, ut rectè D. Auguſt. Contra quos duplici clypeo opus eſt; Vigilantiâ, quia quando non ſatis viribus valent, dolis & fallaciis utuntur. Sunt enim inſtar vulpium, verſipelles, aſtuti & fraudulenti, ad decipiendas animas, ad veritatem corrumpendam, &c. Niſi diligenter vigiles, facilè decipiêris. Quando autem ut Lupi dentes acquirunt, & ſecum incipiunt habere Reges & Principes terræ, etiam patientiâ opus eſt, quia tyrannidem exercent, majorem ſæpè quàm ipſi Pagani, ut videre eſt in hiſtoriis Arianorum, Donatiſtarum, Iconomachorum, Huſſitarum, Calviniſtarum, &c.

In commẽt. ad Titum.
Contra Cõſtant.
Lib. 16. ciuit. cap. 51.
Cyprian. de unit. Eccleſ.

Denique per Philoſophos qui fidem Eccleſiæ rationibus evertere ſunt conati & contra eam ex naturis rerum ſive ſpiritualium, ſive corporalium argumentari ſolent. De quibus Apoſtolus: *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam.* Alexander Epiſcopus Conſtantinop. Philoſopho volenti curioſè de rebus fidei diſputare in Concil. Niceno; *In nomine Ieſu Chriſti*, inquit, *præcipio tibi ne loquare. & ſtatim obmutuit*, ut refert Soſom. lib. 1. cap. 17. Et Spiridion alteri Philoſopho; *Noli*, inquit, *in his quæ fide duntaxat intelliguntur, curioſè refutandis laborem fruſtrà conſumere: quærere, qui iſta fieri aut non fieri poſſunt*, ut ſcribit Ruff. lib. 1. cap. 3. & Soſom. ibid. Familiare eſt infidelibus ea quæ nec ſenſu, nec ratiocinatione aliqua aut experientia comperta habent nolle credere; imò

Coloſſ. 2.

imò ex naturis rerum contra fidem argumentare. Nos cùm exilem de rerum natura notitiam habeamus, (*opinamur enim potius quàm ſcimus, quæ nos inveniſſe*
Ench. 9. *arbitramur*, ait S. Auguſt.) de Dei verò omnipotentia ad quæ ſe extendat, ferè nullam, cum eodem non
Auguſt. Civit. li. 21. cap. 8. recuſemus dicere; *Omnia portenta contra naturam dicimus eſſe, ſed non ſunt. Quomodo enim eſt contra naturam, quod Dei ſit voluntate, cùm voluntas tanti utique conditoris condita rei cujuſque natura ſit? Portentum ergo ſit, non contra naturam, ſed contra quam eſt nota natura.* Rurſus
Sent. 283. cum Proſpero; *Naturarum conditor Deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quod novum eſt conſuetudine, repugnans eſt rationi. Nobis ergo videntur contra naturam inſolita, quibus aliter naturæ curſus innotuit, non autem Deo, cùm hoc eſt natura, quod fecerit.*

Lib. 21. de Civit. ca. 8. *Non ergo*, inquit Auguſt. *de notitia naturarum caliginem ſibi faciant infideles, quaſi non poſſit in aliqua re divinitus fieri aliud quàm in ejus natura per humanam ſuã experientiam cognoverunt: quamvis & ipſa quæ in rerum natura omnibus nota ſunt non minus mira ſunt, eſſentq́; ſtupenda conſiderantibus cunctis ſi ſolerent homines mira-*
Cont. Iulia. li. 5. cap. 9. *ri niſi rara.* Et alibi; *Abſit ut dubitetur Deum verum & bonum eſſe corporum omnium formatorem, & tamen ex opificis tanti manibus tam multa non ſolum vitioſa, ſed etiam monſtruoſa procedunt, ut naturæ à nonnullis appellentur errores. Qui cùm operantem vim divinam, & quid cur faciat indagare non poſſint, fateri eos pudet neſcire quod neſciunt.*

Ad Cteſiphont. Epiſt. 56. ad Dioſc. Idem & ab hæreticis) *quorum Patriarchæ ſunt Philoſophi*, ut ait Hieron.) factitatum ſcribit D. Auguſt. *Illi*, inquit, *cùm in unitate atque communione Catholica non ſint, Chriſtiano tamen nomine gloriantur, coguntur adver-*

adverſari credentibus, & audent imperitos quaſi ratione traducere, quando maximè cum iſta medicina venerit Dominus, ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur, quia jacere ſe abjectiſſimè ſentiunt, ſi eorum authoritas cum authoritate Catholica conferatur. Conantur ergo authoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine & pollicitatione ſuperare. Omnium enim hæreticorum quaſi regularis eſt illa temeritas: Sed ille fidei Imperator clementiſſ. & per conventus celeberrimos populorum atque gentium, ſedeſque ipſas Apoſtolorum arce authoritatis munivit Eccleſiam, & per pauciores piè doctos & verè ſpiritales viros copioſiſſimis apparatibus etiam invictiſſimæ rationis armavit. Verùm illa rectiſſima diſciplina eſt in arcem fidei quàm maximè recipi infirmos, ut pro eis jam tutiſſimè poſitis, fortiſſimâ ratione pugnetur, &c. Sic Auguſtinus.

Ad diſcendum, inquit D. Proſp. *neceſſariò dupliciter ducimur, authoritate atque ratione. Tempore authoritas, re autem ratio prior eſt. Alind eſt enim quod in agendo anteponitur, aliud quod plus in appetendo æſtimatur. Quia ergo principium ſapientiæ timor Domini, & per humilitatem ad ſublimia gradus eſt, incedat humana ignorantia per fidem, ut mereatur fides videre, quod credit.* Rurſus S. Auguſt. in Confeſſion. *Cùm eſſemus infirmi ad inveniendam liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis opus eſſet autoritate ſanctarum literarum, jam credere cœperam nullo modo te fuiſſe tributurum tam excellentem illi Scripturæ per omnes jam terras autoritatem, niſi & per ipſam credi, & per ipſam te quæri voluiſſes: eoque mihi illa venerabilior & ſacroſancta fide dignior apparebat autoritas, quo & omnibus ad legendum eſſet in promptu, & ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſervaret,* &c.

Sent. 387. Vide Aug. lib. 6. conf. cap. 4. & 5.

Pſal. 110.

Lib. 6. ca. 5. num. 3.

M Fides

Hebr. 11. Fides ab Apoſtolo dicta eſt, *argumentum*, ſive convictio, *rerum non apparentium*, hoc eſt, animi aſſenſus, quo homo aſſentitur certo tanquam omnino convictus infallibili Dei authoritate, iis rebus quas nec ſenſu nec ratiocinatione aliqua, nec experientia compertas habet. *Diſputare autem aut quærere non obeſt, quando firmiſſima præcedit fides*, inquit S. Auguſt. *Pietas quærit credendo, vanitas litigando*, ait idem. *Ex epiſtola autem ejuſdem ad Dioſcorum* videre eſt, quàm languida, ſit anima ſine fide Chriſti veritatem inquirens. Fides oculus eſt; qui non habet oculos nihil invenit, ſed ſolummodo quærit; *Quando anima*, inquit Chryſoſtomus, *cogitationum vincitur febre, quando ambiguitatis jactatur fluctu, tunc quærit: cùm verò illa ſana eſt, non quærit, ſed fideliter credit.*

De nat. & grat. c. 2. Ser. 14. in Nou. Epiſt. 56. In 5. cap. 1. ad Timoth.

Ioan. 16. Cauſa perſecutionis adfertur à Domino, *Quia non noverunt Patrem neque me.* Videntur iſta facere zelo Dei, & tamen reverà Deum non norunt. Ignorantia & cæcitas animi maximorum malorum cauſa eſt. Infideles priuſquam fide à Deo illuminentur, habent perfidiam pro fide, errorem pro veritate, vitium pro virtute. *Amant*, inquit D. Proſper, *languores ſuos, & pro ſanitate habent, eò quòd ægrotare ſe neſciant, donec prima hac medela conferatur ægrotis, ut incipiant noſſe quod langueant.* Periculoſus morbus & inſanabilis, qui ſanitas putatur. Dicebat Chriſtus Judæis; *Quia dicitis, Videmus, peccatum veſtrum manet*, id eſt, inſanabile eſt. Prætereà dicit hoc Chriſtus, *Quia non noverunt Patrem neque me*, ne hoſtibus, quos etiam diligere monemur, indignemur, ſed potiùs compatiamur. Ex eadem cauſa dixit in cruce

Reſp. ad 6. ca. Gallor. Ioan. 16. Matth. 5. Luc. 23.

Digitized by Google

cruce de ſe crucifigentibus : *Quia neſciunt quid faciunt*, ut oſtenderet illos commiſeratione dignos. Si enim miſer reputatur qui amiſit, vel non habet oculos corporis, quantò eſt miſerior qui amiſit, vel non habet oculos cordis

In perſecutione ſeu tribulatione duplex tentatio timenda : Vna eſt impatientiæ & querelæ ſeu murmurationis contra Deum, qui permittit. De Martyribus dicitur. In perſecutione ſeu tribulation. duplex tentatio.

Cæduntur gladiis more bidentium,
Non murmur reſonat, non querimonia :
Sed corde tacito mens bene conſcia,
Conſervat patientiam.

In hymno Eccleſiæ.

Sed quotuſquiſque talis eſt ? *Altera eſt, iræ,* vindictæ, odij in proximum, qui infert perſecutionem. Hoc timebat David, in ſua exercitatione ; *Timor,* inquit, *mortis*, id eſt, odij fraterni, *cecidit ſuper me.* Pſal. 54. & ibi D. Aug. *Qui enim odit fratrem ſuum, homicida eſt*, ut ait S. Joannes. 1. Ioan. 3. Sed non eſt, quod quis in eos vindicet, quia ſatis magnam vindictam ſuſtinent ; Cæcitas enim animi, quàm patiuntur impij, & ex qua iſta mala faciunt, incomparabiliter gravius eſt ſupplicium, quàm ipſa tormenta, quæ aliis inferunt : ſed quia inſenſibile eſt, & ſpiritale, non ita æſtimatur. Vide. Aug. lib. 5. Confeſſ. cap. 8

Dicit S. Auguſt. *eſſe damnationis inchoationem, quòd hîc homines dolores & tormenta patiantur, & maximè damnum intelligentiæ veritatis, de quo dicitur : Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Ea eſt cæcitas mẽtis.* Quibus dicitur ab Iſaia : *Væ qui dicitis bonum malum, &* In Pſal. 6. Rom. 1. Iſai 5.

malum, bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, &c. *In judicium ergo futurum ſervatur ad manifeſtationem, atque ad accerrimum ſenſum miſeriæ, quicquid nunc occultiſſimè vindicatur*, inquit S. Auguſt. Qui & alibi oſtendit, *quòd etiam hîc nulli bono ſit malè, nulli malo ſit bene. Bono enim malè eſt, quia patitur mala; & malo bene eſt, qui eſt ipſum malum. Quomodo enim non patitur malum, cùm patitur ſeipſum*, &c.

Lib. 3. de lib. arb. ca. 15.

Vide Mon. ult. p. 1.

Occultæ autem pœnæ hujus vitæ ſunt, conſcientia intus rodens, quæ pœna graviſſima eſt peccatum ſequens: de qua Poëta:

Iuven. ſat. 13.

Culpam pœna premit comes.
Et prima eſt hæc ultio quòd ſe
Iudice nemo nocens abſolvitur.

Impij pœnas luunt non tam judiciis (quæ hodie nulla ſunt) ſed angore conſciẽtiæ fraudiſque cruciatu. inquit Cicero.
Pœna peccati præſens, cõſciæ mentis pavor, inq. Seneca,
Animuſque culpâ plenus, & ſemet timens:
Scelus aliquis tutum, nullus ſecurum tulit.

Lib. 1. de Legib. Seneca in Hippol.

Et Propheta: *Impii quaſi mare fervẽs, quod quieſcere non poteſt.* Deinde ſi ea extinguatur, ut ſæpè fit, ipſa cæcitas mentis, ſive ſenſus reprobus, de quo jam dictum; quod eſt extremum malorum, de quo Sapiens: *Peccator cùm in profundum venerit, contemnit.* Orat David: *Non abſorbeat me profundum, neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.* Quod fit, *quando peccator non ſolum merſus in peccatis jacet, ſed etiam perdit aditum confeſſionis non radiatur aliquo lumine*, inquit Auguſt. Denique peccata conſequentia, ſæpè pœnæ ſunt præcedentium, ut oſtendit Apoſtolus ad Roman. & fusè ex variis Scripturis Auguſt. contra Julianum. *Punit ergo etiam iſtis modis Deus, nec ideò injuſtè quia occultè. Cæterùm iniquus puniri ſe ignorat, niſi cùm manifeſto ſupplicio*

Iſaiæ 57. Hiero. in cap. 1. Ezech. Prou. 18. Pſalm. 68. In Pſal. 68. Con. 1. & 2. Rom. 1. Cont. Iul. li. 5. cap. 3.

cio ſenſerit nolens, quantum mali perpetravit volens, inquit Proſper. Rectè ergo idem Auguſtinus: *Ne vel pūcto quidem temporis univerſalis pulchritudo turpatur ut ſit in ea dedecus culpæ: ſine decore vindictæ.* Sicut enim qui non vigilat, dormit, *ſic quiſquis non facit quod debet, ſine intervallo patitur quod debet: quoniam tanta eſt beatitudo juſtitiæ, ut nemo ab ea niſi ad miſeriam poſſit abſcedere.* Quando ergo peccat homo, & ſi contra legem Dei faciat, quia naturæ ordinem ſervare non vult, non ideo tamen juſti Dei leges omnia benè ordinantis effugit. *Quia enim nemo ſuperat leges omnipotentis creatoris non ſinitur anima non reddere debitum. Aut enim reddit bene utendo quod accepit, aut reddit amittendo quo bene uti noluit. Itaque ſi non reddit faciendo juſtitiam, reddet patiendo miſeriam: quia in utroque verbum illud debiti, ſonat. Hoc enim etiam modo dici poteſt, quod dictum eſt; Si non reddit faciendo quod debet, reddet patiendo quod debet.* Vide etiam Auguſtinum de ſpiritu & litera, cap. 32. Enchir. cap. 100. 104. Epiſt. 120. cap. 2. Serm. 35. in Novis.

Sent. 47. De lib. arb. ut ſup. Simile.

Vide Aug. De Civit. l. 11. c. 23. De lib. arb. 16. De catech. rud. ca. 18.

MONITVM XXX.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.

Ioan. 3.

DUo ſunt in his verbis admiratione digna: & Deum mundum diligere, & ſic dilexiſſe. Per mundum autem homo, hoc loco ſignificatur, & per dilectionem, non ea, quâ cuncta quæ creavit.

Vide Toletum in Ioānem.

Digitized by Google

Deus diligit, ſed ea, quâ homines, ſingulari quodam modo eos ad bonum ſupernaturale ordinans & extollens, & ad ſe pertrahens, proſecutus eſt. Quòd hac dilectione mundum dilexerit, & ſic dilexerit, omni admiratione res digna eſt. Deum quidem amare & diligere, non eſt mirabile, ſed ſi non diligeret, mirabile eſſet. Vt enim rectè S. Auguſt. dicit; *Sicut neceſſarium eſt Deum intelligere, ſic etiam neceſſarium eſt amare*; ſicut etiam neceſſarium eſt ipſum eſſe, & vivere; eſt enim Deus natura intellectualis, cujus proprium eſt intelligere & amare: cùmque ſit actus purus, non aliquando amat, & intelligit, aliquando verò non, ſed ſemper amat, ſemper intelligit. Nulla enim imperfectio in Deo eſt, eſſet autem ſi poſſet amare, & aliquando non haberet in ſe actum amandi: ſemper ergo & neceſſariò amat. Præterea amandi objectum bonum eſt; cùm igitur Deus bonum ſit infinitum, amor, profectò tanto reſpondens bono, erit infinitus. Non hoc miramur quòd Deus amet, & quòd ſe amet; ſe quòd homines, & quidem tali amore, amet.

Li. 11. de Trinit. cap. 10.

Cauſa autem prima admirationis eſt, ſi quis Deus ſit, conſideremus, quod in Exodo expoſitum aliquo modo invenimus. *Oſtendam tibi*, inquit, *omne bonum*: quod Auguſt. explicans, dicit; *Bonum hoc & bonum illud: tolle hoc, tolle illud, reſpice bonum ipſum, ſi potes, hoc eſt Deus.* Significat per hoc omnem rationem bonitatis in Deo eſſe, imò ipſum bonum eſſe Deum. Hoc igitur eſt mirabile, Deum, qui in ſe habet omnem bonitatem, omnem perfectionem, omnem rationem amabilitatis, eſtque in ſe bonum & amabile infinitum, amorem extendere extra ſe, ad homines, quaſi non haberet in ſe objectum, quod totum

Exod. 33. Lib. 8. Trinit. cap. 3.

Digitized by Google

totum ſuum infinitum amorem adæquaret. Fuit autem amor hic antiquus. Amavit enim nos ab æterno: tam vetus eſt amor erga homines, quàm proprius amor erga ſe. *Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi.* Effectus quidem amoris hujus in tempore fuit, tamen amor erga nos ſine tempore. Quod S.Aug,pulchrè docet: *Conſilium*, ſcilicet, *Dei æternum fuiſſe de his, quæ futura erant, opus novum.* Et D. Cyrill. *Creator*,inquit, *ab æterno; tamen opere apparuit in tempore*, Mirus profectò amor hominum, unà cum Deo æternus.

Ephef. 1.

De civit. li. 12. cap. 17.

Lib. 1 Theſau. cap. 5.

Secunda cauſa majoris adhuc eſt admirationis, ſi conſideremus Deum ſine ulla neceſſitate mundum dilexiſſe.Si enim aliter facere non poſſet,non ita miraremur, ad neceſſitatem quandam & naturam referentes:tamen amavit mundum liberè & ſponte,cũ poſſet non amare nec diligere. Se ipſum quidem neceſſariò amat & diligit, nec poteſt non amare,neque hoc eſt impotentia, ſicut nec impotentia eſt, non poſſe mori, ſed magna potentia.Et ex hoc amore neceſſariò Spiritus ſanctus æqualis Patri & Filio procedit. At mundi amor neceſſarius ei non fuit;poterat non amare, poterat mundum non facere;& hominem factum potuit ſupernaturali bono non diligere. Tanto ergo mirandum eſt magis, quod dilexerit.

Tertia adhuc major cauſa eſt, ſi conſideremus abſque utilitate ſua ulla dilexiſſe. Si enim ex hominum aut mundi dilectione, vel utilitatem reportaret exiguam, etiamſi neceſſarius amor non eſſet, non ita mirabilis foret, quia cogitare poſſemus, eum propter utilitatem dilexiſſe propriam. Solet enim homo hominem ob propriam diligere utilitatem. At non ſic Deus fecit, amavit & dile-

xit hominem ob nullum ſuum proprium commodum; Deus enim nullâ re extra ſe indiget; omnem intra ſe ſufficientiam, & perfectionem habet; creataque omnia perfectiùs ſunt in Deo, quàm in ſe ipſis, ut docet Dionyſ. de Divinis nominibus. Sicut argentum perfectius eſt in auro, quàm in ſe, & nummus inferior, in ſuperiori, quod etiam docent Auguſt. & Anſelm. Nullam ergo in ſe à creatura, nec ab homine utilitatem capit Deus.

Cap. 5.

Ser. 4. de verb. Dom. In proſolo. cap. 17.

D. Irenæus, *Deum dicit feciſſe Abraham ſibi amicum, non ob propriam, ſed propter ipſius Abrahæ utilitatem.* Cyrillus quoque, *Superflua*, inquit, *Deo eſt, productio creaturarum, quantum ad Dei perfectionem pertinet. Hoc enim erat Deus, antequam creati eſſemus, quod nunc etiam eſt; nihil ei attulimus à nihilo ad eſſe producti: & ſi ad nihilum redigeremur nihil ei detraheremus.* Et D. Auguſt. *dicit Deum habuiſſe ab æterno voluntatem faciendi creaturas, at in tempore feciſſe, ut oſtenderet ſe eis non indiguiſſe, ſed ſine eis ab æterno omnino beatum & perfectum extitiſſe.* Attende hæc tria prædicta, quòd Deus extra ſe ab æterno amaverit, quòd ſponte & ſine utilitate communia eſſe amori, quo Deus diligit cuncta, ſed amorem erga homines hunc de quo agimus, mirabiliorem hæc eadem faciunt. Non enim ſatis Deo fuit amore naturali, ſed etiam tanto quantus eſt ſupernaturalis, homines diligere, cùm is amor neque neceſſarius neque utilis ei eſſet.

Lib. 4. cap. 28.

Lib. 1. Theſau. cap. 6.

Lib. 11. ca. 7. de Civit.

Quarta cauſa admirationem auget. Dilexit enim hominem nullâ præcedente in homine ratione, aut merito, ob quod amaretur. Advertenda eſt inter Divinum & noſtrum amorem differentia. Noſtrum præcedit ratio in eo qui amatur, propter quam diligitur. Amor enim noſter invenit

quod

Digitized by Google

quod amet, non autem facit. At Divinus non ſic; non enim invenit in amato rationem amandi, ſed ipſe amabilem facit hominem, & amat. Ut enim in naturali amore, quo cuncta amavit, ut eſſent, nullum naturale bonum in creatura præceſſit, quod amaret, ſed Deus amando fecit; ſic in amore ſupernaturali, quo diligit homines, nullum præceſſit ſupernaturale bonum, ſed Deus amando fecit. Unde D. Auguſt. in expoſitione epiſt. ad Rom. annotat illud verbum, *Dilectis à Deo. Non*, inquit, *dicit diligentibus Deũ, ſed, dilectis à Deo; quia enim dilecti ſũt, propterea diligentes fiunt.* Mirabilis profectò eſt in hoc amor Dei erga homines.

Epheſ. 1. Aug. de prædeſt. ſanct. c. 17. 18. 19.

Rom. 1.

Quinta cauſa mirè auget præcedentem. Non enim Deus non invenit ſolum in homine quod amaret bonum aut meritum propter quod diligeret; ſed invenit malum & demeritum, propter quod odio & pœnâ proſequeretur. Quam rationem ad Roman. annotat Paulus dicens; *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cùm inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Ac ſi dicat; Mira eſt in hoc Dei caritas erga homines, quòd cùm odio & pœnâ digni eſſent, eos dilexerit.

Rom. 5.

Sexta autem multò major eſt. Si enim odio tantùm digni eſſent homines, tamen dilecti à Deo grati futuri eſſent, aliqua ex parte admirationis cauſa ceſſaret: at non ſic eſt; ſed cùm præcognoviſſet plurimos ingratos futuros tanto amori, imò majorem eorum partem ingratam, etiam poſtquam amoris ſui effectum experti eſſent, peccatum peccato accumulantes, adhuc tamen dilexit mundum & filium pro ipſiſmet futuris ingratis dedit. Quod Chryſoſtomus annotans dicit; *Commendat Deus caritame*

Homil. 29. *tatem ſuam, quòd pro ingratis filium dederit.*

Septima ratio admirationem excedit, quando conſideramus Dei amorem cum ſumma ſapientia & æquitate eſſe conjunctum. Si enim in Deo appetitus, paſſiones inordinatæ, aut ignorantia aliqua eſſet, dici poſſet amaſſe ex ignorantia; quia hominum imperfectionem non novit: aut ex paſſióne, quæ quod amabile non eſt, ſæpè amore dignum apparere facit; atque hàc ratione non eſſet cur vehementer admiraremur. At non ſic evenit. Summa ſapientia, & ſcientia, ſine ulla ignorantia; ſumma æquitas ſine deordinatione paſſionum eſt. Cum tanta ergo ſapientia & æquitate mundum dilexiſſe, prædictis omnibus exiſtentibus, mirabilem ſupra omnem modum facit amorem.

At objiciet aliquis; Talis amor temerarius videtur; inconſideratè enim eſt amare, quod nulla ratio amandum perſuadet. Reſpondeo non ita eſſe; quamvis enim in iis, quæ amantur, nulla cauſa inveniatur, tamen in ipſo amante ſumma ratio eſt diligendi. Ut enim advertit S. Chryſoſt. *Infinita Dei bonitas radix eſt & ratio amandi homines, omni dilectione indignos.* Eſt enim tanta divina bonitas, ut ipſa ſola ſufficiat ad rationem & cauſam amandi, non exſpectata nec requiſita cauſa, ex parte eorum qui amantur. Solemus inter homines aliquos invenire, qui etiam ignotis & indignis benè faciunt, de quibus affirmamus eſſe eos tam bonos ac clementes, ut etiam ignotis & indignis ipſâ bonitate inducti bene faciant: multò hoc verius de Deo noſtro prædicamus, qui tam bonus eſt, ut inutilibus, indignis, immeritis benè faciat, eoſque diligat. Non hoc igitur ab ratione alienum aut ſtultum, ſed

Homil. 7. in prima n ad Timoth.

Digitized by Google

ſed ſapientiſſimum potiùs, ac rationi congruentiſſimum judicandum. Unde rectè Paulus hanc Dei dilectionem vocavit benignitatem; *Apparuit*, inquit, *benignitas & humanitas Salvatoris.* D. Baſilius autem definit eam eſſe, *quâ bene facimus iis qui opus habent; etiamſi nulla res ratio ſuppetat obtinendi.* His ergo de cauſis mirabile eſt Deum dilexiſſe mundum. Alterum mirabile vide apud Toletum.

Tit. 3.
In reg. breu. reſp. 214.

MONITVM XXXI.

Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

Matth. 28.

HÆc Domini promiſſio primò ad Apoſtolos, eorumque ſucceſſores pertinet. Unde D. Proſp. *Ad omnes prorſus homines*, inquit, *miſſum eſt Euangelium crucis Christi. Et ne prædicantium miniſteria humano tantum viderentur opere peragenda; Ecce ego*, inquit, *vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi: id eſt; cùm ſicut oves introieritis in medium luporum, nolite de veſtra infirmitate trepidare, ſed de mea poteſtate confidite, qui vos uſque ad conſummationē ſæculi, in omni hoc opere non derelinquam: Non ad hoc ut nihil patiamini, ſed quod multo majus eſt, præſtiturus ut, nullâ ſævientium crudelitate ſuperemini. In mea enim poteſtate prædicabitis, & per me fiet ut inter contradicentes, inter furentes, Abrahæ filii de lapidibus ſuſcitentur. Ego inſinuabo, quod docui; ego faciam, quod promiſi.*

Lib. 2. d. voc. gent cap. 2.
Matth. 10.
Matth. 3.

Secundò

Luc. 22. Tract. 50. & ult. in Ioan. Epiſt. 105. De agone Chriſt. c. 30. lib. 1. Retr. cap. 21.

Secundò refertur ad ipſam Eccleſiam, quæ inter tot tamque graves perſecutiones Tyrannorum, Philoſophorum, Iudæorum, hæreticorum, ſtetit immobilis; Domino eam contra portas inferi protegente. Dictum eſt Petro; *Non deficiet fides tua* Quod rectè etiam de Eccleſia intelligitur, cujus in multis perſonam geſtabat Petrus, ut docet D. Auguſt. variis locis. Sicut quando datæ ſunt illi claves. *Quod enim illi uni datum eſt, Eccleſiæ datum eſt*, ait S. Auguſt. *nam & alii habuerunt, Paulus, Ioannes, Iacobus*, &c. Et ipſo moriente non defecerunt in Eccleſia. Sic & D. Fulgent. *Chriſtus Petro, id eſt, Eccleſiæ ſuæ, in terra ligandi ſolvendiq; tribuit poteſtatem* Et D. Cyprian. dicit Petrum loqui Eccleſiæ nomine, cùm ait, *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Sic & Hieron. teſtatur Petrum omnium Apoſtolorum nomine eſſe profeſſum; *Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Quædam*, inquit S. Auguſt. *dicuntur, quæ propriè ad Apoſtolum Petrum pertinere videntur; non tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cùm referuntur ad Eccleſiam, cujus ille in figura agnoſcitur geſtaſſe perſonam.*

Serm. 54. in nou. Lib. 2. de peccat. merit. cap. 20. Epiſt. 89. Ioan. 6. Matth. 16. In cap. 16. Matth. In Pſal. 108.

Tertiò, ad omnes electos pertinet; nullus ex eis perit quos Dominus elegit, tametſi hoc fortaſſe videatur. Conſilia & promiſſa Dei de ſalvandis manent incommutabilia, & illa eſt Sanctorum conſolatio, ut eſt apud D. Auguſt. *Ego vobiſcum ſum*, non quidem corporaliter liberans, ſed ſpiritualiter juvans. Quomodo ſe liberatum dicit Paulus de ore Leonis, id eſt, crudelis Neronis, adhuc tamen in carcere catenâ ligatus. *Liberavit*, inquit, *me Dominus ab omni opere malo; & ſalvum faciet in regnum ſuum cœleſte.* Hæc eſt liberatio filiorum Novi Teſtamenti. Corpus ligatur, vulneratur, occiditur; ſed

Ioan. 17. 2. Timot. 2. De civit. li. 18. c. 51. 2. Tim. 4.

ſed non læditur ipſa anima, quia non deficit à fide, patientia, caritate, etiam erga perſecutores, ſaltem finaliter. Hinc D. Cyprian.

In perſecutionibus nemo cogitet, quòd periculum Diabolus importet, ſed conſideret quod auxilium Deus præſtet: nec mentem labefactet humana infeſtatio, ſed corroboret per fidem divina protectio. Major eſt enim Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum. Unde & Ioan. *Major eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mundo.* Et David; *Dominus mihi adjutor, non timebo quod faciat mihi homo. Dominus protector vitæ meæ; à quo trepidabo? Vnde apud Paulum,* inquit Auguſt. *eſt iſta vox ad regnũ electorum; Si Deus pro nobis, quis contra nos?*&c. *Quàm fortis autem perſeverantiæ uſq; in finem munus acceperint, ſequantur & dicant; Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?*&c. *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes,*&c. *nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Chriſti, quæ eſt in Chriſto,*&c.

De exhort. martyr. cap. 10.

1. Ioan. 4.
Pſal. 117.
Pſal. 26.
Rom. 8.
De cor. & grat. cap. 7.

Ex hac Domini promiſſione clariſſimè cognoſcitur Eccleſiæ perpetuitas, quæ propterea etiam Catholica ſeu univerſalis appellatur; non ideo ſolùm quòd toto orbe diffuſa, & nulla gente, nullo loco concluſa ſit, omnem gentem, omnem locum occupans; ſed etiam quòd in omnia tempora ſe extendat. Nunquam enim defuerunt ab initio mundi, qui Salvatorem expectarent, ab eo habentes eundem Spiritum fidei & charitatis nobiſcum; ita ut meritò nos eorũ imitatione filij, unũ cũ eis conſtituamus populũ, quomodò ſucceſſione, eadem aliqua civitas perdurat per multa ſæcula. At in die Pentecoſtes in Ieruſalem cœpit evidentiùs hæc Eccleſia Chriſti apparere.

Beda in cap. 6. Cant.

Tunc

1. Per. 1. Matth. 16. Aug. ep. 80. ad Eſych. De nat. & grat. cap. 2. Proſp. de voc. gent. l. 2. cap. 17.

Tunc magnificæ illæ Prophetarum promiſſiones cœperunt in ea compleri, ut ait Petrus. Et ideo tunc ſpecialiter cœpit vocari Eccleſia Chriſti. *Ædificabo,* inquit *Eccleſiam meam.* Tunc ex Ieruſalem cœpit longè lateque diffundi, donec totum orbem occuparet, diffundenda adhuc in illas gentes ad quas nondum pervenit, ſi quæ fortè ſuperſunt.

Isai. 54.

Math. 28.

Hæc durat ad noſtra uſque tempora, duratura uſque ad ſæculi conſummationem: quemadmodum ei dum quondam ſterilis appareret in terris, promiſit Dominus; *Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt; cui juravi ne inducerem aquas diluvii ultrà ſuper terram, ſic juravi, ut non iraſcar tibi, & non increpem te. Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent, miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movebitur, dixit miſerator tuus Dominus. Ego* (ait ſponſus) *vobiſcū ſum omnibus diebus uſque ad conſummationē ſæculi.*

De Paſtorib. cap. 8.

Per hoc autem quod Eccleſia, Catholica dicitur, diſcernitur ab omnibus hæreticorum conventiculis, qui impudenter ſibi nomen Catholicorum aſſumunt; quia in angulo tantum aliquo ſua dogmata propagare poſſunt, ridiculè ſibi de nomine Catholicō blandientes. Etſi etiam per quatuor angulos terræ impugnent caſtra Sanctorum, non tamen una aliqua hæreſis, ſive unus aliquis populus concordiâ & unitate ſententiæ ita diffunditur, ſed variæ & inter ſe mirum in modum diſcordes ſunt hæreticorum ſectæ. Unde D. Auguſt. *Hoc intereſt inter fidem Catholicam & hæreſes, quod fides Catholica in univerſo mundo eadem eſt. Hæreſes autem in univerſo mundo non eadem ſed diverſiſſimæ ſunt, ac per hoc nulla earum Catholica dici poteſt.*

Prætereà ſi una aliqua ſecta per totum orbem diffundere

funderetur, ad Eccleſiam tamen in Jeruſalem in die Pentecoſtes clariùs oſtenſam, totoque orbe dilatatam, ſuam originem referre non poſſet, dum velint nolint fateri cogantur non ſemper à die Pentecoſtes ſuam doctrinam tanquam Chriſtianam traditam & receptam, ſed multis etiam ſæculis poſt illum diem exortam, & cum primum deprehenſa eſt, reprobatam. Hæreticis Tertullianus ita loquitur; *Qui eſtis vos, unde & quando veniſtis? ubi tam diu latuiſtis?* Et D. Hieronymus: *Vſq; ad hunc diē ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit: illam ſenes tenebimus fidem, in qua pueri nati ſumus.* Et S. Aug. Manichæis; *Vos & tam pauci & tam turbulenti, & tam novi, nihil dignum authoritate præfertis.* De præſcript hæretic. Ad Pāmac. De utilit. credendi.

Eis, inquit S. Iræneus, *qui in Eccleſia ſunt Presbyteris obaudire oportet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum Epiſcopali ſucceſſione chariſma veritatis certum, ſecundùm placitum Patris, acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocumque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos & ſibi placentes, aut rurſus ut hypocritas quæſtus gratiâ & vanæ gloriæ hoc operantes: qui omnes decidunt à veritate.* Lib. 4. c. 42.

Sic D Hieron. *Brevem apertamque animi mei ſententiam tibi proferam: In illa permanendum eſſe Eccleſia, quæ ab Apoſtolis fundata uſque ad diem hunc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quodam alio nuncupari, utputa Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſive Campates* (Lutheranos, Calviniſtas, Mennoniſtas) *ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicāt, quos Apoſtolus futuros prænunciavit.* Cont. Luciferia. 1. Timoth. 4. 2. Timot. 3.

Tenet me, ait S. Aug. *in Eccleſia conſenſio populorum* Cont. epiſt.

atque

Fundam. cap. 4. Vide epiſt. 166. & Pſal. cont. partem Donati. Ioan ult.

atque gentium, tenet authoritas miraculis inchota, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionẽ ſuã Dominus commendavit uſque ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum: tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod inter tam multas hæreſes non ſine cauſa iſta Eccleſia ſola ſic ſemper obtinuit, ut cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærẽte tamẽ peregrino alicui ubi ad catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel Baſilicam ſuam vel domũ audeat oſtendere. Non enim poſſet intelligi niſi hoc nomine Eccleſiam diſcernat, quo ab univerſo orbe nuncupatur.

Iſai. 14. Ierem. 16.

Meritò tenebat Auguſtinum Catholicæ nomen, quia hoc etiam ab Iſaia prædictum fuerat, cum dixit Deum vocandum Deum omnis terræ. Quæ prædictio impletur, cũ Deus verus, Deus catholicæ Eccleſiæ appellatur.

MONITVM XXXII.

Ne projicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Pſalm. 50.

PRopheta David poſt duo graviſſima peccata, adulterium, & homicidium, aliaque his conjuncta, gratiâ Spiritus ſancti pœnitentiam agens, & vitam ſanctam inſtituens, perſeverantiam petit, ut videlicet, in eo quod bene cœperat, uſque in finem perſeveraret. *Ne projicias me*, inquit, *à facie tua.* Is enim à facie Domini proijcitur, cui perſeverãtia non datur

datur. Quæ donum Dei eſſe clariſſimè oſtenditur; Primò, Cùm ab eo poſcitur; oratio enim gratiæ Dei eſt teſtificatio. *Et quid ſtultius, quàm orare ut facias, quod in poteſtate habes*, ait D. Auguſt. Secundò. Cùm ab eo promittitur, *Timorem*, inquit, *meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me.* Quod enim Deus promittit, non homo facit, ſed Deus in homine; alioqui non eſſet promittere, ſed prædicere, ut frequenter docet Auguſt. De nat. & grat. c. 18. Ierem. 32. De ſpir. & lit. cap. 24.

Auxilium autem perſeverantiæ non eſt tantùm externum; ut cùm parcit homini ne veniat major tentatio, quàm ut poſſit ſuſtinere, & cùm rapit hominem de hac vita, ne malitia mutet intellectum ejus; non enim omnibus præſtat hæc dona, quibus dat perſeverantiam; ſed dicitur dare perſeverantiam, quia in electis operatur, ut perſeveranter velint bonum, eique adhæreant, qui bonum velle deſinerent, niſi Deus hoc ipſum velle operaretur. Dat autem quibus voluerit: unde monet Apoſt. ut *cum timore & tremore noſtram ſalutem operemur. Deus eſt enim qui operatur in nobis velle, & perficere.* Sed cur vel quid timendum, cùm Deus ſit omnipotens & vinci nequeat? *Ne deſerti*, inquit D. Leo, *adjutorio gratiæ, remaneamus in infirmitate naturæ. Quo enim adjuvante vincimus; eo non adjuvante vincimur.* 1. Cor. 10. Sap. 4. De S. Vir. cap. 47. De bono perſev c. 6. 7. Ibidem. De bono perſev. c. 8. Philip. 2. Ser. 8. de Epiphan. Cæleſt. l. in Epiſt. ca. 6.

Verùm quidem eſt quòd voluntate ſuâ quiſque deſerit Deum, ut deſeratur à Deo. Quis hoc negaverit? inquit, idem Auguſt. *Sed ideò petimus ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat: Et ſi exaudimur, utique non fit, quia Deus non permittit, ut fiat. Nihil enim fit, niſi quod aut ipſe facit, aut fieri ipſe permittit.* Non dat autem quibuſdam Sanctis hoc donum perſeverantiæ, *ne fortè quis extollatur, ſed omnes, etiam qui benè cur-* De nat. & grat. ca. 26. De bono perſ. cap. 6. De corr. & grat. ca. 13.

runt timeant, dum occultum eſt, quò perveniant, & ſtudeat ſuppliciter emereri, ſeu impetrare à Deo, ut qui cœpit in eis opus bonum, perficiat uſque in finem; uti hîc Propheta David, orans, *Ne projicias me à facie tua*, &c.id eſt, ne me deſeras; *quid enim mihi eſſem ſine te niſi dux in præceps?* inquit S. Auguſt.

Philip. 1.

Confeſſ. lib. 4. cap. 1.

Et meritò petit perſeverantiam, quia *ſola inter omnes virtutes coronatur; unde illi maximè inſidiatur diabolus*, inquit D.Bern. *quam ſolam novit coronari. Non enim qui benè cœperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*, ait Chriſtus Dominus. *Non quæruntur in Chriſtiano initia*, ait S.Hieron. *ſed finis; Paulus malè cœpit, ſed benè finivit. Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. Lege Ezechielem: Iuſtitia juſti non liberabit eum, in quacunque die peccaverit? & impietas impij non nocebit ei, quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua. Tolle perſeverantiam*, inquit S.Bernard. *nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeverarit uſque in finem hic ſalvus erit.* D. Cyprian. *Confeſſio*, inquit, *gloriæ exordium eſt, non meritum jam coronæ; nec perficit laudem, ſed initiat dignitatem; cumque ſcriptum ſit; Qui perſeveraverit uſque in finem. &c. quidquid ante finem fuerit, gradus eſt quo ad faſtigium ſalutis aſcenditur, non terminus quo jam culminis ſumma teneatur*. Sic Cyprian.

Epiſt. 32.

Matth. 24.

In epiſt. ad Furiam.

Ezech. 18.

Epiſt. 129.

Matth. 24.

De Vnit. Eccleſ.

Matth. 24.

Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Diverſis nominibus appellatur in hoc Pſalmo, & in aliis Script. Spiritus ſanctus. Ab operationibus ſuis vocatur *ſpiritus fidei, ſpiritus caritatis, ſpiritus Sapientiæ*, & ſimilium donorum, quia hæc in hominibus operatur. Item *Spiritus Paracletus*, id eſt, conſolator ſeu advocatus. Conſolator, quia mentes, quas inhabitat, etſi

D. Aug. ad Sixtum.

Ioan. 14.

etſi foris anguſtiæ videantur, intus ſuavi conſolatione mirabiliter reficit. Advocatus autem ideo dicitur; *quia nos interpellare & clamare ad Deum facit.* Unde etiã Propheta *Spiritum precũ*, eũ vocat. Rurſum ab ipſa Divinitate ſua dicitur, *ſpiritus rectus, principalis, bonus.* Ité ab origine ſua, *Spiritus Patris & Filij*; ineffabiliter enim ex patre & Filio tanquã uno principio procedit. Zachar. 12. Pſal. 50. Ioan. 14. 1. Ioan. 5.

Chriſtus in Evang. vocat eum *Spiritum Sanctum*, ſicut & David in hoc Pſalmo, & Symbolum Apoſtolicum. Quo nomine optimè explicatur ejus Divinitas. Dum enim ſpiritus dicitur, ſignificatur planè incorporeus, ſimplex, & incompoſitus; nullo loco circumſcriptus, nullo tempore comprehenſus. Tale enim eſt quod perfectè ſpiritale eſt. Dum dicitur ſanctus, ſignificatur ipſe purus, & alienus ab omni malo, immenſeque bonus. Plena enim ſanctitas ſolius Dei eſt, juxta quod Seraphim Trinitatem à ſanctitate collaudant. Et in Miſſa dicitur: *Quoniam tu ſolus ſanctus.* Subindicatur etiam hoc nomine, ejus erga creaturam rationalem præcipua operatio, nempe, ſanctificatio. Dum enim eum ſanctum audimus, unde ſanctificemur, id eſt, Deo conſecremur, ſtatim intelligimus. Baſil. de Spiritu Sancto. ca. 9. & 19. Iſaiæ 6.

Meritò ergo rogat David, & quiſque Chriſtianus cum eo, ne Spiritus ſanctus qui hæc omnia dona, tam utilia ac neceſſaria in homine operatur, auferatur ab eo. *Si enim recedat ſpiritus Dei*, inquit Auguſtinus, *pondere ſuo ſpiritus hominis revolvitur in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiſcentias ſæculares; & erunt illius hominis pejora noviſſima, quam erant prima.* Et alibi: *Cũ data fuerit gratia*, videlicet Spiritus S. *incipiunt eſſe etiã merita noſtra bona, per illã tamen; Nam ſi ſe illa ſubtraxerit, cadit homo, nõ erectus, ſed præcipitatus libero* Serm. 6. de Verb. Apoſtol. De grat. & lib. arb. c. 6.

bero arbitrio. Quapropter, quando cœperit homo habere merita bona, non ſibi debet illa tribuere, ſed Deo, cui dici-
Pſal. 26. *tur in Pſalmo: Adjutor meus eſto, ne derelinquas me. Dicendo, ne derelinquas me, oſtendit, quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ipſe per ſe.* Sic Auguſt.

Exodi 17. Sicut enim cùm levaret Moyſes manus, pugnante Joſue contra Amalech, ſuperabat Iſraël; ſin autem paululum remiſiſſet manus, ſuperabat Amalech: ita ſi ſpiritus crucifixi Chriſti agat mentem, ſuperat homo tentationem; ſi autem paululum homo ſibi dimittatur, vincit tentatio, & redit corru-
2. Reg. 11. ptus homo ad ingenium. Expertus eſt David vir fortiſſimi ſpiritus, & maximè ſpiritalis, paululum de-
Auguſt. de grat. & lib. arb. cap. 6. De correp. & grat. c. 9. ſerente eum Spiritu Dei, quid poſſet, lapſus in fœdum adulterium, ſimul & homicidium; & novem integris menſibus abſque ulla tam fœdi peccati ſeria pœnitentia remanſit, donec novâ Dei gratiâ excitaretur à morte peccati. Uti & aliàs ſuperbiâ
2. Reg. 24. elatus numerari juſſit populum, & novem menſes, & viginti dies efluxerunt; antequam cor ejus eum percuteret. Dixerat enim in tali abundantia, quam præſtiterat Deus, non de illo qui eam præſtiterat; *Non movebor in æternum.*

Pſal. 29. Meritò ergo à ſanctis Patribus antiquitus defi-
Aug. epiſt. 106. 107. 91. Proſp. cont. Collat. cap. 10. Hieron. ad Cteſiph. Cæleſt. in epiſt. cap. 9. Synod. Palæſt. Africa. Math. 14. nitum eſt, *gratiam Spiritus ſancti ad ſingulos bonos actus ratione utentibus dari*; eamque ad ſingulos bonos actus eſſe neceſſariam; tum propter humanæ naturæ imbecillitatem; tum propter pravitatem veluti in naturam verſam; quam quidem opprimit atque minuit, non autem penitus evellit Spiritus Chriſti: ideoque ad ſingulos bonos actus opus eſt ejus auxilio, ne remanens concupiſcentia prævaleat ac dominetur. Quemadmodum enim Petrus ambulans

bulans ſupra mare, naturali gravitate ſtatim ſidiſſet, ſi Chriſtus operari miraculosè deſiiſſet: ita fidelis anima ſæcularia calcans, mox iis immergitur, ſi ſpiritu Chriſti deſtituatur, aut ei ſubtrahatur. Et ut ignis tres pueros uſſiſſet, Danielem leones voraſſent, ſi Deus per miraculum deſiiſſet ignis vim leonumque rabiem cohibere: ita & flamma concupiſcentiæ carnalis, veluti fera indomita, illicò hominis pietatem, ac bonitatem exureret, ac deglutiret, niſi Spiritu Dei continuò veluti contra naturam cohiberetur. Hæc ergo oratio Davidis continuò verſetur in corde & ore omnium, *Ne projicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.*

Dan. 3. & 6.

MONITUM XXXIII.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Pſal. 50.

MVlti ſunt in natura hominis, appetitus, communes omnibus, ac ſemper permanentes. Omnes enim homines appetunt ſcientiam, beatitudinem, pacem, lætitiam. Sed non omnis lætitia hominem beatum facit. *Eſt enim*, inquit D. Auguſt. *gaudium, quod non datur impiis, ſed iis qui te Domine, gratis colunt, quorum gaudium tu ipſe es. Et ipſa eſt beata vita, gaudere ad te, de te, propter te; ipſa eſt, & non eſt alia.* Non ergo quamvis lætitiam petit David, nam & impij ſuam habent, ſed falſam, in vanitatibus, in comeſſationibus, & ebrietatibus, libidi-

Lib. 10. Conf. cap. 22.

nibus choreis impudicis, honoribus, in aliis ſordibus vitiorum. *Sæculi lætitia eſt impunita nequitia*, inquit S. Auguſt. *luxuriari, fornicari, in ſpectaculis nugari, ebrietate ingurgitari, turpitudine fœdari, & nihil mali pati.*

De verb. Dom ſer. 57.

Quod maximam pœnam eſſe oſtendit idem Auguſtinus. Hinc & Pſalmiſta; *Irritavit impius Deum, in multitudine iræ ſuæ non requiret*, id eſt, non hîc vindicabit: unde longè deterior efficitur putans Deum peccata non videre, non curare, aut, etiam iis favere: unde dicitur in Pſalmo; *Hæc feciſti, & tacui; exiſtimaſti quòd ero tui ſimilis. Multum*, ait D. Auguſtinus, *iraſcitur Dominus, dum non exquirit, & eum quaſi obliviſcitur, & non attendit peccata, & per fraudes & ſcelera, ad honores, divitiaſque pervenitur. Magna ira eſt*, ait S. Hieron. *quando peccantibus non iraſcitur Deus. Vnde & in Ezechiele ad Ieruſalem: Iam*, inquit, *non iraſcar tibi: zelus meus receſſit à te. Quos enim diligit, corripit: & caſtigat omnem filium quem recipit. Non erudit pater, niſi quem amat; non corripit magiſter diſcipulum, niſi eum, quem ardentioris cernit ingenij: Medicus, ſi ceſſaverit curare, deſperat.*

Pſal. 9. Pſal. 49. Aug. in illũ Pſalm. In Epiſt. ad Caſtrut. Ezech. 16. Heb. 12.

Non talem ergo lætitiam petit Propheta, ſed lætitiam ſalutaris, id eſt, quæ eſt de Salutari, de ejus muneribus, & promiſſis, vel quam ipſe Deus, vera animarum ſalus dat, quæ non eſt in ſenſibus, & carne, ut aliorum; ſed in ſpiritu, & conſcientia; De qua Apoſt. *Regnum Dei eſt juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* De quo gaudio & Virgo ſanctiſſima; *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Et Abacuc Propheta: *Ego autem gaudebo in Domino, & exultabo in Deo* JESU *meo.* Hanc lætitiam ſibi reddi petit, quia per lapſum amiſerat. Præterit enim citò voluptas peccati, remanet inanis ac ſaucia;

Rom. 14. Luc. 1. Abac. 3.

cia, & ſeipſam ſemper crucians conſcientia. *Etſi dulcia quædam ſunt in ſæculo*, inquit S. Auguſtinus, *tamen cum amaritudine digeruntur. Dolor ac voluptas invicẽ cedunt, brevior voluptas*, ait Seneca. *Dulce peccatũ eſt, ſed eſt dulcedo pernitioſa, amaritudine pœnitentiæ, & tribulationis digerenda*, inquit idem Auguſt.

In Pſalm. 15. 48. In Thyeſte. Aug. ſerm. 105. in. Nov.

Et ſpiritu principali confirma me. Spiritus principalis, id eſt, ipſe Spiritus ſanctus intelligitur, qui principalis ſeu præcipuus eſt inter omnes alios ſpiritus, quorum ipſe eſt creator, ut angelorum, & animarum. Cupit ergo ut ille in eo dominetur, eum agat & gubernet, ac in ſancta converſatione corroboret, & confirmet. *Qui enim aguntur ſpiritu Dei: hi ſunt filii Dei*, inquit Apoſt. Qui autem ſuo vel alieno ſpiritu aguntur, ſunt filii diaboli. Et David; *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Noſter autem vel alienus ſpiritus, ducit nos in malam & obliquã. *Caro*, ait Apoſtol. *concupiſcit adverſus ſpiritum*, id eſt, ipſe homo, qui caro dicitur, quia carnalis eſt, concupiſcit contra Deum, qui ſpiritus eſt; Unde Iob queritur; *Quare me poſuiſti contrarium tibi?* Petit ergo ut preſſis ac ſubjugatis pravis motibus & cupiditatibus, Spiritus ſanctus ſolus in illo dominetur ac regnet. *Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.* Quiſque ergo conſideret, quem ſpiritum habeat.

Rom. 8. Pſalm. 142. Galat. 5. Ioan. 4. Iob. 7. Rom. 8.

2. Intelligitur ſpiritus noſter, & cupit David, ut ille, Spiritu Dei renouatus, ſit principalis, ſit imperans, carni ejuſque Concupiſcentiis dominetur ſemper ac prævaleat. *Eſt enim inter carnem & ſpiritũ noſtrum colluctatio*, inquit D. Cyprianus, *& diſcordantibus adverſus ſe invicem, quotidiana congreſſio, dum ſpiritus cæleſtia, & divina quærit; caro terrena & ſæcularia concupiſcit: & ideò petimus impensè* (videlicet in oratione

De Orat. Dom.

tione Dominica, dum oramus: *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra;) inter duo iſta, ope & auxilio Dei concordiam, fieri, ut dum & ſpiritu & carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata eſt anima ſervetur; & quia hæc eſt voluntas Dei ut terrena cœleſtibus cedant, ſpiritualia & divina prævaleant.* Ita Cyprian.

Rom. 8. *Debitores ſumus non carni, ut ſecundùm carnẽ vivamus. Si enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini*, inquit Paulus. Quo loco monet nos Apoſtolus, *ne ſecundùm carnem vivamus*, id eſt, ut rectè D. Chryſoſt. interpretatur, *Ne dominam illam vitæ noſtræ faciamus; non enim decet, ut illa imperet, ſed obediendo ſequatur; neque ut vitam noſtram dirigat, ſed ut ſpiritus leges, quibus obtemperet, accipiat.* D. Auguſtinus ita ad animam ſuam; *Vt quid perverſa, ſequeris carnem tuam? ipſa te ſequatur converſa. Quis eſt*, inquit S. Ambroſ. *qui carne utitur ad operandum, niſi anima? Ergo & princeps & domina carnis naturaliter anima eſt, quæ domare carnem & regere debet. Ideoque Spiritus ſancti fulta præſidio, dicit in Pſalmo; Non timebo, quid faciat mihi caro. Ipſa eadem dicit in Paulo; Caſtigo corpus meum, & ſervituti redigo.*

Hom. 14. in epiſt. ad Rom.

Lib. 4. Conf. ca. 11.

Apud Aug. lib. 2 cap. 8. cont. Iulia.

Pſalm. 55.

1. Cor. 9.

Ita quoque Hilarius, de diabolo loquens; *Movet*, inquit, *per infirmitatem carnis noſtræ omnia poteſtatis ſuæ tela, cùm ad laſciviam accendit, cùm ad ebrietatem illicit, cùm ad odia ſtimulat, cùm ad avaritiam provocat, cùm ad cædes inſtruit, cùm ad maledicta exacerbat: Sed cùm per firmitatem animi, horum omnium ſurrepentia incentiva reprimuntur, emundamur à peccato per hujus victoriæ gloriam.* D. Leo, tractans illud Petri, *Regale Sacerdotium: Omnes*, inquit, *in Chriſto regeneratos crucis ſignum efficit reges, ſancti verò Spiritus unctio conſecrat Sacerdotes, ut præter iſtam ſpecialem noſtri miniſterij ſervitutem, univerſi ſpiritales & rationales Chriſtiani agnoſcãt ſe re-*

Apud Aug. cont. Iulia. lib. 2. cap. 8.

1. Petri 2.

Serm. 3. de anniverſ. ſui Pontific.

gij

Digitized by Google

gii & ſacerdotalis officii eſſe conſortes. Quid enim tam regium, quàm ſubditum Deo animum, corporis ſui eſſe rectorem? Et quid tam ſacerdotale, quàm vovere Domino conſcientiam puram, & immaculatas pietatis hoſtias de altari cordis offerre? Et S. Proſp. *Non caret regiâ poteſtate, qui corpori ſuo noverit rationabiliter imperare. Verè dominator eſt terra, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ.* Sent. 242.

D. etiam Ambroſ. *Idcirco*, ait, *præſidet unuſquiſque ſibi quadam poteſtate regali; ſi coërceat in ſe corporis luxus, & in ſervitutem redigat carnem ſuam, atque ob eam cauſam dictum eſſe vult, Regnum Dei intra vos eſt.* Et illud item in Canticis ad animam; *Exi, id eſt*, inquit, *exi à ſervitio, exi à carnis imperio & dominatu, atque exi nõ in carne, ſed in ſpiritu exi ad regimen poteſtatis.* Idcirco illis tanquam Regibus coronæ promittuntur in Scripturis æternæ & immarceſſibiles, *Qui vicerit, dabo ei coronam vitæ.* Apocal. 2. 3. Sic Paulus: *Repoſita eſt mihi* (bene certanti) *corona juſtitiæ. Et legitimè certantem dicit coronari.* Li. de Iſaac. & anima cap. 4. Luc. 17.

Denique præclarè D. Leo; *Sunt intra noſmetipſos multa certamina, & aliud caro adverſus ſpiritum, aliud ſpiritus adverſus carnem concupiſcit. In qua diſſenſione ſi, cupiditates carnis fuerint fortiores, turpiter animus amittet propriam dignitatem, & pernitioſum erit ei ſervire, quem decuerat imperare. Si autem mens rectori ſuo ſubdita, & ſupernis muneribus delectata, terrenæ voluptatis incitamẽta calcaverit, & in ſuo mortali corpore regnare peccatum non ſiverit, ordinatiſſimum tenebit ratio principatum, & munitionem ejus nulla ſpiritualium nequitiarum labefactabit illiſio. Quia tũc eſt vera pax hominis, & vera libertas, quando & caro animo judice regitur, & animus Deo præſide gubernatur.* Ita Leo. Quiſque ergo diligenter ac frequenter oret cum Propheta Dominum; *Redde* 2. Tim. 2. 4. Serm. 1. de Quadr. Galat. 5. Rom. 6.

Pſalm. 50. *de mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.*

Poſtremò, S. Bern. animam alloquens de corpore quod inhabitat; *Scio*, inquit, *ô anima, quendã qui per plures annos tecum vixit, ad menſam tecum ſedit, cibum de manu tua ſumpſit, & in ſinu tuo dormivit, cùm voluit, tecum colloquium habuit; hic jure hæreditario ſervus tuus eſt. Sed quia delicatè nimis enutriſti eũ, & virgæ peperciſti, levavit calcaneũ ſuũ ſuper caput tuum, & te in ſervitutem redegit, ô anima miſerabilis & miſera! quis liberabit te de vinculo improperii hujus? Exurgat Deus, & cadat armatus, & cõteratur inimicus, inimicus, inquam, contemptor Dei, amicus mundi, cultor diaboli. Quid tibi videtur de illo? Si rectè ſentis puto quod mecum dices; Reus eſt mortis, crucifigatur. Noli ergo diſſimulare, noli differre, noli parcere: crucifige, crucifige eum. Sed in qua cruce? In cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra.*

Vide Solil. S. Bonavent. Exercitio 1. cap. 2.

MONITVM. XXXIV.

Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.

Prov. 9.

DUo nobis tractanda. Primum; Cur Chriſtus in Euchariſtia ocultari velit ſub aliena ſpecie, & non in propria ſumi. Ejus rei multiplex eſt ratio. Prima eſt, ut fides, per *quam hîc ambulamus*, &

2. Cor. 5.

& eſt argumentum rerum non apparentium,ut,ait Apoſt. Hebr. 11.
locum habeat, ſicut dum hîc mortalis ageret. Ut enim maximi erat meriti, credere eum verum eſſe Deum, qui in miſeria & ſimilitudine carnis peccati, reliquis erat ſimilis: ita non eſt parva fides, quâ creditur caro Chriſti eſſe, quod panis communis eſſe videtur. Infideles Chriſtum eſſe Deum negabant, quia videbant eum miſeriis ſubjectum, capi etiam, flagellari, occidi; ſicut nunc negant corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, quia vident eam edi etiam ab impiis, conculcari, corrumpi: aſſumentes ſuperbum & oculum nequam, quia Dominus bonus eſt: in eo enim maximè demonſtrat ſuam erga nos charitatem, ſeipſum nobis donans, quo nihil majus aut melius, in cibum & medicinam animarum. Paſſus eſt ſe à Iudæis flagellari & crucifigi; patitur ſe ab impiis manducari & violari. Matth. 20.

Unde S. Optatus contra Donatiſtas altaria Catholicorum evertentes, & Sacramenta in eis poſita violantes. *Quid eſt altare*, inquit, *niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti*, &c. *Hoc modo Iudæos imitati eſtis; illi manus injecerunt Chriſto in cruce: à vobis percuſſus eſt in altari.* Idem dicendum Calviniſtis, Sacramenta violantibus, altaria deſtruentibus. Sicut autem fortis fuit fides, & admodum meritoria, eorum, qui videntes Chriſtum in miſeriis, non tamen idcirco ſcandalizati ſunt, minorem de eo opiniónem habentes, quàm debebant: ſic & Catholicorum, qui in fide Euchariſtiæ permanent. Dicunt hæretici; Si ibi ſit Chriſtus, oſtendat ſe, & credemus. Sicut impii Judæi; *Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei.* Quibus rectè D. Leo; *Non eſt humana veſtræ cæcitatis arbitrio oſtendenda potentia Salvatoris*, Crevit

Li. 6. cont. Parm. & Donatiſt.

Matth. 27.

Serm. 17. de paſſ.

Lib.2.c. 32. de peccat. merit. Crevit quidem miraculis fides,*fortior autem tunc eſt*, inquit Auguſt. *quando iſta non quærit.* innixa verbo Dei,ejuſque omnipotentiæ. Tametſi miracula non deſint variis locis & temporibus facta, quibus fides Euchariſtiæ etiam probatur,& ſtabilitur.

Secunda ratio eſt, ut non abhorreamus ab ejus ſumptione. Si ſub propria forma ſumeretur corpus & ſanguis Chriſti, divideretur & dilaniaretur ejus caro ſecundùm propriam formam, quod & in corpore immortali fieri non poteſt, & ſanè ferarum more humanam carnem edere, & ſanguinem bibere,nimis horrendum fuiſſet, ac etiam inutile: quia *ſpiritus eſt qui vivificat, caro*, ſcilicet carnaliter manducata, *non prodeſt quicquam.* Hanc etiam rationem dant Patres. Sic D. Ambroſ. *Sed fortè dicis, Speciem ſāguinis nō video:ſit hoc,*inquit,*ut nullus ſit horror cruoris,& pretiū tamen operetur redemptionis.* Sic & Theophylact. *Quomodo non apparet nobis caro,ſed panis? ut non abhorreamus ab ejus eſu. Nam ſi quidē caro apparuiſſet,inſuaviter affecti eſſemus erga communionem. Nunc autem condeſcendente Domino noſtræ infirmitati,talis apparet nobis myſticus cibus, qualibus alioqui aſſueti ſumus.*

Ioan. 6. De Sacrā. lib. 4.cap.5. lib. 6.cap.1. In cap. 6. Ioan. in 4. cap. Marc.

Homil. 83. in Matth. D. Chryſoſtomus,*Ipſe Chriſtus,*inquit,*bibit ex ſanguinis ſui calice,ne auditis illis verbis,dicerent: Quomodo igitur ſanguinem bibimus & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando prius verba fecit de his, multi ſolummodo propter verba,ſcandalum paſſi ſunt. Ne id quoque tunc accideret,prius ipſe hoc fecit,ut tranquilliore animo ad communionem myſteriorum induceret.* Sicut & S.Hieron.*Dominus Ieſus ipſe conviva,& convivium: ipſe comedens,& qui comeditur. Se tenet in manibus,ſe cibat ipſe cibus*, inquit D. Thomas.

Ad Hedib. quæſt. 2. Par.3.q. 81. a. 1.

2. Cor. 5. Tertia ratio,*Quamdiu ſumus in hoc corpore, peregrina*

grinamur à Domino, & advenæ ſumus ac peregrini. D. Dionyſius Areop. Eccleſiam novi teſtamenti, mediam ponit inter Synagogam, & cæleſtem beatitudinem: In Synagoga umbræ ſolùm erant; in Eccleſia, res ſed velata; in cœlo omnia nuda, aperta, ſine velamine. Quoniam ergo hîc non niſi advenæ & peregrini ſumus, temporalia ſolùm in uſu habentes, æterna in deſiderio, hinc conveniebat, ut non niſi in peregrina & aliena ſpecie nobis præſens eſſet: quò ſic noſtræ peregrinationis admoneremur, præterque hujus vitæ felicitatem, aliam quæreremus manſionem in cœlis, ubi domus noſtra eſt, & patria ad quam per hujus vitæ viam tendimus, *ubi Deum videbimus ſicuti eſt facie ad faciem*, in propria ſpecie, non amplius aliena, ſine omni velamine. Si enim viſibiliter nobis adeſſet Chriſtus, jam quaſi ſatis beati, diceremus cum Petro; *Faciamus hîc tabernacula.*

1. Petri 2.
Hebr. 11.
De Hierar. Eccleſ.
1. Petri. 2.
I. Ioan. 3.
Math. 17.

Vt omittam quòd carnaliter Chriſtum per viſibilem præſentiam amaremus, ac proinde ſpiritualis gratiæ minùs capaces eſſemus. *Si enim*, ait Dominus, *non abiero, paraclitus non veniet ad vos.* Quaſi dicat, inquit S. Gregor. *Niſi me deſieritis carnaliter cernere, nunquam diſceretis ſpiritualiter amare. Si ab intentionis veſtræ oculis corpus non ſubtraho, ad intellectum vos inviſibilem per conſolatorem ſpiritum non produco.* Itaque cùm multis de cauſis viſibiliter eum nobis abeſſe, & tamen nobiſcum etiam corporaliter adeſſe conveniret; nec *relinquere nos orphanos*, ſed realiter etiam ſibi conjungere vellet, ſub ſpeciebus rerum conſuetarum, & hominibus ſuavium, ſumendam carnem ſuam, & ſanguinem bibendum propoſuit.

Ioan. 16.
Lib. 8. Moral.
Ioan. 14.

Alte

Alterum tractandum, cur ſub ſpecie panis & vini, & non aliarum rerum, ſe ſumendum tradiderit? Sunt hi terræ fructus convenienter aſſumpti, ad Euchariſtiæ confectionem, primò quidem ex parte rei ſignificatæ, quia per ea recolitur convenienter, & ob oculos ponitur Chriſti Domini paſſio, in qua corpus ejus, ſanguine per effuſionem ſeparato, mortuum fuit, ſicut ſpecies panis à vini ſpeciebus ſunt ſeparatæ: in cujus paſſionis memoriam, hoc Sacramentum celebrandum eſt: *Hoc facite*, inquit Chriſtus, *in meam commemorationem*, id eſt, paſſionis & mortis meæ. Quod præceptum ut docet D. Thomas, ad omnes pertinet; Sacerdotes faciunt conſecrando, & offerendo; alii ſumendo: atque omnes facere debent in ſui memoriam. Per hoc enim vult paſſionis ſuæ memoriam jugiter in nobis conſervari, ut ſemper ei de tanto dono gratias agamus, paſſionem ejus imitari ſtudeamus, ejuſque magis ac magis participes efficiamur.

Lucæ. 22. 1. Cor. 11. Parte 3.

Secundò, ex parte rei, quam efficit Euchariſtia in cordibus fidelium. Sicut enim pane & vino nutriuntur, & reficiuntur corpora noſtra, eſtque id omnibus notum: ita corpore & ſanguine Chiſti, pii ſpiritualiter nutriuntur, & reficiuntur, & norunt id fideles. *Corpora noſtra, ante illam ſcilicet immutationem, diſpendia patiuntur, ideò cibo reficiantur oportet. Reficimus quotidianas ruinas corporis noſtri edendo & bibẽdo*, inquit Auguſt. *Sic & animi noſtri temporalibus affectionibus, quaſi diſpendium ab intentione Dei patiuntur*, ait idem Auguſt, ideò cibo refici ac reparari debent, quod maximè fit per Euchariſtiam. Cibi ſpiritualis defectu fit, quod David queritur; *Percuſſus ſum ut fœnũ, & aruit cor meũ, quia oblitus ſum comedere panẽ meũ.*

Lib. 10. Conf. c. 31. Lib 2. de ſerm. in monte. cap. 12. Pſal. 101.

Deinde

Deinde ſicut panis ex multis granis conficitur, & vinum ex multis racemis confluit; ita hoc Sacramentum, Eccleſiæ quæ ex multis diverſarum proprietatum hominibus conſtat, unitatem efficit, omnes & cum Chriſto & per Chriſtum inter ſe conjungens. Quod innuit Apoſtolus, dicens; *Vnum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participamus. Ideò Dominus*, inquit S. Auguſt. *corpus & ſanguinem ſuum in iis rebus commendavit, quæ ad unum aliquid rediguntur* (ad hanc videlicet unitatem ſignificandam;) *ex multis namque granis unus panis efficitur, ex multis racemis vinum confluit. Sicut & ante nos*, inquit, *hoc intellexerunt homines Dei.*

1. Cor. 10.

Tract. 26. in Ioan.

Cypr. lib. 2. epiſt. 2.

Denique ſicut pane & vino perducuntur homines ad ſaturitatem, & ebrietatem profuſamque lætitiam: ita corpore & ſanguine Chriſti, eò perducuntur fideles, ubi divinitatis ejus manifeſtâ contemplatione, plenè perfecteque ſatientur. Unde & in Evangelio ait ipſe; *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Et; *Qui mãducat me, vivet propter me.* Non loquens de vita iſta mortali in qua nunc ſumus, quæ *potiùs mors quàm vita dicenda*; ſed vita perpetua & beata futuri ſæculi, ubi plena ſatietas, & bonorum omnium abundantia, ubi *Deus erit omnia in omnibus*, de qua David; *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Ubi ſpiritualis ebrietas, *qua fit ut omnia alia obliviſcamur, unum Deum amplectamur*: de qua idem Propheta; *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ:* gaudiũ verò inexplicabile, ac ſuavitas indeficiens, quam nemo tollet à nobis.

Ioan. 6.

Gregor. hom. 37.

1. Cor. 15.

Pſal. 16.

Aug. lib. 1. Confeſ. c. 5.

Pſalm. 35.

Ioan. 16.

MONI

Digitized by Google

MONITVM XXXV.

Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum, &c.

Matth. 18.

Vide Iāſen. nium in ca. 18. Matth.

PEr fratrem intelligit Chriſtus non quemlibet hominem, ſed ejuſdem nobiſcum religionis, id eſt, Chriſtianum. Dicuntur autem Chriſtiani, Fratres, quia eundem Patrem, Chriſtum, habent. Ad Ethnicum non pertinere hæc ex eo clarum eſt, quod poſteà dicitur, *Dic Eccleſiæ*, quæ *de iis qui foris ſunt non judicat*. Et, *Sit tibi ſicut Ethnicus*, &c. Peccat autem in fratrem, qui illi injuriam aut malum aliquod infert, uti docent Patres, ut Dominus eum qui ab alio læſus eſt occulto videlicet peccato, (nam de apertè peccantibus & publicè Prælato dictum eſt, *Peccantes coram omnibus argue.*) propriè hoc præcepto conſtringat, ad lædentis ſe non vindictam, ſed correptionem: Cui læſo duplici ſanè nomine præ aliis convenit, peccantis & lædentis eum correptio; tum quod fratris peccatum ſit ei notius, ac ipſum magis urit; tum quòd ejus fraterna admonitio efficacior eſſe poſſit apud eum qui læſit, cùm viderit etiam illum ſalutis ſuæ ſtudioſum, cui injuriam intulit.

Matth. 23. 1. Cor. 5. Chryſoſt. Hieron. Auguſt.

1. Tim. 5 Aug. de cor. & grat. cap. ult.

Verùm quoniam quilibet peccantis quovis modo fratris ſaluti ſtudere debet, & quoniam quodvis peccatum proximi, etiam quod directè non videtur

detur eſſe contra nos, debemus exiſtimare contra nos eſſe admiſſum (ita enim Chriſtianus quiſque addictus eſſe debet gloriæ Dei, & proximi dilectioni, ut omni peccato offendatur tanquam in ſe commiſſo) Hinc etiam hoc præcepto quilibet Chriſtianus, ſive ſubditus, ſive ſuperior, cujuſcunque conditionis aut ſexus, ad correptionem cujuſlibet fratris peccantis coram ſe, aſtringitur; qui & dimittere pœnitenti debet, etiam id quod in ſe non eſt directè nec privatim admiſſum, quia pro illo non debet ultrò offendi, nec vindictam aliquam à Deo poſtulare. Vide Aug. lib. 1. de civit. cap. 9.

Duo autem Chriſtus in primis præcipit ut faciamus fratri peccanti in nos, videlicet, ut & corripiamus, & id privatim faciamus. *Vade*, inquit, *& corripe:* Matth. 8. hoc eſt, ne fratris peccatum negligas, ſed vade, non quidem ut injuriam tibi illatam vindices, non ut illum apud alios traducas, accuſes; ſed ut illum corrigas & emendes. Itaque *corripe eum* & argue, reducendo illi in memoriam quod admiſit, & illius iniquitatem declarando. Sed *inter te & ipſum ſolum corripe:* tum ut non ſolùm ſalutis ejus ſis ſtudioſus, ſed & famæ ejus conſervandæ; tum ut ille videns te & ſalutis & famæ ſuæ curam gerere, magis ad pœnitentiam moveatur. Qui ſi ſemel pudorem & verecundiam amiſiſſet, fortè in peccato ſuo induraretur, & quem voluiſti facere correctiorem, facies pejorem.

Sequitur, *ſi te audierit*, id eſt, ſi tuam admonitionem & correptionem receperit, tibique obtemperaverit, agendo pœnitentiam, *lucratus eris*, vel potiùs lucratus es *fratrem tuum*. Ex quibus verbis D. Auguſt. colligit, non leve eſſe peccatum, quod in fratrem & in hominem admittitur, ut per quod De verb. Dom. ſer. 16.

O homo

Digitized by Google

homo incidit in perditionem. *Agnoſce*, inquit, *quia in hominem peccando, periſti; nam ſi non perieras, quomodo te lucratus eſt? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem.* Colligit & illud quo fine frater ſit corripiendus, non ut noſtræ iræ & paſſioni indulgeamus. ſed ut peccantem lucremur. D. Chryſoſt. & Hieron. etiam hinc amplius colligunt, nimirum fratris ſalutem à nobis quærendam, tanquam noſtrum bonum, & ipſius perditionem velut proprium damnum eſſe habendum. Si enim fratrem pœnitentem lucrari dicimur, ergo & peccantem perdidimus. Hinc ergo oſtenditur quanta debeat eſſe inter Chriſtianos animorum communio.

Si non audierit, qui peccavit, id eſt, ſi facti ſui culpam nolit agnoſcere, aut potius, ſi in peccato ſuo perſeverare pergat. Nondum tamen vult Dominus illum eſſe negligendum, & ſibi relinquendum, ſed omnem vult moveri lapidem, omnia tentari, quò frater à peccato & perditione revocetur. Proinde ſecundò jubet eum moneri & corripi; adhibito ſecum uno vel duobus; tum ut plurium autoritate moveatur, tum ut poſſit apud Eccleſiam conveniri ſub teſtibus. Monet tamen D. Auguſt. *Antequam alijs demonſtretur per quos convincendus eſt ſi negaverit, priùs Præpoſito* (non ei qui locum tenet Eccleſiæ, ſed qualis eſt in cœnobiis) *debere oſtendi, ne fortè poſſit ſecretiùs correptus innoteſcere cæteris.* Secundam autem hanc rationem indicat Dominus, cùm ſubjungit illud legis præceptum, *ut in ore duorum vel trium ſtet*, id eſt; conſiſtat, ratumque ſit ac firmum, *omne verbum.*

Epiſt. 109.

Deut. 19.

Sub uno autem vel duobus plures intelligi poſſunt. Tot enim adhibendi ſunt, quot fratris emendatio

datio exigit. Quæcunque enim de correptione præcipiuntur, ex fine, qui lucrum eſt fratris, metienda ſunt. Tales autem quos veriſimiliter peccans auditurus ſit, adhibendi ſunt, docti videlicet, & probi qui peccatum ei ſuum, quale & quàm grave ſit, oſtendere queant, & quorum ille authoritatem & probitatem revereri poſſit. Priorem verò rationem etiam indicat cùm dicit, *Quòd ſi non audierit eos.* Nec hîc ergo Dominus nos quieſcere voluit, ſed tertiò eum jubet deferri apud Eccleſiam, id eſt, fidelium congregationem, in qua vivit uterque, ut multitudinis, & eorum qui multitudini præſunt autoritate & reverentiâ vel metu emendetur.

Dicit autem, *dic Eccleſiæ,* & non, dic Epiſcopis & Præſidibus Eccleſiæ, quamvis his maximè ſit dicendum, nec Eccleſiæ dicendum ſit, niſi illis præſentibus. Sicut nec fidelium congregatio dicenda eſt Eccleſia, ſi non adſint ejus rectores & præſides. Dicit ergo; *dic Eccleſiæ,* ut multitudinis conſenſum revereatur. Itaque in primitiva Eccleſia ſecundùm hoc Chriſti præceptum, denuntiabantur peccatores, poſt unam & alteram correptionem, toti Eccleſiæ alicujus loci, hoc eſt, Chriſtianis, legitimè cùm ſuo Epiſcopo aut Paſtore congregatis, ibique, ſi impœnitentes perſiſtebant, omnium conſenſu & approbatione excommunicabantur ab Epiſcopo. Unde Paulus inceſtuoſum Corinthium tradens Satanæ, dicit ſe id facere cum congregatis ſecum ſecundùm Spiritum Corinthijs. Et Tertull. cùm deſcribit, qualis ſuo tempore fuerit diſciplina Chriſtianorum, in congregationibus ipſorum, inter cætera ſic habet: *Ibidem etiam exhortationes caſtigationes, & cenſura divina. Nam & judicatur*

1. Cor. 5.

In Apolog. cap. 36.

magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumq; futuri judicij præjudiciũ eſt, ſi quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercij relegetur. Præſidẽt probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio ſed teſtimonio adepti, &c.

Verùm poſteà, cùm optimus ille Eccleſiæ primitivæ ſtatus remiſſus eſt, & ob inſtabilis vulgi tumultus non conveniret pleraque agi arbitrio & conſenſu vulgi, cœptæ ſunt denuntiationes fieri tantùm ad Eccleſiarum Præſides, quorum etiam priùs ab initio ſemper fuit prima autoritas in judicando & excommunicando peccatores denuntiatos, quamvis non ſine conſenſu & approbatione multitudinis fidelis. Proinde Chriſoſt. exponens hic nomen Eccleſiæ, habet, *Præſulibus ſcilicet, & Præſidentibus*. Unde factum deinceps, ut harum rerum cura committeretur ab Epiſcopis, Archidiaconis & Officialibus, quemadmodum hodie obſervari videmus. Jubet ergo Dominus Eccleſiæ denuntiari fratris bis admoniti peccatum, non quidem ut in multitudine diffametur, ſed ut multitudinis autoritate ſanetur. Unde dicitur; *Si autem Eccleſiam non audierit:* ſignificans eum ideò denuntiandum Eccleſiæ, ut ab ea admoneatur & corrigatur.

Chryſoſt. in cap. 18. Matth.

Vide Aug. Hom. ulti. inter. 50.

Si, inquit, *Eccleſiam non audierit*, jam tanquam incorrigibilem & inſanabilem, non ampliùs habe ut fratrem, ſed ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Quo ſignificatur, ab ejus conſortio abſtinendum eſſe, nec communicandum ei neque in divinis, neque in humanis. Vult enim Dominus talem ſic habendum, quomodo Judæi habere ſolent Ethnicos & publicanos, à quorum menſa & omni conſortio ſic abſtinebant, ut pollui ſe exiſtimarent, ſi quovis modo

Joan. 10. Luc. 7.

modo cum eis communicaſſent. Sic autem à fratris impœnitentis conſortio abſtinendum eſſe, duplici de cauſa indicat Apoſtolus; nempe, tum ut ille deſtitutus ſolito conſortio, ac ob id pudefactus reſipiſcat; tum ne ſuo contagio immedicabili alios inficiat. *Neſcitis*, inquit, *quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Auferte malum ex vobis ipſis.* Non eſt tamen, ut ex eodem Apoſtolo ſatis patet, frater ſicut Ethnicus habendus, niſi cum jam ad Eccleſia fuit ejectus, & excommunicatus: quod ab Eccleſia fieri debere, cùm admonentem audire noluerit, indicat Dominus mox in ſequentibus verbis, *Quæcunque alligaveritis*, &c.

2. Theſ. 9. Auguſt. de cor & grat. cad. 15. 1. Cor. 5. Aug. lib. 2. Retract. cap. 17.

Non autem prohibet hîc Dominus omnem curam excommunicati ſed tantùm eum vult non haberi de numero Chriſtianorum. Etenim Paſtores & alij Chriſtiani, non tantùm oves, quæ in ovili paſcuntur, curare debent, verùm etiam ſummo ſtudio quærere & reducere debent, extra ovilia abjectas, atque errantes: unde Dominus pro gentilibus, publicanis, hæreticis orare præcipit. Quod autem raró pro iſtis preces fundantur, cauſa in nobis eſt remiſſior charitas, ut oſtendit D. Auguſt. de Civit. Dei.

Ezechiel. 3. Matth. 5. Lib. 1. ca 9.

MONITVM XXXVI.

Corripite inquietos.

1. Theſſ. 5.

DE correptione pulchrè D. Auguſt. *Nunquam alieni peccati objurgandi ſuſcipiendum eſt negotium,* *niſi*

In cap. 6. epiſt. ad Galat.

niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquidò nobis coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere. Quòd ſi convitium, vel minæ, vel etiam perſecutiones ejus, quem argueris, laceraverint animum, ſi adhuc ille per te ſanari poſſe videbitur; nihil reſpondeas, donec ſaneris prior: ne fortè carnalibus motibus tuis ad nocendum conſentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato, ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis.

Rom. 6. 1. Pet. 3.

Dilige, & dic quod voles, nullo modo maledictum erit, quod ſpecie maledicti ſonuerit, ſi memineris, ſenſeriſq; te in gladio verbi Dei liberatorē hominis eſſe velle ab obſidione vitiorum. Quod ſi fortè ut plerumque accidit, dilectione quidem talem ſuſcipis actionē, & ad eam corde dilectionis accedis, ſed inter agendū ſurrepſerit aliquid, dum tibi reſiſtitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo & ipſi homini faciat infeſtum poſtea, te lachrymis lavantem hujuſmodi pulverem multo ſalubriùs meminiſſe oportebit, quàm non debeamus ſuper aliorum ſuperbire peccata quādo & ipſa eorum objurgatione peccamus, cùm facilius nos ira peccatis iratos, quàm miſeria miſericordes facit.

Vide Aug. Tract. 7. in Canon. Ioan.

Item de Sermone Domini in monte; *Piè cauteque vigilādum eſt, ut cùm aliquem reprehendere vel objurgare nos neceſſitas coëgerit, primùm cogitemus utrum tale ſit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo jam caruimus. Et ſi nunquam habuimus cogitemus, & nos homines eſſe, & habere potuiſſe. Si verò habuimus & non habemus, tangat memoriam communis fragilitas, ut illam reprehenſionem aut objurgationem non odium ſed miſericordia præcedat: ut ſive ad correctionem ejus propter quem id facimus, ſive ad perverſionem valuerit (nam incertus eſt exitus) nos tamen de ſimplicitate oculi noſtri ſecuri ſimus. Si*

Lib. 2. cap. 19.

autem

Digitized by Google

autem cogitantes noſmetipſos invenerimus in eo eſſe vitio, in quo eſt ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque objurgemus, ſed tamen congemiſcamus, & non illum ad obtemperandum nobis, ſed ad pariter cavendum invitemus.

Sciendum autem præceptum hoc de correptione fratris non ſolùm ad Eccleſiæ Præpoſitos pertinere, quanvis ad eos maximè pertineat, teſte Auguſtino, ſed & ad omnem fidelem. Unde Apoſt. *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguit*. Tamen cùm ſit affirmativum præceptum, ſecundùm naturam & conditionem præceptorum talium, non obligat pro omni tempore, ſed pro eo ſolùm tempore & loco, quo oportuna eſt, & utilis ejus obſervatio, & executio, ad eum finem, ad quem eſt conſtitutum, videlicet ad emendationem peccantis fratris. Proinde cùm vel propter conditionem corripiendi, vel qualitatem corripientis, non ſperatur peccantis emendatio, ſed potiùs veriſimiliter metuitur ejus ex correptione depravatio, videlicet, quod incipiet inſectari corripientem, aut veritatem oſtenſam impugnare, aut ſimile quid, non obligat ſaltem quemlibet hoc præceptum, imò obligatur quiſque potius correptionem præceptam omittere, *ne ſpargat margaritas ante porcos, & illi converſi diſrumpant eum.* Hinc Sapiens; *Noli arguere deriſorem ne oderit te*; ſicque in illo peccatum augeas, & te ſine fructu periculo exponas. *Non amat peſtilens eum qui ſe corripit*, ait idem Sapiens: *Fruſtrà niti, & nihil aliud laborando quàm odium quærere, extrema dementia eſt*, inquit Salluſt.

De civit. lib. 1. cap. 9.

Epheſ. 5.

Matth. 7.

Prov. 9.

Prov. 15.

Initio belli Iugurth.

Sciendum ſecundò, quædam peccata eſſe occulta, quædam publica. Et publica quidem; quoniam

vergunt in ſcandalum totius multitudinis, pro ſcandalo amovendo mox publicè ſunt corripienda, idque ab his maximè qui autoritatem habent, ideoque Timotheo Epiſcopo præcipit Paulus, ut eos qui publicè peccarent, aut quorum peccatum eſſet publicum, & omnibus notum, coram omnibus argueret. *Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.* Et Petrum ipſe mox publicè reprehendit, quòd factum ipſius eſſet publicum, & in multorum vergeret ſcandalum. *Cogebat enim gentes judaizare, non præcipientis imperio*, inquit Auguſt. *ſed converſationis exemplo.*

August. de cor. & grat. cap. ult. 1. Timot. 5. Galat. 2. August. epiſt. 19.

Secreta verò peccata priuſquam publicentur & denuntientur Eccleſiæ, ſecretâ ſunt admonitione corripienda; niſi illa ſint talia, ut niſi mox denuntientur, ſint in alicujus communitatis aut multorum diſpendium magnum ceſſura, nec tempus aut locus ſit ſecretæ admonitionis; aut ſi ſit, non eſt ſpes correctionis ejus, qui peccare aliquid diſpoſuit. Tunc enim prætermiſſâ admonitione ſecretâ procedendum eſt ad publicam denuntiationem, ſi modò ſpes aliqua ſit per eam peccatum illud impediendum aut corrigendum, quia magis oportet habere rationem detrimenti multorum, quàm famæ unius. Secus eſt, ſi peccatum occultum tantùm noceat ei qui committit, aut mihi qui illud cognoſco.

De correptione fraterna etiam agit D. Aug. in Regula, ubi vult ſtatim eum corripi & moneri ab eo, qui peccantem advertit; *ne*, inquit, *cœpta progrediantur, ſed ex proximo corrigantur. Si autem poſt admonitionem iterum idipſum facere videatur, jam velut vulneratum, ſanandum prodat: hoc tamen & alteri vel tertio priùs demonſtratum, ut duorum vel trium poſſit ore convinci,* &

Aug. epiſt. 109. Matth. 18. 1. Timot. 5.

& competenti ſeveritate coerceri. Nec vos judicetis eſſe malevolos, quando hoc judicatis. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore quod vellet occultare dum timeret ſecari nonne crudeliter abs te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quanto ergo potiùs eum debes manifeſtare, ne pernitioſiùs putreſcat in corde? &c.

De iis verò qui corripiuntur, ita alibi: *Patiantur*, inquit, *ſe corripi quando peccant quia & peccatis juſta pœna debetur, & ad ipſam pertinet juſta correptio, quæ medicinaliter adhibetur, etiamſi ſalus ægrotantis incerta eſt. Vt ſi is qui corripitur, ad prædeſtinatorum numerum pertineat, ſit ei correptio ſalubre medicamentum; ſi autem non pertinet, ſit corporale tormentum. Sub iſto ergo incerto ex charitate adhibenda eſt, cujus exitus ignoratur, & pro illo cui adhibetur, orandum eſt ut ſanetur.* De cor. & grat. cap. 13.

Contra eos qui prætextu gratiæ Dei corripi nolebant, ſed ſolùm pro ſe orari: ita eodem libro S. Aug. *Quicumque præcepta Dei tam tibi nota nō facis, & corripi non vis, etiam propterea corripiendus es, quia corripi nō vis. Non vis enim tibi vitia tua demonſtrari; non vis ut feriantur, & fiat tibi utilis dolor, quo medicū quæras: non vis tibi tu ipſe oſtendi, ut cum deformem te vides, reformatorē deſideres, eiq; ſupplices, ne in illa remaneas fœditate. Tuum quippe vitium eſt, quòd malus es, & majus vitium, corripi nolle, quia malus es, quaſi laudanda vel indifferenter habenda ſint vitia, ut neque laudentur, neq; vituperentur. Aut verò nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor aut aliud agat, cùm ſalubriter ſtimulat niſi ut rogetur bonus; & ex malis qui corripiuntur, bonos faciat qui laudentur. Quod enim vult pro ſe fieri, qui corripi non vult, & dicit: Ora potiùs pro me; ideò corripiēdus eſt, ut etiam ipſe* Eodem lib. cap. 5.

Digitized by Google

faciat pro ſe. Dolor quippe ille, quo ſibi diſ licet, quādo ſētit correptionis aculeum, excitat eum in majoris orationis affectum, ut Deo miſerante, incremento charitatis adjutus deſinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atque gratāda. Hæc eſt correptionis utilitas, quæ nunc major, nūc minor pro peccatorū diverſitate ſalubriter adhibetur, &c.

De Civit. lib. 1. cap. 9. Quàm autem neceſſarium ſit officium correptionis, oſtendit S. Auguſt. dicens; *Quis tandem facilè reperietur, qui illos propter quorum horrendam ſuperbiā, luxuriam, & avaritiam, atque execrabiles iniquitates & impietates, Deus, ſicut minando prædixit, cōterit terras, ſic habeat, ut habendi ſunt: ſic cum eis vivat, ut cum talibus vivēdum eſt? Plerumq; enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam objurgandis, & corripiendis malè diſſimulatur: vel cùm laboris piget, vel os eorum verecūdamur offendere; vel cùm eorum inimicitias devitamus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus, ſive quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſive quas amittere formidat infirmitas: ita ut, quamvis bonis vita malorum diſpliceat, & ideò cum eis non incedant, in illam damnationem, quæ poſt hanc vitam talibus præparatur, tamen quia propterea peccatis eorū damnabilibus parcunt, dum eos in ſuis licet levibus & venialibus metuunt, jure cum eis temporaliter flagellentur, quamvis in æternum minimè puniātur.* Ibidem. *Iure iſtam, vitā quando divinitus affliguntur cum eis amaram ſentiunt, cujus amando dulcedinem peccantibus eis amari eſſe noluerunt. Nam ſi propterea quiſque objurgandis & corripiēdis malè agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediant infirmos alios, & premant atque avertant à fide, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis, &c.* Et addit poſteà; *Qua in re non utique parem,*

ſed

ſed longè graviorem habẽt cauſam, quibus per Prophetam dicitur; Ille quidem in ſuo peccato morietur; ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. Ad hoc enim ſpeculatores, hoc eſt, populorum Præpoſiti conſtituti ſunt in Eccleſiis, ut non parcant objurgando peccata, &c. Ezech. 33.

Sic & D. Proſper. *Si peccantem video, & non ſolùm non arguo, ſed etiam ei peccanti conſentio, participem me ejus damnationis efficio: & in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos ſcio peccaſſe vel peccare, quadam crudelis animi malignitate non increpo. Nec verò audiendi ſunt illi, qui ſe dicunt propterea delinquentes objurgare nõ poſſe, ne eos qui ſe emendare noluerint, ſibi faciant inimicos. Qui dum parcunt eorum voluntati, ſaluti non parcunt. At ſi non ex jactantia, ſed ex miſericordia, & cum quadam pietate compatientis animi caſtigamus, & illi nos ſentiant non minùs peccatis ſuis moveri, quàm noſtris, aut in bonum ſtatum reformati, nobiſcum Deo gratias agent; aut ſi adhuc eos in peccato tenet peccandi dulcedo, & ſalutem ſuã nobis curæ eſſe cernẽtes, malum reddere pro bono voluerint, malle debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari, contrahere; quàm Dei offenſam, dum peccantes palpamus, incurrere.* Sic Proſp. *Ferveat in nobis*, ait D. Bern. *amor juſtitiæ, odium iniquitatis. Nemo vitia palpet, peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat; Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? Eſt enim conſentire, ſilere cùm arguere poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat, & conſentientes.*

Lib. 3. de vita contempl. c. 23.

In Serm. de S. Ioanne Bapt.

Geneſ. 4.

Quomodo autem correptus erga corripientem ſe gerere debeat, oſtendit Alipius, qui ab Auguſtino correptus etſi neſciente & in genere ſolùm, de vitio aliquo quo laborabat: *Quod ille*, inquit, *in ſe rapuit, & quod alius acciperet ad ſuccenſendum mihi, accepit ho-*

Rom. 1.

Lib. 6. Conf. cap. 7.

neſtus

neſtus adoleſcens ad ſuccenſendum ſibi & ad me ardentius
Prou. 6. *diligendum.* Dixerat enim Deus jam olim in literis
Galat. 2. ſuis; *Corripe ſapientem, & amabit te.* Et de Apoſtolo
Epiſt. 71. Petro reprehenſo à Paulo, dicit Cyprian. *Conſilium veritatis facilè admiſit, & rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facilè conſenſit, nobis præbens documentum ſcilicet & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquando à fratribus & collegis noſtris utiliter & ſalubriter ſuggerantur ſi ſint vera & legitima, ipſa potiùs noſtra ducamus.*

MONITVM XXXVII.

Nolite judicare, & non judicabimini. Date, & dabitur vobis.

Luc. 6.

Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 28. Apud Proſ. ſent. 21.

IVbemur hìc, inquit S. Auguſt. *ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorē partem interpretari.* Nolite ergo judicare, quâ intentione quiſque quid faciat. *De occultis cordis alieni,* ait idem, *temere judicare peccatum eſt, & eum cujus non videntur opera, niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere: cùm eorum quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit, qui & inſpector*
1. Cor. 4. *eſt verus. Nolite,* inquit Apoſtol. *ante tempus judicare.* Quod eſt illud tempus, quo licebit? *Quoadusque ve-*
Vide ſer. 7. in Nov. *niat Dominus, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Abſcondita tenēbrarum,

ſunt

ſunt opera quæ in occulto fiunt. Conſilia cordium, id eſt, quo animo, quâ intentione quodque fiat. *Omnes*, ait D. Hieron. *ſtabimus ante tribunal Chriſti: ibi apparebit quâ mente quiſque vixerit.* In epiſt. ad Aſellam.

Bene D. Auguſt. *Quid agit pax in hujus adhuc regionis incertis? cùm adhuc nemo eſt alteri conſpicuus, nemo videt cor alterius? De incertis non judicat, incognita non confirmat. Proclivior eſt ad benè credendum de homine bono, quàm ad malè ſuſpicandum. Non ſe dolet multùm errare cum benè credit etiam de malo; pernitioſum autẽ cũ malè ſenſerit forte de bono neſciens qualis ſit. Quid perdo, ſi credo quia bonus eſt; Si incertum eſt, licet ut caveas, ne fortè verum ſit, non tamen damnes, tanquam verum ſit.* Idem S. Auguſt. alibi: *Duo ſunt*, inquit, *in quibus judicium temerarium cavere debemus; Primò cùm incertum eſt, quo animo quidque factum fuerit: Secundò cùm incertum eſt, qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet.* Et rurſum: *Quis homo judicet de homine? Temerariis judiciis omnia ſunt plena. De quo deſperavimus, ſubitò convertitur, & fit optimus: de quo multùm præſumpſimus, ſubitò deficit, & fit peſſimus. Quid ſit hodie quiſque homo, vix novit ipſe homo: tamen utcumque ipſe quid hodie; quid autem cras, nec ipſe.* In Pſal. 147. De ſerm. Dom. in monte. ibi. Tract. de Paſtorib. cap. 12.

Sed nònne *ſpiritualis omnia judicat?* Aliud eſt judicare de rebus, aliud de perſonis. Benè judicat de rebus, an videlicet, hoc ſit ſecundùm Deum, nec ne, &c. perſonas autem judicio Dei relinquit; niſi ubi res omninò eſt manifeſta. Dicit Aug. in Confeſſ. *Multa facta, quæ hominibus improbanda videntur, teſtimonio Dei approbata ſunt: & multa laudata ab hominibus, Deo teſte damnantur; cùm ſæpè ſe aliter habet ſpecies facti & aliter facientis animus, atque articulus occulti temporis.* 1 Cor. 2. Lib. 3. ca. 9.

Date,

Date,& dabitur vobis. Agitur hîc de conferendis beneficiis indigentibus; ad quod movere nos debet, id quod ſequitur; *& dabitur vobis.* Non enim inde ſentit detrimentum, ſed recipit incrementum.

Luc. 16. Chriſtus in Evangelio, divitem ſuarum divitiarum dicit eſſe diſpenſatorem; ſicut & Petrus,

1. Pet. 4. quemque vocat gratiæ ſibi à Deo collatæ diſpenſatorem.

Matth. 25. Hinc reprehenditur, ſpoliatur, & damnatur, qui abſcondit, non expendit talentum, ſive ſpirituale,ſive temporale, à Deo ſibi concreditum, ad ſuam & aliorum utilitatem.

Hom. 6. in ditesc. avaros. *Non injuſtus eſt Deus,*inquit S. Baſil. *qui ea quæ ad victũ ſunt,inæqualiter diviſerit. Cur tu dives,ille pauper? Profectò non aliam ob cauſam,niſi ut tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias;ille verò patiẽtiæ maximis præmiis honoretur. Tu verò inſatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus,& tot homines illis privans, neminem te lædere putas? Eſurientis eſt panis quem tu retines,nudi eſt veſtis quam tu in arca cuſtodis; diſcalceati calceus,qui apud te marceſcit;egentis argentum,quod terræ infoſſum poſſides. Quare tot injurius es hominibus, quot poteras opem conferre?*

Prover. 21. Serm. 9. in Nou. Dicit S. Auguſt. *Dives & pauper occurrerunt ſibi. In qua via? niſi in iſta vita? Natus eſt dives,natus eſt pauper: occurriſtis vobis,pariter ambulatis viã. Tu noli premere;tu noli fraudare. Iſte eget,ille habet: fecit autem ambos Dominus. Per eum qui habet, juvat egentem:per eum qui non habet,probat habentem.*

Duæ autem ſunt radices ac fontes ex quibus naſcitur obligatio ad faciendam eleẽmoſynam. Prior eſt ſubſtantia hujus mundi,id eſt, divitiæ. Poſterior,

1. Ioan. 3 neceſſitas fratris. Quæ quantò major eſt, tantò & major eſt obligatio ad dandam eleẽmoſynam. Unde extrema neceſſitas omnes omnino obligat ad

eleẽmo

eleemoſynam: etiam pauperes, Neceſſitas extremæ huic propinqua, obligat etiam mediocris fortunæ homines. Arcta neceſſitas eos obligat, quibus benè proſpectum eſt, etiamſi ſuperfluum non habeant. Similiter, quantò majores ſunt divitiæ, tantò ex parte major eſt obligatio. Unde ſuperfluum habentes omninò tenentur hoc elargiri. Multum habentes, multum; modicum habentes, modicum debent dare. Tob. 4.

Quando verò neglectus eleëmoſynæ corporalis mortale peccatum ſit, quis poterit in particulari omnino decernere? potiùs relinquatur ſpiritali prudentiæ determinandum. Eſt autem diligenter notandum, raros eſſe qui tam crebras dent eleëmoſynas quàm deberent: idque ex eo quòd ob luxum noſtrum, multa reputamus neceſſaria, quæ ſunt ſuperflua, & ex amore humanæ gloriæ, malumus in diſpenſandis bonis noſtris coram mundo eſſe civiles, quàm coram Deo eſſe miſericordes. Nam ut ait Aug. *Humana natura modico contenta eſt, ſed conſuetudo, voluntas, voluptas multa addiderunt.* Hugo de S. Vict. in c. 5. explicat. regulæ D. Auguſt.

Quære, ait idem Aug. *quantum tibi dederit Deus, & ex eo tolle, quod tibi ſufficit. Cætera quæ ſuperflua jacent, aliorũ ſunt neceſſaria. Superflua divitum, neceſſaria ſunt pauperum. Res alienæ poſſidentur, cùm ſuperflua poſſidentur. Multa autem ſuperflua habemus, ſi non niſi neceſſaria teneamus. Nam ſi inania quæramus, nihil ſufficit.* Sic & Baſil. *At dicas: Nemo habet ſuperfluum; omnes egent his quæ habent. Sed reſpondet: Eſt quædam diaboli methodus ad ſuggerendas divitibus mille ſumptuum inaniũ occaſiones, ut ea quæ ſuperflua ſunt pro neceſſariis ducantur. Ex quo ad ſumptuum excogitationẽ nihil ſatis huiuſmodi homines habent. Sed incertum eſt, inquiunt, quid futurum ſit; neceſſitati quæ nos quandoq; urgere poſſet providendum.* In Pſal. 147. Eadẽ hom. Ibidem.

At

At longè incertior, inquit, *theſauri defoſſi uſus; nec tamen pœna incerta, quæ morum manet inhumanitatem.* Sic Baſ.

Qui habent ſuperflua, quærere deberent quibus divitias ſuas donarent; tenetur enim unuſquiſque dona ſibi à Deo conceſſa, rectè expendere & diſpenſare. Hinc pater fidei noſtræ Abraham ſedebat in oſtio tentorij ſui, hoſpites prætereuntes exſpectans, & eminus adhuc conſpectos, properat in eorum occurſum, rogatque ut ad ſe deflectere dignentur. Sic Loth hoſpites ſuos ad ſe divertere coëgit. Tobias quæri jubebat eos qui Deum timerent, ut ſecum epularentur. Dicit Sapiens: *Sudet eleëmoſyna in manu tua, donec invenias juſtum cui des. Vnum filium habes*, inquit S. Auguſt. *puta Chriſtum, alterum duos habes, puta Chriſtum, tertium; decem habes, Chriſtum undecimum facias*, &c.

Geneſ. 18. Geneſ. 19. Tob. 2. Vide Aug. in Pſalm. 103. conc. 2. Serm. 1. de communi vit Cleric.

Ut autem libentiùs des eleëmoſynam, vide primò quis petat, videlicet, ipſe Chriſtus in paupere. *Quotieſcumque manum pauperi extendes, Chriſtũ cogita*, inquit S. Hieron. Poteris illi aliquid negare, qui ſeipſum tibi impendit, ſemel in cruce, toties in V. Sacramento, à quo habes omnia, quæ habes? Secundo, vide quid petat? nempe ſuum; *Quid enim habes, quod nõ accepiſti?* etiã in temporalibus, poteris illi negare, quod ſuum eſt? Tertiò, vide, ad quid petat; videlicet, ad tuũ commodum. Das enim temporalia, reddit æterna: das terram, reddit cœlum. *Cibus egeni*, ait S. Leo, *regni cæleſtis eſt pretium; & largitor temporalium, hæres efficitur æternorum. Domini conſilium eſt*, inquit D. Baſil. *Mutuũ date iis à quibus accipere minimè ſperatis. Et quale, inquis, hoc mutuum cui non reddendi ſpes conjuncta eſt? Intellige dicti efficacẽ vim, & legiſtatoris humanitatẽ admiraberis. Quãdo pauperi daturus es in Domini gratiã idipſũ*

In epiſt. ad Furiam. 1. Cor. 4. Ser 4. de Collect. Luc. 2. Serm. 2. in Pſalm. 14.

&

& donum & fœnus eſt; donum quidem quod à paupere non ſperes te recepturum; mutuum verò ſive fœnus ob Domini munificam liberalitatem pro illo reddentis, qui parva quidem per pauperem cùm acceperit, maxima pro ipſis retribuit. Qui enim pauperis miſeretur, Deo fœneratur.

Frequenter autem Scripturæ omnes exhortantur ad opera miſericordiæ: quia videlicet præcipiuntur ea, non tantùm ex lege primæ inſtitutionis, ſicut alia bona opera, ſed etiam ut remedia peccatorum, id eſt, ut propter opera miſericordiæ, Deus remittat peccata. Quod eſt ex novo pacto Dei de reparatione hominis. Hinc Iſaias; *Subvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam: ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Unde & Salomon; *Redemptio animæ viri, divitiæ ſuæ*, id eſt, quas juſtè poſſidet; nam ex injuſtis eleëmoſyna, non eſt Deo grata. Et Eccleſiaſticus; *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleëmoſyna extinguit peccatum.* Daniel ad Nabuchodonoſor Regem; *Conſilium meum placeat tibi, Rex, & peccata tua eleëmoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.* Manifeſtiſſimè autem Dominus in Evangelio; *Date, & dabitur vobis; dimittite, & dimittetur vobis.* Sicut Petrus & Iacobus ex Salomone dicunt de eleëmoſynis, *Charitas operit multitudinem ſeu univerſitatem peccatorum.*

Prov. 19. Iſai. 1. Prov. 13. Eccleſ. 3. Daniel. 4. Luc. 6. 1. Petr. 4. Iacob. 5.

Imò Salvator in Evang. dicit ſe in extremo judicio commemoraturum eleëmoſynas ab electis præſtitas, à damnandis prætermiſſas; Non quòd alia benefacta ſine honore aut præmio ibi relinquantur; aut impij non etiam ſint à propria conſcientia accuſandi & condemnandi in illo judicio de omnibus ſceleribus, quæ commiſerunt, ſed indicare voluit Dominus, pœnitentibus in Eccleſia

Matth. 25. Aug. hom. 19. inter. 50.

Chriſtiana ſecundùm ejus morem, per eleëmoſynas omnia peccata dimitti, & ſine eleëmoſynis non remitti. Ovibus dabit regnum, non quia non peccaverunt, ſed quia etſi peccaverint, pœnitentiam tamen convenienter egerunt, largas ſcilicet eleëmoſynas dando. Hœdos autem damnabit, non inde unde putant, quia peccaverunt, ſed quia cùm peccaverint, convenienti pœnitentiâ per eleëmoſynas, Deum non placaverunt.

Vide Aug. ſerm. 33. in Nov.

Luc. 16. Hinc & quotidianus & ſplendidus Epulo, ob peccatum gulæ, & alia linguæ peccata, in æternum cruciatur in lingua, quia non fuit ſollicitus peccata ſua relinquere, & eleëmoſynis redimere. Sicut & de Sodomitis in hoſpitalibus ait Ezechiel: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ; ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum ejus; & manum egeno & pauperi non porrigebant*, quaſi dicat; Si hoc feciſſent, & peccare deſiiſſent, Dominus eis peperciſſet.

Geneſ. 19. Ezech. 16.

Et fortaſſis, præter alias cauſas, etiam hac de cauſa adeò frequenter dicitur in Script. Diligens proximum legem implere; quia opera miſericordiæ veniam impetrant peccatis. *Omnia autem mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur*, inquit D. Auguſt. Dicebat David conſiderans peccata ſecundùm minas antiquæ legis: *Si iniquitates obſervaveris, Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Sed continuò, ne deſperaret, ad novum teſtamentum oculos erigit, dicens; *Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* Hæc lex eſt; *Date, & dabitur vobis: Dimittite, & dimittetur vobis.* Iſta lex eſt, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Propter hanc legem audet expectare judicium Domini. Nam ſi *judicium illi ſine miſericordia, qui non fecit*

Rom. 13. Lib. 1. Retract. ca. 19. Luc. 6. Matth. 5. Jacob. 2.

fecit miſericordiam: ergo & illi judicium cum miſericordia, qui fecerit miſericordiam.

Prævidens nos Dominus, inquit S. Auguſt. *in multis offenſuros, quædam ſalubria remedia contra reatum & vincula peccatorum, etiam poſt baptiſmum dare ac valere dignatus eſt, opera ſcilicet miſericordiæ, cùm ait: Dimittite, & dimittetur vobis: Date, & dabitur vobis. Quis enim cũ aliqua ſpe adipiſcendæ ſalutis æternæ, de hac vita migraret, manente illâ ſententiâ, quod quicumque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus? niſi paulo pòſt ſequeretur; Sic loquimini, & ſic facite, tanquam per legem libertatis (id eſt, charitatis, quæ liberos facit) incipientes judicari. Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia judicio*, videlicet in viro miſericorde impetrans, ſcilicet, ut non ſeverè, ſed miſericorditer cum illo agatur. Qui locus D. Jacobi etſi de mortalibus intelligatur: tamen ab Auguſt. ſicut & à S. Baſil. etiam ad venialia extenditur, quia videlicet, illis manentibus impeditur mercedis conſecutio; Nihil enim coinquinatum intrabit in cœlum.

Lib. 2. de pec. mer. cap. 3.
Luc. 6.
Iacob. 2.
Serm. de baptiſmo.
Apoc. 21.

Addendum hîc quod Sapiens hilariter & velociter nos miſereri jubet; *Hilarem*, inquit, *datorem diligit Deus?* Et; *Ne dicas amico tuo: Vade & revertere, & cras dabo tibi; cùm ſtatim dare poſſis.* Unde clarè liquet longè minoris fieri apud Deum eleëmoſynam teſtamento legatam, quàm eam, quam quis ſanus & retinere valens, largitur; ſicut dixit S. Lucia matri ſuæ. Unde monet D. Gregor. *Bonum quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios, agat ipſe dum vivit per ſe. Beatius quippe eſt, liberum exire, quàm poſt vincula, libertatem quærere.*

Eccleſ. 35.
Eccleſ. 20.
Sur. in Vita
Lib. 4. Dialog. cap. 58.
Vide S. Baſil. hom. 7. in diteſ. avaros.

Da tua dum tua ſunt, quia poſt mortem tua non ſunt

Digitized by Google

Unde & B. Urientius.

Munera quæ donat moriens, hæc munera non ſunt;
Donat enim quod jam deſiit eſſe ſuum.
Qui ſanus, metuenſque nihil, qui mente quietâ;
Qui ſibi dum vivit, demſerit, ille dedit.

Thom. Kemp. li. 1. cap. 23. de Imit.

Recte quidam Sapiens: *Noli confidere ſuper amicos & proximos, nec in futurum ſalutem tuam differas, quia citius obliviſcentur tui homines quàm exiſtimas. Melius eſt nunc tempeſtivè providere, & aliquid boni præmittere, quàm ſuper aliorum auxilio ſperare. Si non es pro te ipſo ſollicitus modò, quis erit pro te ſollicitus in futuro? Nunc tempus eſt valde pretioſum; ſed proh dolor! quod hoc utilius non expendis, in quo promereri vales unde æternaliter vivas.* Titus Imper. inquit Hieron. tantæ bonitatis dicitur fuiſſe, ut cùm quadam nocte ſerò recordaretur in cœna, quòd nihil boni in die illa feciſſet, dixit amicis *Hodie diem perdidi.* Quod ſi hoc ille ſine lege, Evangelio, ſine Chriſti & Apoſtolorum doctrina naturaliter dixit & fecit, quid nos oportet facere? ait Hieronymus.

In epiſt. ad Galat. ca. 6.

MONITVM XXXVIII.

Tentatio eſt vita hominis ſuper terram.

Iob. 7.

Pſalm. 106.

CONfiteantur Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiĳ hominum, ait Propheta David. Atque iſtos verſus quater repetit; in quo numero, quantum Domino adjuvante ſcrutari valuimus, inquit

S. Auguſt.

S. Auguſt. ſignificat nobis quatuor quaſdam tentationes, ex quibus nos liberat, cui confitentur ſuæ miſerationes. Fac enim hominem primò nihil quærentem, ſecundùm vitam veterem ſeductoriâ ſecuritate viventem, nihil putantem aliud eſſe poſt hanc vitam, quandoque finiendam, negligentem quendam & ſocordem, obrutum cor habentem illecebris mundi, & mortiferis delectationibus conſopitum; ut excitetur iſte ad quærendam gratiam Dei, ut fiat ſollicitus & tanquam de ſomno evigilet, nonne manus Dei excitat eum? Sed tamen à quo ſit excitatus, ignorat. Incipit autem eſſe jam Dei, & ejus ſuavitatem guſtare, cùm cognoverit veritatis fidem. Sed antequam cognoſcat, dolet & delet errorem ſuum. Invenit enim ſe in errore, vult cognoſcere veritatem: pulſat ubi poteſt, tentat quod poteſt, vagatur quâ poteſt, famem etiam patitur ipſius veritatis. Ex D. Aug. in illum Pſalm.

Prima ergo tentatio eſt erroris & famis. Ubi in hac tentatione fatigatus exclamaverit ad eum, perducitur ad fidei viam, unde incipiat pergere ad civitatem quietis. Perducitur ergo ad Chriſtum, qui dixit; *Ego ſum vita.* Cùm ergo ibi fuerit, jam ſciens quid obſervare debeat, nonnunquam multum ſibi tribuendo, & quaſi de viribus ſuis præſumendo, incipit confligere velle bella contra vitia, & propter ſuperbiam ſuperari. Invenit ergo ſe ligatum difficultatibus cupiditatum, & non poſſe viam propter compedes ambulare. Incluſum ſe ſentit difficultate vitiorum, & tanquam muro impoſſibilitatis erecto, portiſque clauſis, quâ evadat, ut rectè vivat, non invenit. Jam ſcit quomodo vivere debeat; priùs enim in errore erat, & famem veritatis Prima. Ioan. 14.

patiebatur. Accepit autem jam cibum veritatis, & poſitus eſt in via: audit, Vive benè, ſecundùm quod noſti; anteà enim non noveras quemadmodum viveres, modò accepiſti, & noſti. Conatur & non poteſt, ligatum ſe ſentit, exclamat ad Dominum.

Secunda. *Secunda ergo tentatio eſt difficultatis in benè operando, ſicut illa prima erroris & famis.* Exclamat & in hac ad Dominum, liberat Dominus de neceſſitatibus; rumpit vincula difficultatis, conſtituit in operationem æquitatis: incipit ei jam facile eſſe quod difficile fuerat, abſtinere à malis, non adulterare, non furtum facere, non homicidium, non ſacrilegium, non aliena concupiſcere, facta eſt facultas, quæ fuerat antea difficultas. Potuit hoc Dominus ſine difficultate præſtare; ſed ſi hoc ſine difficultate haberemus, largitorem hujus boni non agnoſceremus. Si enim primitus cùm vellet, poſſet, & non ſentiret adverſus ſe obnitentes cupiditates, nec vinculis ſuis gravata anima collideretur, ſuis viribus tribueret quod ſe poſſe ſentiret, & non confiterentur Domino miſerationes ejus.

Poſt has duas tentationes, primam inopiæ veritatis atque erroris, ſecundam difficultatis bene operandi; tertia tentatio excipit hominem; ei loquor, qui jam tranſiit has duas. Nam iſtæ duæ, fateor, multis notæ ſunt; quis enim neſcit, ſe ab ignorantia veniſſe ad veritatem, ab errore ad viam, à fame ſapientiæ ad verbum fidei? Deinde multi luctantur cum difficultatibus vitiorum ſuorum, & adhuc conſuetudine colligati gemunt, tanquam in clauſura & compedibus. *Agnoſcunt & iſtam tentationem, quamvis jam dicant, ſi fortè dicant, In-*
Rom. 7. *felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?*
Galat. 5. Nam vide arctiſſima vincula; *Caro enim concupiſcit*

adverſus

Digitized by Google

adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non ea quæ vultis faciatis. Proinde qui jam eſt adjutus ſpiritu, & quemadmodum noluit eſſe adulter, ſic non ſit; quomodo noluit eſſe fur, ſic non ſit; & cætera illa quæ volunt homines vincere, & ſæpè inflexi ſuperantur, ut exclament ad Deum, ut de neceſſitatibus eorum eruat eos, & de liberatis confiteantur Domino miſerationes ejus.

Quiſquis ergo talis eſt, & vicit illas difficultates, & probabiliter jam converſatur inter homines ſine ulla querela malorum morum excipitur tertiâ tentatione tædij cujuſdam in moram hujus vitæ, ita ut aliquando eum nec legere, nec orare delectet.

Tertia tentatio priori contraria. Priùs enim periclitabatur fame, poſteà faſtidio. Vnde & hoc, niſi de quodam languore animæ eſt? Jam non te illicit adulterium, nec tamen delectat Dei verbum. Jam poſt periculum imperitiæ & concupiſcentiæ, de quibus duobus evaſiſſe te lætaris, vide ne tædium faſtidiumque te necet, Non eſt & iſta levis tentatio. Agnoſce te in illa, & exclama ad Dominum, ut de neceſſitatibus tuis etiam hîc te liberet, & de hac tentatione liberatus cùm fueris, confiteantur illi miſerationes ejus. Tertia.

Liberatus autem ab errore, liberatus à difficultate bene operandi, liberatus à tædio faſtidioque verbi Dei, fortaſſis dignus eris, cui committatur populus, conſtituaris in gubernaculis navis, recturus Eccleſiam. *Ibi quarta tentatio. Tempeſtates maris quatientes Eccleſiam turbant gubernatorem. Denique tres illas tentationes experiri poteſt omnis pius fidelis in populo Dei, quarta iſta, noſtra eſt.* Quantò enim plus honoramur; tantò plus periclitamur. Metuendum

eſt, ne aliquem veſtrum avertat à veritate ad periculum erroris. Metuendum eſt, ne vincat unumquemque cupiditas ſua, & eligat eam ſequi, quàm ex ejus difficultatibus exclamare ad Dominum. Metuendum eſt, ne unuſquiſque veſtrûm minus ſapiat verbum Dei, & faſtidio moriatur.

Quarta. Tentatio ergo gubernandi, tentatio periculorum in regenda Eccleſia, nos potiſſimùm tangit. *Sed quomodo & vos alieni eritis, ſi tota navis periclitabitur?* Quod ideò dixit, ne in hac quarta tentatione tanquam noſtra propria, ubi opus eſt, ut ab orationibus non deſiſtatis, non vos primò naufragetis, ſi minùs ſolliciti ſitis; & pro nobis minùs oretis. *Quid enim fratres? Quia ad eadem gubernacula non ſedetis, non in eadem navi navigatis?* Sunt ergo in iſto Pſalmo Davidico quatuor tentationes, quatuor exclamationes, quatuor liberationes, quatuor dominicarum miſerationum confeſſiones, quæ in Dei Eccleſia peraguntur.

Serm. 6. de Epiphan. Libet hîc adſcribere ſententiam D. Leonis, quâ varias tentationes diaboli declarat, & quid in iis homini ſit faciendum. *Videns*, inquit, *diabolus reſiſtere ſibi Principũ fidem, & unius Deitatis inſeparabilem Trinitatem non ſegniùs in palatiis, quàm in Eccleſiis adorari; interdictam dolet ſanguinis Chriſtiani effuſionem, & quorum obtinere non poteſt mortes, impetit mores.* Terrores proſcriptionum, in avaritiæ mutat incendium, & quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. Malignitas enim longo uſu propriæ imbuta nequitiæ, non depoſuit odium, ſed vertit ingenium, quo ſibi mentes fidelium blandiùs ſubdat. Inflammat enim concupiſcentiis, quos non poteſt vexare tormentis; ſerit diſcordias, accendit iras, incitat linguas,

guas, & ne ab illicitis dolis cautiora corda ſe revocent, conſummandorum ſcelerum ingerit facultates, quia ille totius fraudis hic fructus eſt, ut qui immolatione pecudum, & thuris incenſione non colitur, quibuſlibet ei criminibus ſerviatur.

Habet igitur pax noſtra pericula ſua; & fruſtrà de fidei libertate ſecuri ſunt, qui vitiorum deſideriis non reſiſtunt. Cor hominum de operum oſtenditur qualitate, & formas mentium, ſpecies detegit actionum. Nam ſunt quidam, ſicut ait Apoſtolus, qui *Deum profitentur ſe ſcire, factis autem negant. Verè enim reatus negationis incurritur, quando bonum, quod in ſono vocis auditur, in conſcientia non habetur.* Fragilitas enim humanæ conditionis facilè in delicta prolabitur. Et quia nullum ſine delectatione peccatum eſt, citò acquieſcit deceptoriæ voluptati. Sed à carnalibus recurratur ad ſpiritale præſidium, & mens habens notitiam Dei ſui, à conſiliis ſe malè ſuadentis hoſtis avertat. Proſit illi patientia Dei, nec ideò delinquendi pertinaciâ nutriatur, quia vindicta differtur. *Non ſit peccator de impunitate ſecurus, quia ſi tempus pœnitentiæ amiſerit, locum indulgentiæ non habebit, dicente Prophetâ; Quia non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Qui autem ſibi correctionis reparationem experitur eſſe difficilem, confugiat ad auxiliantis Dei clementiam, & vincula malæ conſuetudinis ab illo poſcat abrumpi, qui *allevat omnes qui corruũt, & erigit omnes eliſos.* Non erit vacua confitentis oratio, quoniam miſericors Deus *voluntatem timentium ſe faciet*, & dabit quod petitur, qui dedit unde peteretur. Sic Leo.

Leo ibidem

Tit. 1.

Ibidem.

Pſalm. 6.

Pſalm. 144.

MONITVM. XXXIX.

Surge qui dormis, & exurge à mortuis.

Epheſ. 5.

De verb. Dom. ſer. 44.

DVplex eſt hominum genus, inquit S. Auguſt. *qui Chriſti miracula legunt, vel audiunt; Alii enim qui legunt aut audiunt, & non intelligunt quid ſibi velint, & quid intelligentibus quodammodo innuant, mirantur tantùm; alii autem & facta mirantur, & intellectum aſſequuntur. Quemadmodum, qui videt literas in codice optimè ſcripto, & non novit legere, laudat quidem ſcribentis manum, admirans characterum pulchritudinem, ſed quid ſibi velint, quid indicent, neſcit: & eſt oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem laudat artificium, & capit intellectum ille utique qui non ſolùm videre, quod commune eſt omnibus, poteſt, ſed etiam legere, quod qui non didicit, non poteſt.* Tales nos, ait Auguſt. *in Schola Chriſti eſſe debemus, ut videlicet, & facta miremur, & quid eadem ſignificent, intelligamus.*

Ibidem.

Tres mortuos invenimus à Domino reſuſcitatos viſibiliter, millia inviſibiliter. Quot autem mortuos viſibiliter ſuſcitaverit, quis novit? non enim omnia ſcripta ſunt, quæ fecit. Ioannes dicit; *Multa & alia ſigna fecit Ieſus, quæ ſi ſcripta eſſent, arbitror totum mundum non poſſe libros capere.* Multi ergo ſunt alibi fortaſſe ſuſcitati, ſed non fruſtrà tres commemorati. Iſta tria genera mortuorum, ſunt tria genera peccatorum, quos hodieque ſuſcitat Chriſtus.

Ioan. ult.

Quos

Digitized by Google

Quos breviter ita explicat Alcuinus; *Tres mortuos Dominum ſuſcitaſſe Evangelica narrat hiſtoria; Filiam archiſynagogi in domo, filium viduæ extra portam civitatis, Lazarum quatriduanum de monumento ad vitam revocavit. Qui ſunt hi mortui, niſi tria genera peccãtium? quæ modò Divina quotidie confitentibus ſuſcitare ſolet gratia. Filiam ſuſcitat in domo, dum conſentientem in corde peccare, revocat à peccati perpetratione: Filiũ viduæ extra portã civitatis ſuſcitat, dum peccantem foris in opere ad pœnitentiæ medicamenta confugere facit. Fœtentem verò in mala conſuetudine peccati, dum lacrymas pœnitentiæ elicit ex corde, ſuſcitat, & ex Eccleſiaſtica authoritate ſolvere eũ jubet, ut dignus ſit cõmunione Domini, & particeps ſacri altaris efficiatur.* Ita breviter Alcuinus præceptor Caroli Magni, in epiſtola ad Scotos, nolentes ſacerdotibus confiteri ſua peccata. In Epiſt. 26. ad Scotos. Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Latiùs autem ſic explicat D. Auguſt. *Illa mortua filia archiſynagogi, intus erat in domo, nondum erat de ſecretis parietibus elata in publicum: ibi intus ſuſcitata eſt, viva parentibus reddita. Adoleſcens autem non quidem in domo, ſed tamen nondum in ſepulchro; parietibus elatus erat, terræ mãdatus non erat. Qui ſuſcitavit mortuã nõdũ elatã ſuſcitavit mortuũ jam elatũ, nondũ ſepultũ. Tertiũ reſtabat, ut & ſepultum ſuſcitaret; & hoc fecit in Lazaro.* Vide tract. 49. in Ioan.

Sunt ergò intus qui peccatum in corde habent, in facto nondum habent. Neſcio quis commotus eſt aliquâ concupiſcentiâ: Dicit enim ipſe Dominus, *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde.* Nondum acceſſit corpore, conſentit in corde, mortuum intus habet, nondum extulit. Et fit, ut novimus, ut quotidie homines in ſe experiuntur, aliquando audito verbo Dei, tanquam Domino dicente, Surge, con- Matth. 5. Hieron. ad Ruſt.

demnatur

demnantur conſenſus ad iniquitatem, reſpiratur in ſalutem & juſtitiam. Surgit mortuus in domo, reviviſcit cor in cogitationis ſecreto. Facta eſt iſta animæ mortuæ reſurectio intus, intra latebras conſcientiæ, tanquam intra domeſticos parietes.

Alij poſt conſenſum eunt in factum, tanquam efferentes mortuum, ut quod lætebat in ſecreto, appareat in publico. Nunquid jam iſti, quia in factum proceſſerunt, deſperandi ſunt? Nónne & huic juveni dictum eſt; *Tibi dico, ſurge: Nonne & ille redditus eſt matri ſuæ?* Sic ergo & qui jam fecerit, ſi fortè commonitus & commotus verbo veritatis, ad Chriſti vocem reſurgit, vivus redditur; potuit progredi, in æternum perire non potuit.

Luc. 7.

Qui autem faciendo quod malum eſt, etiam malâ conſuetudine ſe implicant, ut ipſa conſuetudo mala non ſinat eos videre, quia malum eſt, fiunt defenſores malorum factorum ſuorum. Iraſcuntur cùm reprehenduntur, in tantùm ut Sodomitæ quondam dicerent viro juſto reprehendenti nequiſſimam voluntatem: *Habitare veniſti, non leges dare:* tanta ibi nefandæ turpitudinis erat conſuetudo, ut jam nequitia eſſet juſtitia, & prohibitor potiùs reprehenderetur quàm factor. Tales conſuetudine malignâ preſſi, quaſi ſepulti ſunt. Ita ſepulti, ut de Lazaro dictum eſt, *jam fœtet.* Moles illa impoſita ſepulchro, ipſa vis eſt dura conſuetudinis, quâ premitur anima, nec reſurgere, nec reſipiſcere permittitur.

Genſ. 19.

Ioan. 11.

Aug. eod. tract.

Dictum eſt autem, Quatriduanus eſt. Reverà ad iſtam conſuetudinem quarto quodam progreſſu pervenit anima. Prima eſt enim quaſi titillatio delectationis in corde; ſecunda, conſenſio; tertia, factum; quarta, conſuetudo. Sunt enim

Digitized by Google

enim qui res illicitas obvias cogitationibus ſuis prorſus ita abjiciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur, & non conſentiunt; nondum perfecta mors eſt, ſed quodammodo inchoata. Delectationi accedit conſenſio: jam eſt illa damnatio. Poſt conſenſionem in factum proceditur, factum in conſuetudinem vertitur; & fit quadam deſperatio, ut dicatur; Quatriduanus eſt, jam fœtet. Venit ergo Dominus cui utique facilia erant omnia, & difficultatem quandam oſtendit. Ibi infremuit ſpiritu, oſtendit multo clamore objurgationis opus eſſe ad eos, qui conſuetudine duruerunt: Tamen ad vocem clamantis Domini rupta ſunt vincula neceſſitatis; tremuit inferni dominatio, redditus eſt Lazarus vivus. Liberat enim & de mala conſuetudine Dominus. Ibid.

Loquimur ergo hîc de vita & morte animæ. Præter eam enim animæ vitam, quam non amittit, à qua immortalis anima dicitur: invenitur duplex vita animæ, prioris perfectiva. Prior eſt juſta & ſancta operatio; de qua Petrus; *Peccatis mortui, juſtitiæ vivamus.* Et Paulus; *In novitate vitæ ambulemus.* Poſterior quæ alteram conſequitur, eſt tranquillitas & pax conſcientiæ, ſive ejus gaudium. De qua Apoſtolus; *Prudentia ſpiritus, vita & pax,* id eſt, ſpiritalis prudentia adfert pacem conſcientiæ cum Deo. Deus autem dicitur vita animæ, quia utramque hanc animæ vitam efficit, ut anima corporis vita, quia corpus vivificat. 1. Per. 2. Rom. 6. Rom. 8.

Duplex ſimiliter invenitur animæ mors; Una quæ peccatum eſt, de qua ait Apoſt. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Et iterum: *Cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ,* id eſt, peccato originali. Et; *Vidua in delitiis vivens,* Epheſ. 5. Coloſ. 2. 1. Tim. 5. Heb. p.

vivens, mortua eſt. Et, *Emundabit conſcientiam noſtram*
2. Cor. 5. *ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi*. Et; *Vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, ut qui vivunt*, &c. Altera mors animæ, eſt æterna ejus condemnatio, vermis corrodens conſcientiam; de qua
Rom. 8. Apoſt. *Sapientia carnis, mors eſt*, id eſt, mortem adfert.
Iſai. 57. 48. Et; *Impij quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt*,
Iob. 9. &c. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus*. Et; *Quis reſtitit Deo, & pacem habuit*.

In orat. funeb. Patr. Damaſc. in hiſt. ca. 18. Sæpiùs autem per mortem animæ Scriptura iniquitatem intelligit. *Vna vita eſt*, inquit Nazianz. *nimirum oculos ad vitam defixos habere; Vna rurſus mors, peccatum; eſt enim animæ mors*. Senex ille Barlaam, ſub vitæ nomine tempus illud complecti recuſabat, quo anima à Deo, qui ipſius vita eſt, per peccatum ſeparatur. Id ſolum tempus computatur quod
De fallac. præſent. vitæ. bene impenditur. Sic dicitur Saul ſolùm regnaſſe duobus annis. Et D. Bernard. vitam appellandam eſſe negat, *in qua ſoli morti vivitur*. Pulcherrimè B. Paulinus apud D. Auguſt.

Epiſt. 36.

Vive precor, ſed vive Deo; nam vivere mundo
Mortis opus, viva eſt vivere vita Deo.

Sic dicit S. Ignatius in epiſt. ad Roman. *Vita mors eſt ſine Chriſto*.

1. Ioan. 3. Omnes autem Chriſtiani *tranſlati ſunt de morte ad vitam*, inquit Joannes, de morte impietatis ad vitam juſtitiæ; de morte damnantis conſcientiæ, ad vitam pacatæ cum Deo conſcientiæ. Et vigilanter dicit nos tranſlatos eſſe de morte ad vitam, quia, videlicet, non noſtris viribus, ſed Deo per meram gratiam nos transferente, eripimur de poteſtate tenebrarum, mortem in nobis operante, & ducimur ad regnum, vitam nobis donantis Chriſti. Sic & Paulus:-

Paulus: *Tranſtulit nos de poteſtate tenebrarum in regnũ filii ſui dilecti.* Eſt autem alluſio ad tranſlationem Iſraëlis, qui de Ægypto per mare rubrum in valida manu eductus eſt. Coloſ. 1. Exod. 14.

Porrò ſic tranſlati ſumus de morte ad vitam, ut quotidie magis ac magis à Chriſto ferendi ſimus, donec de corpore mortis hujus liberemur. Nunquam enim in hac vita perfecta eſt noſtra juſtitia, ſed ſemper pravæ aliquid concupiſcentiæ ſive mortis relinquitur; *& inquietum eſt cor noſtrum donec in Deo viſo requieſcat. Ideòq; ſemper debet anima reſurgere à morte ſua, & vivificari;* Unde orat Pſalmiſta; *Adhæſit pavimento anima mea, vivifica me ſecundùm verbum tuum. Terrenis enim adhærere, (quæ per pavimentum deſignantur) mors animæ eſt*, inquit S. Auguſt. *cui malo contraria poſcitur vita, cùm dicitur, vivifica me. Intelligere enim debemus quantumlibet quiſque proficiat in juſtificationibus Domini, habere eum mortalis carnis affectum circa iſta terrena, in quibus vita humana tentatio eſt ſuper terram, & ab hac morte ſi perſeveranter proficit, quotidie reviviſcere, vivificante illo, cujus gratia homo noſter interior renovatur de die in dem.* Rom. 7. Lib. 1. Cõf. cap. 1. Pſal. 118. Ibid. conc. 10. Iob. 7.

Spe autem tranſlati ſumus ad æternam felicitatem, & vitam illam quæ tribuetur in reſurrectione. Vita enim animæ quam nunc habemus, radix eſt illius gloriæ. *Redeat*, inquit Auguſt. *unuſquiſque ad cor ſuum, ſi ibi invenerit fraternam charitatem, ſecurus ſit, quia tranſiit de morte ad vitam. Iam in dextera eſt. Non attendat, quia modò gloria ejus occulta eſt: cùm venerit Dominus, tunc apparebit gloria ejus. Viget enim, ſed adhuc in hyeme; viget radix, ſed quaſi aridi ſunt rami. Intus eſt medulla quæ viget, intus ſunt folia arborum, intus fructus, ſed æſtatem exſpectant.* 2. Cor. 4. Tract. 5. in Can. Ioan. Coloſſ. 3.

MON-

MONITVM XL.

Venite, cogitemus contra juſtum cogitationes.

Jerem. 18.

De Catech. rud. cap. 9. DIcit S. Auguſt. *Duæ civitates, una iniquorum, altera ſanctorum, ab initio generis humani uſque in finem ſæculi perducuntur; nunc permixtæ corporibus, ſed voluntatibus ſeparatæ: in die verò judicii etiam corporibus ſeparandæ.* Explicat autem hic Propheta non eſſe conſenſionem inter illos, ſed bellum perpetuum, dum mali perſequuntur bonos, & boni illorum impietati nullo modo conſentire volunt. Quæ diſſenſio fit unius partis laude, alterius vituperio. Si quis enim diſſidet ab alio per fidem, juſtitiam, &c. benefacit, & laudem meretur. Ad hanc ſeparationem ſeu diſſenſionem faciendam, venit Chriſtus in hunc mundum. Matth. 10. Luc. 12. Atque hanc ſeparationem Chriſtus operatur in cordibus bonorum, in aliis diabolus. Non poteſt ergo inter illos benè convenire, dum boni infeſti ſunt malis, & mali bonis adverſantur. Sap. 2. Unde & impij apud Sapientem: *Circumveniamus juſtum; contrarius eſt enim operibus noſtris.*

Impia pars mundi, parti eſt infeſta piorum;
Epigrã. 32. *Nec tolerare poteſt diſſimiles animos,*

inquit D. Proſp. Pares cum paribus facilè congregantur, ut in Proverbio eſt; Aſt,

Oderunt

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi, Horat. in epiſt.
Sedatum celere, agilem gnavumque remiſſi.
Potores bibuli mediâ de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula.

Non convenit ſuperbo cum humili, ebrioſo cum ſobrio, avaro cum liberali, caſto cum libidinoſo: *In morum enim diſcordia quæ poteſt eſſe concordia?* inquit S. Hieron. Iniquitas cum juſtitia non habet pacem, temperantiam odit ebrietas, falſitati nulla eſt cum veritate concordia; non amat ſuperbia manſuetudinem, petulentia verecundiam, avaritia largitatem: & tam pertinaces habet diverſitas iſta conflictus, ut etiam ſi exteriùs conquieſcat, ipſa tamen piorum cordium penetralia iniquitate non deſinat. Leo. ſer. 9. de Quadra.

Secundò, oderunt mali bonos, quia ſentiunt moleſtiam correptionis; Boni enim quia malos ſincerè diligunt, non ceſſant ab eis docendis, admonendis, corripiendis, &c. Unde ſubditur apud Sapientem: *Improperat enim nobis peccata legis,* id eſt, objicit nobis peccata, quæ contra legem facimus. ob eaque nos reprehendit. Unde & Chriſtus in Evang. *Me odit mundus, quia teſtificor, quòd opera ejus mala ſunt.* Ioan. 7. Mali nolunt admoneri, nolunt corripi, vellent ſecurè peccare, nullis conſcientiæ ſtimulis exagitari, quos boni monendo, & corripiendo incjiciunt. Hinc Dominus in Evangelio; *Omnis qui malè agit, odit lucem,* Ioan. 3. id eſt, veritatem monentem, exhortantem, corripientem, &c. *ut non arguantur,* id eſt, manifeſtentur ſibi, ne timeat, & aliis, ne coram illis erubeſcat, *opera ejus,* quòd videlicet, mala ſint. Unde & Poëta: *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Terent. in And. Quia enim ſunt *prurientes auribus*, vellent ha-

2. Tim. 4. bere *magiſtros ad ſua deſideria*, qui malè facta approbent, aut excuſent aut tanquam recta defendant. Hieron. Bonaſo. *Ita ſe natura habet*, inquit Hieron. *ut amara ſit veritas, blanda vitia exiſtimentur.*

Tertiò quia ex recta bonorum converſatione, malitia malorum magis apparet, quam vellent latere, & non ita eſſe conſpicuam. Enchirid. 10. & 11. *Contraria enim juxta ſe poſita, magis eluceſcunt. Sicut enim mala benè ordinata, & ſuo loco poſita, eminentiùs commendant bona, ut magis placeant, & laudabiliora ſint dum comparantur malis*, ut S. Auguſt. inquit: ita *malorum improbi mores, deteſtabiliores fiunt, comparatione rectorum*, Ser. 9. de Quadr. ut ait D. Leo; Bona amplius deprimunt mala, ut magis diſpliceant & vituperentur, dum comparantur bonis. Hoc in ſanitate & morbo: hoc in virtute & vitio.

Dicunt ergo impij; *Venite cogitemus contra juſtum cogitationes.* Sed quid juſti, redduntne mala pro malis? Non, ſed bona pro malis: Ierem. 18. *Stant in conſpectu Dei, & loquuntur pro eis bonum, ut avertant indignationem ejus ab eis.* Quia enim eos diligunt, cupiunt illis benè eſſe, hîc & in futuro; hinc orant pro eis, ut Deus eos convertat, fideles faciat & bonos. & procurant eis omnia, quæ putant ad eorum converſionem & ſalutem utilia. Luc 23. Sic caput oravit pro ſuis crucifixoribus; Actor. 7. unum ex præcipuis membris pro ſuis lapidatoribus; Matth. 5. tota Eccleſia orat pro ſuis perſecutoribus, exemplo & præcepto ſui Domini. Hæc eſt latitudo charitatis, quæ eſt in ſanctis: non ſe tenet intra limites amicorum; etiam ad hoſtes extenditur; Enchirid. cap. 73. & eſt *opus magnificentiſſimæ bonitatis*, ut inquit S. Auguſt. *ſuum quoque inimicum diligere, ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt, facit, tu bonum ſemper*

velis

Digitized by Google

velis faciaſque cùm poſſis. Student ergo avertere iram Dei à malis, quia orant ut eos adducat ad fidem, & charitatem.

Ira Dei maxima eſt, quando hominem relinquit in infidelitate, impietate, &c. Parum eſt affligi vel puniri in corpore, bonis temporalibus, famâ, honore, &c. ſed à Deo deſeri, permanere in peccatis, &c. quæ poteſt eſſe major ira Dei? Contra quam oratur, *Converte nos Deus ſalutaris noſter, & averte iram tuam à nobis.* Psal. 84. Tunc avertit iram ſuam, quando nos convertit, fideles & bonos faciendo. Narrat V. Beda, quòd Auguſtinus cum ſociis in Anglia; ſic orabant pro civitate infideli, ad quam veniebant; *Precamur te, Domine in miſericordia tua, ut auferatur furor tuus, & ira tua à civitate iſta, &c.* Lib. 1. hiſt. Anglic. ca. 25. De hac ira Auguſtinus, cùm adhuc merſaretur gurgite flagitiorum: *Invaluerat ſuper me ira tua, & ignorabam.* Lib. 2. Confes. Et alibi idem Auguſt. *Ad iram quippe Dei pertinet juſtam, quicquid cæcâ & indomitâ concupiſcentiâ faciunt libenter mali; & quicquid apertis manifeſtiſque pœnis patiuntur inviti.* Enchir. 27.

Sed dices; Si ſancti loquuntur bonum pro malis, & ſtudent avertere iram Dei ab eis, quomodo ergo ſequitur ſtatim apud Prophetam; *Da filios eorum in famem: fiant uxores eorum abſque liberis, & viduæ.* Ierem. 18. Prophetatio eſt non optatio, Da, id eſt, dabis. tamen modo optandi exprimitur, ut ſignificetur, quòd Sancti conforment ſe divinæ juſtitiæ & voluntati cognitæ, quam fixam & immobilem conſtituit. Vide Serm. 27. in non. Sic dicit D. Auguſt. *Si de aliquibus ita certa eſſet Eccleſia, ut qui ſunt illi, etiam noſſet, qui licet adhuc in vita conſtituti ſint, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum Diabolo; tam pro eis non oraret, quàm nec pro ipſo.* De Civit. li. 21. cap. 24.

In Pſal. 78. Declarat idem Auguſt. quomodo rectè velit homo juſtus de inimicis ſuis vindicari: *Quia*, inquit, *& magis cupit inimicum ſuum corrigi quàm puniri: & cùm in eum videt à Domino vindicari, non ejus delectatur pœnâ, quia non eum odit, ſed divinâ juſtitiâ: quia Deum diligit. Denique ſi in hoc ſæculo in eum vindicatur, vel pro illo etiam lætatur, ſi corrigitur, vel certè pro aliis, ut eum timeant imitari. Ipſe quoque fit melior, non ſupplicio ipſius odia ſua paſcendo, ſed errata emendando; ac per hoc* Gregor. li. 18. Mor. cap. 13. *de benevolentia eſt, non de malitia, quòd lætatur juſtus, cùm viderit vindictam: & manus ſuas lavat, id eſt, opera ſua mundiora efficit in ſanguine, id eſt, exitio peccatoris: ſumens inde non mali alieni gaudium, ſed divinæ admo-* In Pſal. 118. Ser. 7. *nitionis exemplum. Mihi videtur*, inquit D. Ambroſ. *lætari juſtum, quòd ipſe evaſerit, non quia impij puniuntur.* De ſpectac. cap. 19. *Quamvis enim bonum ſit*, ait Tertull. *quòd puniantur nocentes, magis tamen competit innocenti dolere quòd par* (ſeu inæqualis ejus) *tam nocens factus ſit, ut crudeliter impetatur.*

Hoc obſervandum circa hanc doctrinam quòd vindictam à Domino in die judicij expetere, infirmorum eſt, teſte Cyrillo & Ambroſ. *Fortiores enim injuriis reddunt charitatem.* Ex quibus erat D. Bernar. ſcribens in hæc verba: *Extat quidem tribunal Chriſti, ſed abſit ut appellem vos ad illud, qui illic ſi vobis neceſſarium, & mihi poſſibile eſſet, vellem magis totis viribus ſtare & reſpondere pro vobis.*

Lib. 10. in Ioan. c. 30. De Abrahã cap. 6. Epiſt. 113.

Digitized by Google

MONITVM XLI.

Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Matth. 5.

INter ea peccata linguæ, quibus proximo nocumentum infertur, non infimum locum habent, contumelia, & detractio. Contumelia ſeu convitium eſt, quando quis alteri in faciem peccatum vel miſeriam ejus improperat, atque hac ratione honorem ei aufert; ut, quòd ſit fur, impudicus, ebrioſus, fatuus, ignobilis, cæcus pauper, &c. De hoc peccato dixit Chriſtus in Evang. *Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Matth. 5. Hîc notandum, quod Auguſt. habet in Enchir. *Quæ levia, quæ gravia peccata ſint, non humano, ſed divino penſanda eſſe judicio: ſunt* Enchir. cap. 10. *enim*, inquit, *quædam, quæ leviſſima putarentur, niſi in Scripturis demonſtrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri ſuo, fatue, reum gehennæ ignis putaret, niſi veritas diceret?* Et Apoſt. ad Rom. contumelioſos recenſet inter eos, qui digni ſunt æternâ morte. Rom. 1. Unde monet Sapiens; *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio citò, ne poſteà emendare nequeas cùm dehoneſtaveris amicum tuum.* Prover. 25. Et rurſum; *Qui profert contumeliam, inſipiens eſt.* Ibid. 10. Unde veriſſimum eſt illud D. Hieronymi, ex S. Cypriano; *Apud Chriſtianos, non qui patitur, ſed qui facit contumeliam, miſer eſt.* In Epiſt. ad Marcum Presbyt.

Sanctum tamen eſt, diſciplinæ cauſâ, proximum vel alium ſubditum objurgare; quomodo Chri-

Digitized by Google

ſtus diſcipulos in Emmaus euntes, ſtultos appellavit; & Apoſtolus, Galatas inſenſatos; non convitiandi animo, ſed ſtudio corrigendi. Unde & D.Aug. *Dilige, & dic quod voles: nullo modo maledictum erit, quod ſpecie maledicti ſonuerit, ſi memineris ſenſeriſque te in gladio verbi Dei, liberatorem hominis eſſe velle ab obſidione vitiorum.* Licet ergo diſciplinæ & correctionis causâ, ut iraſci, ita & convitio aliquo proximum ferire, ut videat peccati ſui turpitudinem, ſeque emendet; fit enim hoc ex ejus amore; eoque cavendum, hic quoque, ne nimiùm acerbi ſimus, & Chriſtianæ modeſtiæ limites tranſiliamus.

Galat. 5. In cap 6. ad Galat.

Matth. 5. Sed quomodo ſe geret cui irrogatur contumelia? Eam patienter feret, monente Domino; *Si quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram*, id eſt, ſi quis tibi contumeliam fecerit, paratus eſto & aliam ſuſtinere. *Si enim reſponderis maledico*, inquit D. Ambroſ. *ſuperiorem ſe arbitrabitur, quia parem invenit.* Et iterum; *Qui citò movetur injuriâ, facit ſe dignum videri contumeliâ, dum vult indignus videri.* Et; *Peccator eſt, qui nos convitiando provocat, & ſui ſimiles fieri deſiderat.* Ergo S. Auguſtinum ſequere ita monentem; *Paſſus es malum? Ignoſce, ne duo mali ſitis.* Demoſthenes cuidam contumelioſo; *Nolo*, inquit; *tecum in hoc genus certaminis deſcendere, in quo victus victore melior eſt.* Et Xenophon cuidam maledico, *Tu didiciſti maledicere, ego maledicta contemnere.* Homo quidam, inquit D. Baſil. in foro Pericli probris omnibus inceſſebat: is autem minimè curare viſus, toto ferè die ſuſtinuit; deinde veſperi, jam diſcedentem cum lumine comitatus eſt.

Lib. 1. Offic. cap. 5. Ibid. ca. 6. Ibid. cap. 5. In enarrat. Pſal 54. Hom. 24.

Patienter ergo ferenda eſt contumelia, niſi cùm improperantis ſaluti expedit, ut ei reſpondeatur,

Digitized by Google

tur, quo ejus audacia comprimatur. Ne fiat quod Minius Publius apud Macrobium ait; *Veterem ferendo injuriam, invitas novam.* Item, quando ſalus aliorum hoc poſcit, ut honor noſter conſervetur. Quod locum maximè habet in perſonis publicis, quarum eſt aliis conſulere, quod facere non poterunt ſi nimiâ dejectione vileſcant, inquit S. Auguſt. in epiſt. ad Aurelium. *Non quæro, inquies, honorem,* ait D. Hieron. *ſufficit mihi conſcientia mea. Sed ubi honor non eſt, ibi contemptus eſt.* Ubi verò contemptus, quis poterit eſſe fructus? *Propter nos,* inquit S. Auguſt. *conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis.*

Lib. 2. Satur. cap. 7.

Epiſt. 64. Ad Heliod.

Ser. 1. de communi vit. clericor.

Cavendum tamen ne convitium convitio repellatur, ſed ſic honor defendatur, ut dicas verum non eſſe quod dicitur, vel contumelioſum malè agere, & injuriam inferre: vel eum ex ira loqui, aut inconſideratè, vel alio ſimili modo. Is autem qui contumeliam iutulit, meminerit reparare diminutionem dignitatis in aliorum opinionibus ex contumelia ortam per exhibitionem honoris & reverentiæ: & læſo ſatisfacere de injuria veniamque petere. Hoc autem imperat Dominus in Evangelio: ubi poſtquam dixiſſet; *Qui dixerit fratri ſuo fatue,* &c. ſubdit mox; *Vade reconciliari fratri tuo.* De quo eſt ſalutaris admonitio D. Auguſtini in Regula: *Quicunque convitio, vel maledicto, aut etiam criminis objectu, aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quantocius curare, quod fecerit; & ille qui læſus eſt ſine diſceptatione dimittere. Si autem invicem ſe læſerint, invicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras,* &c. Quam ceperit utilitatem Monica ex contumelia ancillæ quæ illam vocabat meribibulam, narrat Aug. in Confeſſ. lib. 9.

Matth. 5.

cap.8.*illo enimſtimulo percuſſa reſpexit fœditatem ſuam dãmnavit, atque exuit. Sicut enim amici adulantes pervertunt, ita inimici litigantes plerumque corrigunt.*Quid autem aliquo crimine objecto agendum ſit docet Plutarchus, quem citamus Mon. 14. parte 4. Diogenes *ad ſalutem opus eſſe dicebat vel bonis amicis vel acribus inimicis*; quòd illi docent, hi redarguunt. Idem Plutarch. de adulat. & amico.

Detractio verò eſt, quæ occultè nocet proximo, auferendo ei famam bonam, & bonam opinionem quam de eo alij conceperant: quod fit dum audiens credit narranti alterius peccatum vel miſeriam, aut neganti ejus bonum. Vel eam diminuendo: quod fit, quando audiens incipit vacillare in bona opinione, quam de proximo habere ſolet. De hoc peccato ſcriptum eſt; *Si mordeat ſerpens in ſilentio nihil eo minùs habet, qui occultè detrahit*, id eſt, ut Hieron. interpretatur: *Serpens & detractor æquales ſunt: Quomodo enim ille occultè mordens, venenum inſerit; ſic iſte clàm detrahens, virus pectoris ſui diffundit in fratrem, & nihil habet à ſerpente ampliùs. Cùm enim lingua hominis ad benedicendum Deo, & ædificationem proximi ſit creata, ille eam ſerpenti æqualem facit, dum virtutibus ejus in perverſum abutitur.* Comparat detractores D. Baſil. vulturibus & muſcis: *Illi enim multis pratis ac ſuaveolentibus locis prætervolatis, ad putrida, fœtidaque feruntur: hæ quod in corpore ſanum ac integrum eſt, prætereuntes, ulceri ſe applicant. Remove à te os pravum*, ait Sap. *& labia detrahentia ſint procul à te.* & D. Iacobus; *Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri, detrahit legi.* Videlicet, iſtud prohibenti, & contrarium jubenti, quaſi vel nulla eſſet, vel injuſta.

[Margin: Eccleſ. 10. & ibi Hier. — In Conc. de Invidia. — Prov. 4. — Iac. 4.]

Refert Poſſidonius de S. Auguſtino, quòd contra

[Margin: In vita cap. 22.]

tra peſtilentiam humanæ conſuetudinis, in menſa ita ſcriptum habebat:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

Et ideò omnem convivam à ſuperfluis, & noxiis fabulis & detractionibus ſeſe abſtinere debere, admonebat. Nam & quoſdam ſuos familiariſſimos Coëpiſcopos, illius ſcripturæ oblitos, & contra eam loquentes, tam aſperè aliquando reprehendit commotus, ut diceret, aut delendos eſſe illos de menſa verſus, aut ſe de media refectione ad ſuum cubiculum ſurrecturum. Quod ego, inquit Poſſidonius, & alii qui menſæ illi interfuimus, experti ſumus. Frequenter etiam D. Hieron. dehortatur ab hoc vitio: *Nulli*, inquit, *unquam omnimo detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis. Magiſq; vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere. Ac ſemper memor eſto Scripturæ dicentis; Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pejor autem eſt detractio in magni nominis viris*, inquit Aug. *quàm in plebeiis.* Item familiæ, domus, civitatis, patriæ, ſtatus, quam unius perſonæ.

Ibidem. In epiſt. ad. Celant. Prov. 20. juxta 70. In Pſal. 49. Hier. ibid.

Pauci admodum ſunt, qui huic vitio renuntient; raroq; invenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, ut non libenter reprehendant alienam. Tantáq; hujus mali libido invaſit mentes hominum, ut etiam qui procul ab aliis vitiis receſſerunt in iſtud tamẽ, quaſi extremum Diaboli laqueum, incidant. Et alibi; *Pudet dicere; de cavernis cellularum damnamus orbem; in ſacco & cinere volutati, de Epiſcopis ſententiam ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitentis regius animus?* &c. Et Aug. *Nemo*, inquit, *laceret ſervos Dei; quia non expedit lacerantibus. Servis quidem Dei merces falſis detractionibus creſcit; ſed creſcit pœna etiam detrahentibus. Non ſine cauſa dictum eſt;*

Ad Marcum Preſbyr. Ser. 2. de communi vita. clerit.

Matth. 5. *eſt; Gaudete & exultate, quando detrahunt de vobis, dicentes falſa: quia merces veſtra magna eſt in cælis. Nolumus cum detrimento veſtro magnam habere mercedem. Minùs ibi habeamus, & tamen vobiſcum ibi regnemus.* Rurſum In epiſt. ad Aſellam. Hieron. *Periculoſum eſt judicare de alterius ſervo, ne facilis venia, prava dixiſſe de rectis.*

Rom. 14. Rom. 1. Certè Apoſtolus Romanis ſcribens, detractores recenſet inter dignos æternâ morte. Nocet enim detractor in bono nomine, quod inter res externas Prov. 22. eſt præſtantiſſimum. Sicut ait Sapiens; *Melius eſt nômen bonum, quàm divitiæ multæ: ſuper aurum enim & argentum, gratia bona.* Hinc Cato; *Omnia ſi perdas, famam ſervare memento.* Et Plautus in Moſtellar. *Ego ſi bonam famam ſervaſſo, ſat ero dives.* Non autem detrahit ille, inquit D. Baſil. *qui neceſſe habet conſultare cum aliis, qui ad hoc idonei judicati ſunt, quo pacto corrigendus ſit qui peccatum admiſit. Nec ille qui neceſſitate poſcente aliorum periculo conſulit. Vnde ab Apoſtolo ſcriptum eſt; Alexāder ærarius multa mihi mala oſtendit, quem & tu devita. In reg. breu. inter. 25.*

Qui autem detractorem libenter audit, gaudens alium infamari, vel inducit eum ad infamandum, aut in detractione fovet, ei cùm detrahit præbendo amicabilem faciem, manifeſtè ſociatur peccato detractoris, & æquè damnationi redditur ob-Prov. 24. noxius. Sicut dicit Salomon; *Cum detractoribus non commiſcearis; quoniam repentè conſurget perditio eorum: &* Ad Nepotian. *ruinam utriuſq; quis novit?* Tam ejus, ſcilicet, qui Ad Ruſticū. detrahit, quàm illius, qui aurem accommodat detrahenti, inquit Hieron. D. Proſper *ad Temperantiæ* Lib. 3. de vit contēp. cap. 19. *virtutem pertinere dicit, quòd nulli detrahimus, nec detrahentes ſuſtinemus: ſcientes, quòd tam illi qui detrahunt, quàm illi qui detrahentibus acquieſcunt, vanitatis morbo corrupti*

corrupti ſunt. Et S. Bern. *Detrahere an detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim.* Lib. 2. de conſiderat.

Abſentem, ait Poëta, *qui rodit amicum, Qui non defendit alio culpante; hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.* Horat. lib. Serm. 1. Sat. 4.

Timenti ergo Deum, optimum eſt, obſervatuque neceſſarium, illud Sapientis; *Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire: & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis.* Eccleſ. 28. Item illud; *Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem.* Prov. 25. *Diſcat detractor*, inquit Hieron. *dum te videt non libenter audire, non facilè detrahere. Et beatus, qui ita ſe contra hoc vitium armavit, ut apud eùm detrahere nemo audeat. Sed hoc ideò malũ celebre eſt, idcirco in multis fervet hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter auditur.* In Epiſt. ad Nepotian. In Epiſt. ad Celant. Et alibi; *Detractor, cùm triſtem faciem viderit audientis, imò ne audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat judicium ſanguinis, ilicò conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliva ſiccatur.* In Epiſt. ad Ruſtic. Eleganter D. Chryſoſt. *Dic*, inquit, *proximo detrahenti: Habes quẽ laudes? aures aperio, ut unguenta ſuſcipiam. Si verò malũ velis dicere, obtura aures. Non enim ſtercus & cœnum accipere ſuſtineo.* Hom. 3. ad popul. Propheta David; *Detrahentem*, inquit, *ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar.* Pſal. 100. Et de viro iuſto ait; *Opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.* Pſal. 14.

Sed quomodo ſe geret is cui detrahitur? Patienter ferre poteſt detractionem; modò infamia ſua non ſit alijs nocumentum. Vide part. 2. Mon. 113. *Curam habe de bono nomine*, inquit Sapiens, *hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri, pretioſi & magni.* Eccleſ. 41. Oſtendit ſæpè D. Auguſt. quàm non debeamus de ſeruanda fama eſſe negligentes. Ita enim ait; *Duæ res ſunt, conſcientia & fama: conſcientia tibi, fama proximo neceſſaria eſt. Qui fidens* Ser. 1. de vita com. clericor.

Digitized by Google

dens cōſcientiæ ſuæ famam ſuam negligit, crudelis eſt maximè in iſto loco poſitus, de quo dicit Apoſtolus ſcribens ad diſcipulum ſuum; Circa omnes teipſum bonorum operum præbe exemplum. Et alibi, *Quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit; quiſquis autem etiam famam, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra; & utique etiam quod aliis miſericorditer miniſtramus ad ſalutem, ad noſtram quoque redundat utilitatem.*

Tit. 2.

De bono. viduit. c. 22.

Is verò qui detrahendo, injuſtè alterius famam abſtulit vel diminuit, tenetur eam redintegrare: ſicut & ille qui inducit alium ad detrahendum, & qui detractorem fovet, & qui ex officio tenetur famam proximi defendere, vel detractorem cohibere (etſi in animo ei diſpliceat detractio) nec id facit. Hi (inquam) tres etiam ad famæ ablatæ reſtitutionem tenentur. *Si verò res aliena,* inquit S. Auguſt. *propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Quod in omnibus injuſtitiæ generibus locum habet.

Epiſt. 54.

MONITVM XLII.

Cùm turbæ irruerent in eum ut audirent Verbum Dei, &c.

Lucæ. 5.

OCcaſione turbarum, quæ irruebant in Ieſum, ut audirent verbum Dei, dicendum paucis,

quàm

quàm ſit Chriſtianis neceſſarium id audire. Primò, quòd teneantur ea diſcere, lege naturæ ac fidei, quæ ſaluti ſuæ ſunt neceſſaria, quæ ferè extra conciones ſacras non diſcuntur. *Pauciſſimis enim donatum eſt*, inquit S. Auguſt. *ut per ipſum Dominum vel Angelos cælorũ doctrinam ſalutis accipiant. Multis verò id eſt donatum ut Deo per homines credant.* Vult Deus homines per homines diſcere, *ne*, inquit idem Aug. *abjecta videretur humana conditio, & ut mutua inter homines charitas foveatur.* De bono. perſev. c. 19. Vide in Prologo de doct. Chriſt.

Neceſſarium ergo audire verbum Dei, ratione finis, qui imponit neceſſitatem omnium eorum, quæ ſunt ad finem. Ut ſi infirmus ad ſanitatem venire vult, debet ſumere medicinas. Sic finis noſter, Deus eſt. *Domine, feciſti nos ad te*, ait Auguſt. ad quem non poſſumus peruenire, niſi per debita media; quæ ſunt virtutes, quas optimè cognoſcimus per verbum Dei. *Fides*, ait Apoſt. *ex auditu eſt; auditus autem per verbum Dei.* Sic de reliquis virtutibus. *Notas mihi feciſti vias vitæ*, inquit Propheta. *Fecit nobis notas vias vitæ*, ait S. Ambroſ. *cùm nos docuit fidẽ, miſericordiam, juſtitiam, caſtitatem, &c. his enim itineribus pervenitur ad vitam. Invocat te Domine fides mea*. inquit Auguſt. *quam dediſti mihi, quam inſpiraſti mihi per humanitatẽ Filii tui, per miniſterium prædicatoris tui.* Lib. 1. confeſſ. cap. 1. Rom. 10. Pſal. 15. Serm. 74. Aug. lib. 1. Confeſ. c. 1

Deinde neceſſarium eſt, ratione nutrimenti; nullum enim animal vivere poteſt ſine nutrimento, ut ait Philoſophus, & docet experientia. Homo componitur ex corpore & animo; & ſicut corpus non poteſt vivere ſine cibo materiali, videlicet, pane, vino, & aliis; ita nec anima ſine ſpiritali. Spiritalis autem cibus, eſt verbum Dei. Unde Chriſtus in Evang. *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni* Lib. 2. de anima. Matth. 4.

Lib. 1. Diu. Iuſt. cap. 1. *omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Et Lactãtius; *Nullus ſuavior animæ cibus, quàm cognitio veritatis.* Quæ ubi rectiùs ac ſecuriùs diſcitur, quàm in verbo Dei? Hom. 15. in Evang. *Verba Dei,* inquit S. Gregor. *quæ aure auditis, corde retinete; cibus enim mentis eſt ſermo Dei.*

Extra. de conſ. c. Procurationes. De Cõſecr. diſt. cap. 1. Sacerdote. Ideo tam ſtrictè præcipit Eccleſia Paſtoribus, ut prædicent aut prædicari faciant in Eccleſiis ſuis verbum Dei; ita ut ſi deeſſet prædicator, legi voluerit à Diaconis populo homilias Patrum. Similiter præcipitur populis, ut prædicatores audiant: *Sacerdote prædicante verbum Dei in Eccleſia, qui egreſſus fuerit de auditorio, excommunicetur.* Periculoſè certe laborat, Sent. apud Proſp. qui faſtidio verbi Dei laborat. Unde D. Aug. *Sicut corpori noxium eſt, corpoream eſcam nõ poſſe percipere; ita animæ periculoſum eſt, ſpiritales delitias faſtidire.* De quo Pſalm. 106. Pſalm. 101. faſtidio David; *Omnem eſcam* (ſpiritalem) *abominata eſt anima eorum.* Sed quid inde mali, vel periculi? *Et appropinquaverant uſque ad portas mortis.* Et in alio Sent. apud Proſp. 193. Pſalmo; *Percuſſus ſum ut fœnum; & aruit cor meum; quia oblitus ſum comedere panem meum* (ſpiritalem.) Imò auditor verbi ſimilis eſſe debet animalibus, quæ ob id quòd ruminabant, munda dicebantur. Comedat ergo, audiendo; ruminet, meditando.

Lib. 1. Metaphys. Li. 1. Offic. Tertiò, ratione cognitionis. *Omnis homo,* inquit Philoſophus, *naturaliter ſcire deſiderat.* Et Cicero; *Omnes ducimur, & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ* Lib. 1. Tuſculã. quæſt. *cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus.* Et iterum; *Ineſt mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi.* Cùm igitur ſit infinitus numerus ignorantium veram ſcientiam & doctrinam, natura debet eos movere ad audiendum verbum Dei, ubi Vide Hierõ. in epiſt. ea traditur & docetur. Ad quod etiam induci debemus exemplis Philoſophorum, qui maximo labore

bore & ſtudio ſcientiam quæſierunt diverſas orbis partes peragrantes, etiam non neceſſariam; quantò magis Chriſtiani laborare debent, ut comparent ſibi ſcientiam ſalutis? ad Paulin.

Infelix homo, inquit D. Auguſt. *qui ſcit illa omnia* (curſum planetarum, naturam elementorum, vires herbarum &c.) *te autem* (Domine) *neſcit: Beatus autē qui te ſcit, etiāſi illa neſciat. Qui verò & te & illa novit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt, ſi cognoſcens te, ſicut Deum glorificet & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.* D. Baſil. recitat & probat hos verſus Heſiodi; Lib. 5. Conf. cap. 4. Hom. 24.

Optimus ille quidem, qui per ſeſe omnia novit.
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.
At qui nec ſapit ipſe, neque audierit ſapientem,
Vtilis hic nulla eſt omnino in parte putandus.

Poſtremò, verbum Dei diligenter audiendum. *Habet enim* inquit S. Hieron. *neſcio quid latentis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de ore authoris transfuſa, fortiùs ſonat. Vnde & Æſchines, cùm Rhodi exultaret, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam adverſus eum habuerat, mirantibus cunctis, atque laudantibus, ſuſpirans ait; Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſonantē?* Et D. Aug. *Habent*, ait, *omnes affectus ſpiritus noſtri, pro ſui diverſitate proprios modos in voce, quorum neſcio quâ occultâ familiaritate excitentur.* Plinius invitans nepotem ſuum, ad audiendum virum quendam doctum ac eloquentem; *Dices*, inquit, *Habeo hìc quos legam, non minùs diſertos. Etiam: Sed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper. Præterea multò magis, ut vulgò dicitur, viva vox efficit. Nam licet acriora ſint, quæ legas, altiùs tamē in animo ſedent, quæ pronūtiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit,* Adfert exēplum de Aeſchine In Epiſt. ad Paulinum. Lib. 10. Conf. c. 33. Lib. 2. epi. 5

jam

jam dictum. Vivæ vocis energiam oſtendit Valer.
Lib 6. c. 9. Max.in Polemone ; Hic perditæ luxuriæ adoleſcens, neque illecebris tantummodò, ſed etiam ipſâ infamiâ gaudens, Xenocratis orationis unius ſaluberrimâ medicinâ ſanatus eſt,ac ex infami ganeone maximus Philoſophus evaſit. Quid dico de oratione Xenocratis ? Nònne verbo Dei con-
Heb. 4. verſus eſt ac ſanatus univerſus orbis?*Vivus eſt ſermo Dei & efficax*,inquit Apoſt. *penetrabilior omni gladio*
Lib. 1.ep. 1. *ancipiti*. Sic Horatius in epiſt.

Fervet avaritia, miſeraq; cupidine pectus!
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis,& magnam morbi deponere partem.

Unde tam diligenter diſcipulum ſuum horta-
2. Tim.4. tur Apoſtolus;*Prædica verbum:inſta, oportunè, importunè : argue,obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.*

Adjungenda eſt hîc ſententia D. Petri quam dixit Chriſto,videlicet;*Per totam noctem laborantes nihil cepimus*, eaque à nobis ſpiritualiter explicanda.
1. Theſſ. 6. Sunt inter homines filii noctis & tenebrarum : ſunt & filii lucis atq; diei. Utrique laborant, illi per noctem,hi per diem ; quia illi in tenebris ignorantiæ & iniquitatis, hi in luce veritatis & juſtitiæ verſantur. Sed illi laborando, nihil capiunt ; hi, multum. Quantum laborant avari, ut pecuniam congregent?quantum ambitioſi, ut honores aſſequantur?quantum luxurioſi, ut voluptates, &c. Dicunt hi
Sap. 5. apud Sapientem; *Ambulavimus vias difficiles,imò, laſſati ſumus in via iniquitatis.*

Eviſcerant ſe araneæ, & magno labore & ſtudio telam texunt. Et quid capiunt ? Muſcas. Sic terreni homines ſe curis laboribuſque conficiunt ; & quid

omnibus

omnibus iſtis aſſequuntur niſi muſcas? id eſt, res vanas & nihili. Muſcæ animalcula ſunt inquieta & hominibus moleſta: ſic terrena omnia moleſtis & aſſiduis ſolicitudinibus animas ſæcularium conficiunt. Cum labore quæruntur, cum timore poſſidentur, cum dolore amittuntur. De impiis dicitur; *Telas araneæ texuerunt; opera eorum opera inutilia.* Et, *Defecerunt in vanitate dies eorum.* Et; *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt in manibus ſuis.* Hinc ipſimet in inferno dicant; *Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam umbra.* Iſaiæ 59. Pſal. 77. Pſal. 75.

Laborant etiam filij lucis, *Prior eorum labor eſt*, inquit Aug. *ut diſpliceant ſibi, ut peccata ſua expurgent, ut mutentur in melius; Secundus; labor eſt, pro eo quod mutati ſunt, ferre tribulationes & tentationes hujus ſæculi, & inter illas perſeverare uſque in finem.* Et alibi idem Aug. *Præter mala hujus vitæ, bonis maliſque communia, juſti propropríos quoſdam labores habent; quibus non ſolùm adverſus Diabolũ, ſed etiam adverſus propria vitia militãt; ac in iſtis præliorum tentationibus periculiſq; verſantur, aliquando concitatiùs, aliquando remiſſiùs; non tamen deſinit caro concupiſcere adverſus ſpiritũ, & ſpiritus adverſus carnem, ut non ea quæ volumus, faciamus, omnem malam concupiſcentiam conſumendo, ſed eam nobis, quantum divinitus adjuti poſſumus, non ei conſentiendo ſubdamus.* In Pſal. 59. De civit. lib. 22. c. 23. Gal. 5.

Laborant ergo & illi, ſed multum capiunt. Ex illo enim labore referunt hîc fructum gaudij & pacis conſcientiæ; poſteà percepturi fructum vitæ æternæ. Dicit Deus de electis ſuis; *Non laborabunt fruſtra. Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus*, inquit, Sapiens. Et, *Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Stabiles eſtote & immobiles*, ait Apoſt. *abundan-* Iſaiæ 65. Sap. 3. Sap. 10. 1. Cor. 15

tes in opere Domini ſemper, ſcientes, quòd labor veſter non
Apoc. 14. *eſt inanis in Domino.* Et Ioannes in Apocal. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur; amodò enim dicit eis ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis; opera enim illorum ſequuntur illos*, ut videlicet, à Deo remunerationem accipiant. Cùm poſt tot tamque præclara bona opera Tobias adhuc à Deo cæcitate percuſſus eſſet; putabant ejus amici, quòd fruſtrà laboraſſet, dicentes;
2. Tob. 2. *Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleëmoſinas & ſepulturas faciebas?* Sed eos redarguens, *vitam illam*, inquit, *expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Strenuè laboraverat Apoſtolus,
2. Tim. 4. dicens, *Bonum certamen certavi* (contra mundum, carnem, diabolum) *fidem ſervavi*, (quod etiam laborioſum ac difficile inter tot errores, & veriſimiles falſitates) *curſum conſummavi*; (perſeverantiam maximè ſtudet impedire inimicus): laboraverat ergo
Ibidem. ſtrenuè, ſed non fruſtrà; ſubdit enim: *In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex: non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt adventum ejus.*

MONITVM XLIII.

Accipiens ſeptem panes, gratias agens, fregit, &c.

Marci 8.

TRia nobis dicenda: Primum, de Chriſti gratiarum actione. Etſi Chriſtus in omni munere,
1. tam

re, tam corporali quàm ſpirituali, Deo Patri gratias egerit; Evangeliſtæ nihilominus non deſcribunt eum gratias egiſſe, niſi eum oſtendant peculiare aliquod munus à Deo impetraſſe. Ut egiſſe tunc gratias legitur, cùm Lazarum reſuſcitaret: Rurſum, quando Apoſtolis humilibus revelata ſunt myſteria redemptionis humanæ, ſuperbiſque abſcondita: rurſum in admirandis illis miraculis cùm paucos panes ac piſciculos ſatiandis turbis multiplicaſſet. Ubi quidem etiam eſum corporis Dominici præſignatum fuiſſe, non videbitur improbabile perſpicienti caput 6. Ioannis. Quamobrem D. Ambroſ. *Myſticum eſt*, inquit, *quod & manducans populus ſatiatur, & Apoſtoli miniſtrant: Nam & in ſatietate repulſa in perpetuum famis indicium deſignatur; quia non eſuriet, qui acceperit cibum Chriſti, & in Apoſtolorum miniſterio futura diuiſio Dominici corporis ſanguiniſq; præmittitur*. Rurſum, accepto calice, ad vetus illud Paſcha, cui finem deſiderabat imponere, pertinente, gratias egit; ob hoc nimirum, quia vetera tranſitura, & ventura fuerant omnia nova.

Ioan. 11. Matth. 11. Ioan. 6. In cap. 9. Lucæ. Marc. 14. 2. Cor. 5.

Poſtremò in conſecratione Euchariſtiæ, poſt cuius etiam conſummationem, hymnum Deo Patri cecinit; quod iterum feciſſe; alibi nuſquam invenias. Quum ergo alibi gratiarum actio ab Evangeliſtis recenſita, munus Dei ſingulare (ob quod gratias ageret) quiddamque magnum deſignet, imò rerum commutationem in melius, etiam hîc quæ ſeorſum in pane, ſeorſum in calice facta eſt, & hymnus poſt adiunctus eximium quiddam ſignificare, nemini dubium eſſe poteſt. Vnde Ven. Beda in illa verba, *Accepto pane, gratias egit*, &c. *Finitis*, inquit *Paſcha veteris ſolenniis, quæ in commemoratio-*

Matth. 26. In cap. 22. Lucæ.

nem antiquæ de Ægypto liberationis agebãtur, trãſiit ad novum, quod in ſuæ redemptionis memoriam, Eccleſia frequẽtare deſiderat. Vt videlicet, pro carne agni vel ſanguine, ſuæ carnis ſanguiniſq; Sacramentum, in panis ac vini figura ſubſtituens, ipſum ſe eſſe mõſtraret, cui juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Et ante eum D. Hieron. *Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat; aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur Sacramentum, ut quomodo in præfiguratione ejus Melchiſedech ſummi Dei Sacerdos panẽ & vinum offerens, fecerat, ipſe quoq; veritatẽ ſui corporis & sãguinis repræſentaret.*

Pſalm. 109. In cap. 26. Matth. Pſalm. 103. Geneſ. 14.

Secundum, de Chriſti benedictione. Dicitur hîc benedixiſſe panes & piſces. Benedictio autem Dei circa creaturam, creaturæ in melius mutatio eſt. Sic hîc benedicuntur panes & piſces, dum multiplicantur: Sicut benedicitur à Deo genus humanum, dum fœcunditate donatur: benedicuntur gentes in ſemine Abrahæ, dum Spiritum ſanctum ſibi promiſſum accipiunt; benedicuntur Apoſtoli, dum gaudio ex Chriſti glorificatione perfunduntur, & Spiritus ſancti exſpectatione eriguntur. Sicut è diverſo ficus dum malediceretur, exaruit; & Iudæi dum maledicuntur, regnum Dei amittunt.

Geneſ. 19. Geneſ. 15. Luc. ult. Matth. 21. Matth. 26.

Denique dum panis in cœna à Chriſto benedicitur, in melius commutatur. Unde pulcherrimè D. Ambroſ. *Quantis jam utimur exemplis, ut probemus non hoc eſſe quod natura formavit, ſed quod benedictio conſecravit, majoremque eſſe vim benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur.* Ubi novem Propheticas benedictiones enumerat Ambroſ. 1. Virga Moyſis verſa in ſerpentem: 2. Serpens rurſus in

De iis qui myſter initiant. cap. 9. Exod. 4.

in virgam. 3 Aqua fluvii in Ægypto verſa in ſangui- Exod. 7.
nem. 4 Sanguis rurſus in aquam. 5. Mare rubrum di- Exod. 14.
viſum in duo. 6. Iordanis converſus eſt retrorſum. 7. Pſal. 113.
Petra percuſſa virgâ vomuit aquas. 8. Aquæ amaræ Exod. 17.
dulces factæ immiſſione ligni. 9 Heliſæus fecit fer- Exod. 15.
rum natare. Deinde ſubdit Ambroſ. *Advertimus igitur* 4. Reg. 6.
majoris eſſe virtutis gratiam, quàm naturam, & adhuc Ibidem.
tamen Propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod ſi tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret, quid dicemus de ipſa conſecratione divina, ubi verba ipſa Domini Salvatoris operantur?

Sic & Gregor. Nyſſenus; *Rectè verbo ſanctificatum panem in Dei corpus credimus immutari.* Et infrà; *Hæc autem tribuit virtus benedictionis, in illud, rerum quæ videntur, panis & vini naturam mutans.* Et S. Cypria. *Panis iſte quē Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie ſed naturâ mutatus, omnipotentiâ verbi factus eſt caro.* Licet adhuc poſt benedictionem panis appelletur: propterea quòd ex pane conſecretur; ſicut in Exodo, Serpens vocatur virga, quia virga Aaron in eum verſa fuit. item quia prioris panis accidentia, formaſque retineat, & tāquam panis nutriat: quomodo Adam terra vocatur, quia ex terra factus, terræ conditiones in ſe habet.

Orat. magna Catechet. cap. 37. Ibidem. De cœna Domini. 1. Cor. 11. Exod. 7. Geneſ. 3.

Tertium; Quomodo à nobis ſanctificetur; & benedicatur cibus ut Apoſt. ait; hactenus, videlicet, quatenus eo utimur ad honorem Dei; quod mandat Apoſtolus; & hoc ab eo petimus; atque eum Dei cultui applicamus. Item, quia mundatur à poteſtate diaboli, ne ab eo inficiatur, vel per eum nos in comeſſationes & ebrietates incitet. Nam quantum poteſtatis uſurpaverit ſibi ante Chriſti adventum diabolus, ad variis modis nocendum hominibus etiam per cibos & alimenta, vide apud Euſebium, &

1. Tim. 4. 1. Cor. 10.

De civit li. 4. ca. 19. 26. lib. 18. cap. 16. 17. 18. Auguſt. Narrat Auguſtinus de mulieribus, quæ dabant aliquid in caſeo viatoribus, unde ilico vertebantur in jumenta. Narrat quoque Gregor. ſumptâ lactucâ non benedictâ, dæmonem obſediſſe Monialem quandam. Hinc in Eccleſia ſal benedicitur & exorcizantur cibi qui benedicendi ſunt. Agit autem Apoſtolus contra illos qui communia quædam ex creaturis eſſe arbitrantur. *Duo igitur capita ponit. Vnum quidem quòd creatura nulla communis ſit. Secundum, quòd etſi communis ſit, medicamentum in promptu eſt; Signum illi crucis imprime, gratias age, Deo gloriam refer, & protinus immunditia abſceſſit.* ait Chryſ.

Lib. 1. Dialog. cap. 4.

Rom. 14.

1. Tim. 4. Dicitur etiam cibus *ſanctificari per verbum Dei*, id eſt, per ipſam doctrinam Dei; quæ ſanctificat, non quia dicitur, ſed quia creditur: ut ſecundùm hoc præceptum Apoſtoli fieri intelligatur, non ſolùm quòd oramus ante cibum, ſed etiam quòd in menſa ſpirituale aliquid legitur, tractatur, cogitatur, ut faciendum docet D. Auguſt. *ut dum corpus edendo reficitur, ſua etiam animæ refectio præbeatur: per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.* De qua re latiùs alibi dictum eſt.

Epiſt. 109.

Mon. 23.

MONITVM XLIV.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Matth. 7.

SEcundùm ſpiritualem hujus ſententiæ ſenſum, falſi Prophetæ ſunt, Cupiditates malæ nobis à

natura

Digitized by Google

natura inſitæ, ſeu congenitæ, vel etiam conſuetudine contractæ, quæ nobis obſiſtunt in via Domini, & ab ea ad peccata trahere conantur. *Quicquid in mundo eſt*, inquit S. Joannes, id eſt, in homine corrupto, videlicet, ad mores pertinens (nam etiam eſt anima & corpus) *concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Cum his nobis aſſidua congreſſio, & moleſta luctatio eſt, ut pulchrè D. Cyprian. *Cum avaritia nobis*, inquit, *cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreſſio eſt, cum carnalibus vitiis, & illecebris ſæcularibus aſſidua & moleſta luctatio. Si avaritia proſtrata eſt, exurgit libido; ſi libido compreſſa, ſuccedit ambitio; ſi ambitio contempta eſt, ira exaſperat*, &c. Loquitur autem Cypr. de concupiſcentiis pravis iſtorum vitiorum, quæ nec ſanctis deſunt. Sicut & Apoſtolus Paulus, ita monens Chriſtianos; *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Ubi & fornicatio, & mala concupiſcentia, & avaritia nominatur. *Quomodo autem mortificat jam baptizatus fornicationem, quam jam non perpetrat? niſi cùm deſideria ejus*, inquit S. Auguſt. *quibus non conſentit, expugnat?* quæ etiam in benefacientibus, & omninò non fornicantibus, non deſunt.

1. Ioan. 2.

In tract. de Mortalit. Aug. lib. 2. cont. Iulian. cap. 8.

Coloſſ. 3.

Cont. Iulia. lib. 6. ca. 5.

Sunt ergo Pſeudoprophetæ. 1. quia docent mala, & ad ea incitant, ad fornicationem, ſuperbiam, invidiam, iram, injuſtitiam, & ſimilia vitia: quæ omnia contra legem Dei ſunt. Paulus ad Romanos, *Concupiſcentia*, inquit, *inimica eſt Deo; legi enim Dei non eſt ſubjecta, nec enim poteſt.* Deinde conantur homini perſuadere quòd ei bene ſit cum illis, quando eis obtemperat, vel bonis terrenis, quæ illæ expetunt, fruitur; ſed mentiuntur. *A quo enim habet homo ut ſit, apud illum habet, ut ei bene ſit*, ait S. Proſp.

Rom. 8.

Sent. 237. lib. 4. con.

Lib.4.conf. cap. 10. *Quaqua verſum ſe verterit anima hominis,ad dolores figitur, præterquam in te,Domine,*ait D. Auguſt.*Et tanta*
Lib.3.de li arbit.ca. 15. *eſt beatitudo juſtitiæ, ut nemo ab ea niſi ad miſeriam poſſit abſcedere,* inquit idem.

Epheſ. 4. Ait Apoſtolus, *veterem hominem corrumpi,* id eſt, in corruptione proficere, *per deſideria erroris*; iis, videlicet, obſequendo. Et vocat deſideria erroris, quia in iis non invenitur, niſi error & mendacium.
Pſal. 4. Unde & David;*Vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium?*non enim præſtant felicitatem,quam promittunt; fallunt:experitur enim homo ſe miſeriorem
In Pſal. 26. habendo, quàm carendo. Unde D. Auguſt. *Multi miſeri ſunt magis, habendo quod amant, quàm carendo. Amant enim res noxias miſeri, habendo ſunt miſeriores.*
Lib.1.ca. 6. de voc. Et S. Proſp. *Vitiata voluntas hominis, per omnem ſui experientiam miſerior eſt fruendo his quæ concupierit,*
De natura boni.cap. 7. *quàm carendo. Tale bonum eſt Deus,*inquit D. Auguſt. *ut nemini cum deſerenti benè ſit: & in rebus à Deo factis, tam magnum bonum eſt, natura rationali,ut nullum ſit bonum, quo beata ſit, niſi Deus.*

Attendite ergo ab illis; nec animo conſentite, nec opere explete; imò, ſi fieri poteſt; penitus mor-
Pſal. 17. tificate. *Obſervabo me,*inquit David,*ab iniquitate mea,* id eſt, concupiſcentia, quæ in me eſt, ne videlicet ea delectet, ne conſentiam, ne expleam. Surgit ira, obſervabo me ab iniquitate mea; ſurgit libido, obſervabo me ab iniquitate mea; ſurgit ambitio, ob-
Vide Aug. lib. 2. cont. Iulian. ſervabo me ab iniquitate mea, &c. Vocat autem ipſam concupiſcentiam, iniquitatem, quia hoc iniquum eſt, carnem concupiſcere adverſus ſpiritum;
Pſal. 118. ancillam dominæ rebellare. Sicut & alibi injuſtitiam vocat; *Non dominetur mihi*, inquit, *omnis injuſtitia.*

Habent

Habent autem hæ cupiditates quædam veſtimenta ovium; quia præ ſe ferunt ſpeciem aliquam boni utilitatis, voluptatis, quæ hominem ad peccandum ſolent illicere, ut piſces eſca ad hamum, ad rete, *Plato voluptatem eſcam ſeu illecebram malorum vocat*, ut ait Cicero, *quòd eâ homines capiantur, ut hamo piſces.* Unde & ab Apoſtolo dicitur peccator *venundatus ſub peccato, quia quiſque animam ſuam diabolo vendit*, inquit D. Auguſt. *accepto tanquam pretio, dulcedine temporalis voluptatis*, Sed ſunt intus lupi rapaces quia reverà animam cruentant, ſauciant, occidunt, quando homini dominantur.

De Senect. Rom. 7.

In epiſt. ad Rom. ca. 7.

Vis ſcire quales ſint; *A fructibus earum cognoſcetis eas.* Quis enim non ſentit mala innumera, quando eas explevit? Sequuntur cruciatus conſcientiæ, infamia, pudor, timor, damnatio, &c. Rectè vocantur ab Auguſtino, *ſterilia ſemina dolorum. Qui enim operantur iniquitatem, ſeminant dolores, & metunt eos*, ut eſt in libro Iob. *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet*, inquit Sapiens; pacem conſcientiæ, famam bonam, amicitiam Dei, ſpem ſalutis, &c. Et alibi; *Miſeros facit populos peccatum.* Unde enim omnis miſeria, vel hujus vel futuræ vitæ, niſi ex peccato? *Quem fructum habuiſtis tunc in illis*, ait Apoſt. jam fidelibus, *in quibus nunc erubeſcitis?* Dicit S. Chryſoſt. peccatum partui eſſe contrarium. In ipſo enim partu dolor eſt, nato puero, gaudium. In peccato verò delectatio quædam eſt, illo perpetrato dolor, & gemitus. *Dolor ac voluptas invicem cedunt*, inquit Seneca, *brevior voluptas. Vtiliſſimum eſt Ariſtotelis præceptum*, inquit Valer. Max. *conſiderandas eſſe voluptates non advenientes, ſed abeuntes*, id eſt, non à fronte, ſed à tergo; facie blandiuntur, ſed caudâ feriunt.

Lib. 2. Confeſ. cap. 8.
Iob. 4.
Eccleſ. 9.
Prou. 14.

Rom. 6.
Conc. 4. de Lazar.

In Thyeſte.
Lib. 7. ca. 2.

Ad hoc pertinet exemplum ſerpentis, quod Chriſtus proponit, dicens; *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Obturant aures contra incantatorem; alteram ad terram premunt, alteram caudâ obſtruunt: Sic nos reſiſtere debemus cupiditatibus pravis, partim conſideratione terrenæ noſtræ fragilitatis; partim conſideratione finis infauſti ac infelicis, qui ſequi ſolet. *Si vidiſti,* inquit S. Bern. *hominem ſcalpere manus, & uſque ad ſanguinem confricare, evidentem in eo habes ſimilitudinem animæ peccantis expreſſam: Cedit ſiquidē voluptas illa dolori, & ſuccedit prurituі cruciatus. Neque id ignorabat, ſed diſſimulabat ille dum ſcalperet: ſic laceramus, ſic exulceramus propriis manibus animas infelices. Appetentia voluptatum,* ait Boëtius, *plena eſt anxietatis, ſatietas verò pœnitentiæ: quantos illæ morbos, quàm intolerabiles dolores, quaſi quēdam fructum nequitiæ fruentium ſolent referre corporibus? quarum motus quid habeat incūditatis, ignoro. Triſtes verò eſſe voluptatū exitus, quiſquis reminiſci voluptatum ſuarum volet, intelligit.*

Matth. 10.

De converſ. ad clericos.

Li. 3. proſ 7. de conſol.

Habes exempla in Prato ſpirituali, de quibuſdam piis fœminis, quæ à religioſis ad libidinem ſollicitatæ, dixerunt eis; *Noli, Pater, Chriſtum time; noli ob brevem voluptatem tot annorum labores perdere, æterniſq; privari bonis. Recole triſtitiam, & pœnitentiæ dolorē. quem paſſurus es; memento gemituum & lachrymarum quas effuſurus es. Ignoras fœtorem infelicium mulierū,* &c. Denique D. Proſper; *Ad pœnam,* inquit; *quæ peccanti debetur, mens, antequam peccet, aſpiciat; cruciatus ac dolores, qui ſolent ſequi peccantem, carnalibus incentivis opponat: & nihil eam peccati oblectat, nec ad peccandum ulla delectatio corporalis inclinat.*

Cap. 39. 204. 205.

De vita cō templ. lib. 3. cap. 10. 11.

MONI

MONITVM. XLV.

Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Luc. 10.

HIc eſt rectus modus diligendi ſeipſum, ſi homo mente & corpore ſerviat atque adhæreat Deo, qui bonum eſt creaturæ rationalis, quod dilectione ſibi acquirit. Quiſquis ergo rectè proximum diligit, hoc cum eo agere debet, ut & ipſe toto corde Deum diligat, quò & ipſe diligendo bonum ſuum acquirat. *Diliges ergo proximum ſicut te ipſum*, id eſt, ad id ad quod teipſum diligere debes, videlicet ad gratiã in præſenti, ad gloriam in futuro. August. de doct. Christ. cap. 22. 26.

Sed nònne reprehenduntur ab Apoſtolo ſeipſos amantes? & nonne Chriſtus dicit; *Qui amat animam ſuam perdet eam?* Et docet Auguſt. *amorem ſui conſtituere civitatem diaboli, atque ex eo omnia alia mala naſci.* Unde & Apoſtolus: *Erunt*, inquit, *homines ſeipſos amantes*: & ſtatim ſubdit; *cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti*, &c. Debet ergo hoc unum diſcere homo, ut ſe benè diligat; benè autem ſe diligit, ſi Deum diligat. *Non eſt enim alia dilectio ſui, quàm quâ diligitur Deus*, inquit, Aug. Unde dicitur, *In his duobus præceptis* (dilectionis videlicet Dei & proximi) *tota lex pendet & Prophetæ.* 2. Tim. 3. Ioan. 12. De civit. li. 14. ca. 28. 2. Tim. 3. Tract. pen. in Ion. Ser. 42. in nou. ſer. Epiſt. 52.

Sic condita eſt mens humana, ait idem Auguſt. *ut nũquam ſe non diligat; ſed quoniam qui odit aliquem, nocere illi ſtudet; non immerito & mens hominis, quando ſibi nocet, odiſſe ſe dicitur. Vnde dicitur; Qui diligit iniquitatẽ, odit animam ſuã. Qui ergo ſe diligere novit, Deum diligit: qui verò non diligit Deũ, etiamſi ſe diligit, quod ei naturaliter inditũ eſt, non inconvenienter odiſſe ſe dicitur, cùm id agit quod ſibi adverſatur, & ſeipſum tãquam ſuus inimicus inſequitur.* Lib. 14. ca. 14. de Trinit. Pſalm. 10.

ſequitur. Et alibi; *Ea dilectio dicenda eſt, quæ vera*
Ibi.li.8.c.7. *eſt, alioqui cupiditas eſt. Hæc eſt autem vera dilectio, ut inhærentes veritati juſtè viuamus, & ideò contemnamus omnia mortalia præ amore hominum, quo eos volumus juſtè vivere: ita enim & mori pro fratribus utiliter parati eſſe poterimus, quod nos Dominus exemplo ſuo docuit.*
1. Ioan. 3.

Hoc itaque notandum, cùm præceptum ſit, diligere proximum ſicut te; qui ſe non diligit, proximum diligere neſcit. Unde S. Auguſt. *Vide ſi jam noſti diligere teipſum, & committo tibi proximũ, quem diligas ſicut teipſum. Si autem non noſti diligere te, timeo ne decipias proximum ſicut te* Et alibi; *Si te interrogem, utrũ diligas te? Reſpõdes, quia diligis. Quis enim odit ſe? ergo nõ diligis iniquitatem. Nam ſi diligis iniquitatem, odis te. Nõ ego dico. Pſalmiſtam audi. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas cõmitti proximũ, ut eum diligeres tanquã te, homo qui perdis te? Si enim tuipſe ſic te diligis, ut perdas te, ſic profectò perditurus es eũ, quẽ diligis ſicut te. Nolo ergo quẽ diligas, vel ſolus peri. Vel corrige dilectionẽ, aut reſpue ſocietatẽ.*

De verb. Dom. ſer. 43.

De diſciplina Chri. cap. 4.

Pſal 10. Vob. 12.

Sunt qui videntur, proximum velle diligere ſupra ſe, ij, videlicet, qui curationi propriæ non intendentes, curam proximi volunt aſſumere. Dicit D. Gregor. maximè curandum eſſe prædicatori (cuivis etiam Chriſtiano) *ne proximum juvando, ſe deſerat, ne alios erigens, ipſe cadat.* Imitandum eſſe gallum, qui *antequam alios clamando excitat, ſeipſum alis verberando, priùs vigilantiorem reddit.* Unde & S. Bern. *Teipſum in multis defectibus sẽtiens, quâ dementiâ te deſerens, aliena curare aut ambis, aut acquieſcis? audi quid conſulat cauta vigilque charitas; Non quòd aliis, inquit, ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate. Noli nimiùm eſſe juſtus; ſufficit ut diligas proximum, ſicut teipſum.*

In Paſt. parte. 4. & parte. 3. cap. 5. 6.

In Cantic.

1. Cor. 8. Eccleſ. 7. Ench. c. 76.

Sic

Digitized by Google

Sic & D. Aug. *Qui vult eleëmoſynā ordinatè dare, à ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primùm dare. Eſt enim eleëmoſyna opus miſericordiæ, veriſſimeq; dictū eſt; Miſerere animæ tuæ placēs Deo. Propter quē dilectionis ordinē, dictum eſt; Diliges proximū tuū, ſicut teipſū.* Et alibi; *Quid eſt, Date eleëmoſynā? Facite miſericordiā. Quid eſt, Facite miſericordiam? Si intelligis, à te incipe. Quomodo enim es miſericors alteri, ſi crudelis ſis tibi? Quid eſt eleëmoſyna? Miſericordia. Audi ſcripturā, Miſerere animæ tuæ placēs Deo.* Eccleſ. 30. De verb. Dom. ſer. 39. Eccleſ. 30.

Et hoc faciendo, faciliùs etiam proximum adduces, ut & ipſe placeat & ſerviat Deo. Unde D. Bern. *Illius doctoris libēter audio vocē, qui nō ſibi plauſum, ſed mihi planctum moveat. Verè turturem exhibes? ſi gemere doceas. Et ſi perſuadere vis, gemendo id magis quàm declamando ſtudeas oportebit. Exemplum ſanè tum in aliis multis, tū vel maximè hoc in negotio, verbo efficacius eſt. Dabis voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades, priùs tibi cognoſceris perſuaſiſſe. Validior operis, quā oris vox. Fac ut loqueris, & non ſolùm me facilius emendas, ſed te quoque nō levi liberas probro. Non jam ad te pertinebit; alligāt onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominū; digito autem ſuo nolunt ea movere. Sed neque illud vereaaris oportet; Tu qui alium doces, teipſum non doces.* Ser. 59. in Cant. Pſalm. 67. Matth. 23. Rom. 2.

Audiant hæc Paſtores, Parentes, magiſtri, & alii ſuperiores, quorum eſt curare, ut ſubditi boni ſint. Imò audiant omnes Chriſtiani; *unicuiq; enim Deus mandavit de proximo ſuo.* De Chriſto dicitur, *Cœpit Ieſus facere, & docere*; &, *potens erat in opere & ſermone.* Opus præcedit, ſequitur ſermo ſeu doctrina. De Tobia dicit D. Auguſt. *Filium docebat vitæ viam, & ei præibat pede charitatis, nuſquam errans.* Et S. Hieron. ad Lætam, de inſtitutione filiæ; *Mementote*, inquit, *magis eam exemplis doceri poſſe, quàm voce. Nullus* Eccleſ. 17. Act. 1. Luc. 24. Lib. 10. confeſ. cap. 34. Hiero. ad Lætam. Ser. de S. Lurt.

bonus

Serm. de S. Laur.

bonus ſibi ſoli bonus eſt, ait D. Leo, *nec cujuſquã ſapientis ſibi tãtũ ſapiẽtia amica eſt. Et hæc verarũ natura virtutũ eſt, ut multos à tenebroſo abducat errore. Facilis ad exhortãdum ſit ratio, efficax ad ſuadendũ: validiora tamen ſunt exempla quàm verba, & plenius eſt opere docere, quàm voce.*

Aug. lib. 1. de doct. Chriſt. cap. 27.

Curare ergo debet homo, ut ordinatam habeat dilectionem: ne aut diligat, quod non eſt diligendũ, aut non diligat quod eſt diligendum; aut amplius diligat, quod minus diligendum eſt, aut æquè diligat, quod vel minus vel amplius eſt diligendum, aut minus vel amplius, quod æquè diligendum eſt. Omnis peccator, in quantum peccator, non eſt diligendus; & omnis homo, inquantum homo, eſt diligendus propter Deum; Deus verò propter ſeipſum. Et ſi Deus omni homine amplius diligẽdus eſt, amplius quiſque debet eum diligere, quàm ſeipſum. Item amplius diligendus eſt alius homo, quàm corpus noſtrum: quia propter Deum omnia iſta diligenda ſunt, & poteſt nobiſcum alius homo Deo perfrui, quod non poteſt corpus, quia corpus per animam vivit, quâ fruimur Deo. Dum autem homo præ omnibus diligit Deum, diligit etiam ſe præ cæteris creaturis, eò quòd Deus ſit bonum ejus, quod dilectione ſibi acquirit. Facit enim dilectio eum adhærere Deo.

Vide Proſp. de vit. cont. lib. 3. ca. 15.

Pſalm. 72.

MONITVM XLVI.

Tu es Chriſtus filius Dei vivi.

Matth. 16.

Vide Aug. Cont. Fauſt. li. 22. ca. 67.

PRimò notanda hîc eſt Petri confeſſio. Duo autem confeſſus eſt: 1. quòd eſſet Chriſtus, per incarnationem, & humanæ naturæ aſſumptionem. 2. quòd

2.quòd eſſet filius Dei naturalis,Deo Patri in omnibus æqualis. Magna & fortis fides, hoc credere de homine infirmo ac miſero. Atque hæc fides Chriſtianæ religionis eſt fundamentum, quod Diabolus per varios errores hæreticorum voluit evertere,dum alij merum hominem, alij phantaſticum hominem, &c.fuiſſe dixerunt; contra quos D. Joannes in epiſt. *Omnis ſpiritus, qui ſolvit Ieſum, ex Deo non eſt*, id eſt, qui docet in una Jeſu perſona non eſſe duas naturas, divinam & humanam; contradicens Athanaſij ſymbolo dicentis; *Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt; Deus ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus; homo ex ſubſtantia matris in ſæculo natus*, &c. Unde D. Leo: *Paris periculi malum eſt*, inq. *ſi illi aut naturæ noſtræ veritas, aut paternæ gloriæ negetur æqualitas.*

D.Leo ſer.9. de Quadr.

1. Ioan. 4.

Athanaſ. in ſymb.

Ser. 7. de Nat.

Diſtinguit autem S. Auguſt. confeſſionem Petri, à confeſſione dæmonū. *Hinc* ait *laudatus eſt Petrus, quoniā dixit; Tu es Chriſtus filius Dei vivi: expulſi ſint dæmones hoc ipſum dicentes; Scimus quia filius Dei es. Ergo iſta cōfeſſio Petro fructuoſa, dæmonibus pernitioſa, in utriſque tamen nō falſa ſed vera.* Et mox; *Eadem ipſa confeſſio rectos Catholicos adjuvare hæreticos condemnat. Unde & Iacobus Apoſt. Dæmones credunt & contremiſcunt.* cap. 2.

De unico bapt. cont. Petilia.c.10.

Cont. Fauſt. lib.22.c.67.

Ex hac fide & confeſſione Petri primò firmiter aſſentimur omnibus aliis articulis fidei, ſive omnibus iis, quæ Chriſtus ipſe docuit & docet, ſive per ſe, ſive per Eccleſiam, quantumcunque humanæ rationis captum excedant, quia Deus eſt qui docet, qui eſt ſumma veritas, ſapientia Patris, qui nec falli poteſt, nec fallere. Primus diſcendi, & credendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid Dei Filio nobilius? *Ad diſcendum neceſſariò dupliciter ducimur*, inquit D. Auguſt. *Ratione, & Authoritate; ſed quia infirmi eramus*

Ambroſ. de Virg.

Aug. Sent. penul. apud

Proſp. & li. 6. Conf. c. 5. *mus ad inveniendam liquidâ ratione veritatem, authoritate nobis opus fuit.* Quæ autem major authoritas, quàm Filij Dei?

Pſal. 118. *Mirabilia teſtimonia tua, Domine,* ait Propheta; ſive fidem, ſive mores ſpectes. Mirabile, Deus trinus, & unus. Mirabile, Deus homo. Mirabile, Deus natus ex Virgine, &c. Sic mirabile, gaudendum eſſe in tribulationibus, diligendum inimicum, benefaciendum odientibus nos, &c. Quis crederet ſine authoritate? Quâ conſideratâ, ait idem Propheta, *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.* Si tantum valuit authoritas Pythagoræ apud diſcipulos, quomodo non magis valebit authoritas Chriſti apud Chriſtianos? Illius diſcipuli, quæ audierant non poterant in diſputationem adducere & interrogati ad reddendam cauſam, nihil aliud reſpondebant, quàm, Ipſe dixit.

Pſal. 92.

Valer. Max. li. 8. ca. ult.

Deinde ex hac fide & confeſſione Petri certi ſumus, quòd juſtum Chriſtus pro peccatis noſtris pretium perſolverit; quòd per ipſum perfectè redempti ſimus, & ab æternâ morte liberati. Officium redemptoris utrumque requirebat, ut & homo eſſet & Deus: ſi enim Deus tantùm eſſet, pati non poſſet, & proinde juſtitiæ Dei pœnas pro peccatis exigenti nequaquam ſatisfieret: Si homo tantùm eſſet, tanti pretij non eſſet, ut pro peccatis hominum, qui omnes rei æternæ mortis erant, condignum aliquid exolveret. *Niſi eſſet verus homo, non præberet exemplum; niſi eſſet verus Deus, non adferret remedium*, ait S. Leo.

Ser. 1. de Nat.

Tanta eſt Divinæ juſtitiæ conſtantia, ut is pœnam luere maluerit, quã peccatum relinquere impunitum. Voluit enim Deus ad hominem liberandũ, *non virtute potentia*

potentia, ſed ratione juſtitiæ uti, inquit, S. Leo. *Quæ non rapui*, ait Chriſtus, *tunc exolvebam*. Homo peccando rapere voluit Divinitatem, cujus eſt proprium, nulli ſubeſſe, omnia ſuo arbitrio agere; quia hoc homo perversè voluit imitari, dicitur peccando voluiſſe eſſe ſicut Deus. Hoc Chriſtus exolvit ſuâ paſſione, & patrem generi humano reconciliavit, ex quo redemptionis beneficio, omnia nobis bona proveniunt, remiſſio peccatorum, bona opera, vita æterna, &c. Hinc D. Baſil. dicit, *peccatorem debere credere, expurgationem peccatorum ſuorum eſſe factam per ſanguinem Chriſti.* Non quòd credere debeat, ſe jam illam habere, ſed quia facta eſt in cruce omnium reconciliatio: quia ibi paratum eſt poculum potens omnes ſanare; quod tamen *ſi non bibitur* (fide, pœnitentiâ, ſacramentis) non medetur, inquit S. Proſper.

Ser. 2. de Nav. & 14. de paſ.
Pſal. 68.
Interrog. 10. in reg. brev.

Tertiò denique fides & confeſſio Petri mirabiliter excitat & auget in nobis ſpem ac fiduciam noſtram in Deum, quòd non rejiciet nec repellet nos. Quia enim Chriſtus, homo, liberè ad eum confugimus, tanquam ad fratrem noſtrum, tanquam ad os & carnem noſtram. *Non confunditur nos vocare fratres ſuos*, inquit Apoſt. dicens apud Prophetam; *Narrabo nomen tuum fratribus meis*; *Non eſt tam immitis*; ait S. Auguſt. *ut non diligat carnem ſuam, membra ſua & viſcera ſua.* Unde & Apoſtolus poſtquam oſtendit Chriſtum nobis per omnia ſimilem factum excepto peccato, infert; *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus.*

Reſp. 1. ad object. Vincent.
Monit. 28.
Heb. 2.
Pſal. 21.
Manuali cap. 13.
Hebr. 4.

Quia etiam Chriſtus, Deus, cogitamus ipſum eſſe idoneum & potentem ad nos juvandos in neceſſitatibus. *In ditione enim ejus cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere ejus voluntati.* Unde Propheta; *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Domi-*

Heſt. 13.
Pſal. 117.

nus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Et Apo-
Rom. 8. ſtolus; *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Et, *Confortami-*
Epheſ. 6. *ni in Domino, & in potentia virtutis ejus.* D. Auguſt. in
Lib. 10. ca. ult. Confeſſ. Deum alloquens, *Potuimus*, inquit, *putare Verbum tuum remotum eſſe à nobis, & deſperare de nobis, niſi caro fieret, & habitaret in nobis.* Et de Civit. Dei;
Lib. 11. c. 2. *Hic eſt mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Per id quod eſt Mediator, eſt homo, & via perveniendi ad Deum, quia ſi inter eum qui tendit; & illud quò tendit, via media eſt, ſpes eſt perveniendi. Si autem deſit aut ignoratur quà eundum ſit, quid prodeſt noſſe quò eundum ſit? Sola eſt autem adverſus errores omnes via munitiſſima, ut idem ſit Deus & homo: quò itur, Deus; quà itur homo.*

MONITVM XLVII.

Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, &c.

Matth. 16.

SEcundò, notanda eſt Chriſti laudatio. Dicit Petrum beatum, non ut mundus homines felices judicat, & appellat, videlicet, propter opes, formam, voluptates, uxorem; liberos; eloquentiam, &c.
Pſal. 143. *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt*: ſed propter iſtam fidem quam de Chriſto habebat & confitebatur, quæ velut ſemen eſt ac radix omnis boni, juſtitiæ, vitæ æternæ, &c. Hinc omnia ferè tribuuntur

Digitized by Google

buuntur fidei, ſed viventi, vigilanti, exercitæ. *Fides prima datur*, inquit S. Auguſt. *ex qua impetrentur cætera quæ propriè opera nuncupantur, in quibus juſtè vivitur.* De prædeſt. Sanctor. cap. 5. Unde Apoſtolus dicit nos *ex fide juſtificari*; *& gratiâ ſalvos factos nos eſſe per fidem.* Epheſ. 2. *Perverſa & adverſa corda mortalium felices res humanas putant*, ait D. Auguſt. Epiſt. 5. ad Marcellin. *cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animorum; cùm theatrorum moles extruuntur & effodiuntur fundamenta virtutum.* Aliter Scriptura homines beatos judicat, à fide in Deum, ejuſque timore & cognitione, ac ſedula mandatorum ejus obſervatione, etſi extremâ rerum neceſſitate premerentur, Ierem. 9. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua nec dives in divitijs ſuis, nec fortis in fortitudine ſua, ſed in hoc glorietur ſcire & noſſe me, ait Dominus* per Prophetam. Et Apoſtolus Corinthijs, 1. Cor. 2. *Non judicavi ſcire me aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum.*

Nemo beatus ex ijs quæ in ſua nativitate accepit, ſed ex iis quæ ei divina miſericordia tribuit; *Beatus es Simon, quia caro & ſanguis non revelavit tibi.* Fides enim donum eſt Dei. Rom. 10. Eſt quidem ex auditu, quia hominis docentis miniſterium plerumque requiritur; Aug. de præd. ſanct. cap. 8. *nemo tamen credit Deo, niſi per gratiæ donum, id eſt, per inſpirationem Spiritus ſancti, corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem*: Côc. Arauſ. 2. cap. 5. & ſine ejus interiori doctrina, fruſtrà cujuſlibet hominis lingua laborat. Unde Chriſtus agit Deo Patri gratias, quòd revelaſſet ea parvulis. Matth. 11. Et David orat; Pſal. 118. *Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Velamen habent oculi cordis, ignorantiam, infidelitatem, errorem, &c. illud auferre debet Dominus ut videamus. De Iſraël dicit Pau-

lus; *Velamen poſitum eſt ſuper cor eorum; cùm autem con-*
2. Cor. 4. *verſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.*

Unde enim cor hominis ex ſe infirmum & cæcum eò poſſet aſcendere, ut tam mirabilia crederet niſi à Deo illuſtraretur, & confortaretur? Quod ut
Rom. 4. deſignaret Apoſtolus, fidem in Deum, fortitudinem vocavit; *Abraham* inquiens, *non eſt infirmatus fide, nec conſideravit corpus ſuum emort.* &c. *ſed confortatus eſt fi-*
1. Tim. 1. Amb. in illum locum Pauli. *de, dans gloriam Deo.* &c. Ad hoc etiam gratias agit Deo, quòd eum confortaverit, dans fidem. *Omnis enim incredulus infirmitatem animi patitur, conſtrictus carnali ratione, ne credat ſpiritali,* inquit D. Ambroſ. Idcirco ſe Deo gratias agere dicit, quia apparentia Majeſtatis ſuæ, imbecillitatem mentis ejus roboravit; quia impoſſibile putabat eſſe, quod de illius poteſtate, geminâ nativitate, reſurrectione, & ſpe prædicabatur.

Tertiò notanda eſt Chriſti remuneratio. *Tu es*
In cap. 16. Matth. *Petrus,* &c. *Mercedem accepit vera confeſſio,* inquit S. Hieronymus. *Chriſtus*, inquit Ambroſ. lib. 4. de fi-
Amb. de fide. Cyrill. in Ioan. de cap. 3. *cùm Petrum Petram dicit, firmamentum Eccleſiæ indicavit.* Et Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 12. *Chriſtus* inquit, *filio Ionæ, non Simon fore jam nomen, ſed Petrus prædixit, vocabulo ipſo commodè ſignificans quòd in eo tanquam in Petra, lapideque firmiſſimo ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam. Tu es Petrus;* Sic dictus eſt, ex certa Dei prædeſtinatione, propter firmitatem quam habiturus erat in fide, quâ in Chriſtum credidit, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et quiſquis hoc credit, ille multum
1. Ioan. 5. credit, & multum obtinet: *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* In hoc genere Petrus pri-
Rom. 4. mus fuit, ſicut & olim Abraham, & cæteri ob imitationem dicuntur ejus filij.

Super

Digitized by Google

Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Doctores veteres indifferenter hîc loquuntur, aliquando Chriſtum, aliquando Petrum intelligentes. Nec mirum, quia Chriſtus eſt *lux mundi*, & tamen ab eo dicitur Apoſtolis; *Vos eſtis lux mundi*: Chriſtus eſt *oſtium*, tamen ſunt *portæ duodecim*, ipſi videlicet duodecim Apoſtoli. Chriſtus per ſe, illi ſuo miniſterio. Super Chriſtum ergo, *quia fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quòd eſt Chriſtus Ieſus.* Super ipſum non ſolùm Petrus; ſed & tota Eccleſia ædificatur, alioqui non ſtabit ſi ſuper arenam ædificetur. Super Petrum autem tanquam ſuper eum quem debent poſteri imitari, & quiſquis fidem ejus imitatur, ille firmus eſt, quique ejus ſequitur, ſucceſſorumque ejus in fide directionem.

Cyprian. Hiero. Aug. Ambr. Hila.
Ioan. 8.
Matth. 5.
Ioan. 10.
Apoc. 21.
1. Cor. 3.

Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Portæ cœli ſunt, quæ nos ad cœlum ducunt; ut fides, prædicatio, juſtitia. Portæ inferi, peccata, errores, hæretici, quia ad hoc laborant, ut perdant. Hæ portæ non prævalent, quia Eccleſia à Petro cuſtoditur; à Chriſto, principaliter: à Petro ſeu ejus ſucceſſore, per miniſterium. Ut Chriſtiani bene fiderent Petro, Chriſtus inſignem ei promiſſionem dedit, nempe quòd rupes eſſet planè immobilis, ſuper quam tam firmiter conſtrueretur ipſius domus Eccleſia, ut portæ inferi, hoc eſt, tribunalia, judicia, principatus diaboli ſectatorumque ejus ei prævalere nequeant. Quâ de cauſa & Petrum eum appellavit, ut ipſo nomine hæc Chriſti promiſſio in omnium oculos ſtatim incurreret; ſicque Chriſtiani magis in fide confirmarentur ſolidarenturque.

Matth. 16.

Digitized by Google

Matth. 16. *Et tibi dabo claves regni cœlorum*, id eſt, poteſtatem regendi & adminiſtrandi Eccleſiam. *Quodcumque ligaveris ſuper terram.* Non ſolùm promittit quòd per eum inſuputrabilis eſſet à portis inferi Eccleſia, & contra hæreſes univerſas firma in fide perſiſteret, verum etiam adjecit ſe ejus regimen ratum habiturum. *Quodcumque ligaveris*, &c. requiritur enim non ſolùm ut paterfamiliàs & Paſtor domum & oves ab hoſtibus extrinſecus opugnantibus tueatur, ſed etiam ut intus prudenter gubernet & paſcat. Ligare dicitur Petrus aliquem, quando abſolutione indignum judicat, ut Gloſſa. Auguſtino verò Petrus ligat quando aliquem excommunicat. Ambroſius nomine ligationis actionis pœnitentiæ impoſitionem comprehendit. Ipſius namque tempore magnam ſacerdotes imponebant pœnitentiam, & â reatu non ſtatim abſolvebant. Hilarius dicit, ligare, eſſe nodis peccatorum innexos relinquere. Verum nihil vetat ligandi verbo hæc ſimul omnia itelligere. Magna enim eſt Scripturæ fœcunditas, paucis multa complectentis.

Vide Epiſt. 75. Cont. adverſ. leg. li. 1. cap. 17. Lib. 1. de pœnit. ca. 1. & 2. In Cōmen.

Eſt autem miniſterium diſpenſatorium; Diſpenſatoris autem eſt ſequi legem ſibi præſcriptam: Si aliquid faciat ex propria præſumptione, nihil facit, & tunc *ſententiam ſervi corrigit Dominus*, inquit Cyprianus, iis, qui nimis facilè lapſis pacem dabant; & de iis dicit Ezechiel quòd *vivificant animas quæ non vivunt*. Tales præſumptuoſi erant Phariſæi, & quidam eorum ſupercilium aſſumunt, ait Hieronymus. Quamvis ergo generaliter dicatur, *Quodcunque*; tamen intelligitur in iis quæ ſunt ipſorum juris, & quæ agunt ſecundùm præſcriptum Domini. Sicut generaliter

Lib. 4. Epiſt. 2. Ezech. 13. Hiero. in cap. 16. Matth.

Digitized by Google

ter dicitur; *Filij obedite parentibus per omnia:* tamen imprimis quæ mala ſunt ibi non continentur, nec ea quæ ad jus parentum non pertinent. Coloſſ. 3.

Non otioſè autem dictum *ſuper terram*, quia mortui, qui per ipſum Chriſtum, non per ejus vicarium, ſententiam ſuam accipiunt, judicio Petri minimè ſubſunt. Anathematizat tamen Pontifex aliquando mortuos, declarando eos dum in vita eſſent fuiſſe hæreticos, atque ideò honore privandos. Aut ob aliquod peccatum vetando ne pro eis oretur. Contrà verò interdum abſolvit, eos non fuiſſe hæreticos, ac pro ipſis orari poſſe declarando. Hoc Joanni Chryſoſtomo contigit, quem Innocentius poſteà abſolvit. Quamdiu enim quis in memoria hominum eſt, ac eorum precibus juvari poteſt, ſuper terram quodammodo eſſe dicitur. Cyprianus prohibuit, ne pro illo Epiſt. 66. mortuo oraretur, qui teſtamenti executorem conſtituerat Sacerdotem. Similiter Concilium Cap. 48. Africanum mandat anathema poſt mortem Epiſcopis dici, qui paganos vel hæreticos hæredes inſtituunt.

Notandum autem præmitti hîc meritum, antequam poteſtas tradatur. Sicut antequam diceret, *Paſce oves meas*, præmiſit, *Diligis me?* Sic antequam dicat; *Quodcunque ligaveris*, &c. præmittit, *Tu es Petrus*, Ioan. ult. Utraque qualitas in Paſtore requiritur; tamen ſi quis non habet meritum, habet nihilominus poteſtatem. Unde D. Leo, *Petri dignitas in indigno hærede non deficit.* Et dicit S. Bernardus Eugenio Papæ, *Tu es Petrus, poteſtate; an etiam merito, tu videris.* Ser. 2. de anniverſ. ſui Pontif.

Digitized by

Matth. 16. *Et tibi dabo claves regni cœlorum*, id eſt, poteſtatem regendi & adminiſtrandi Eccleſiam. *Quodcumque ligaveris ſuper terram.* Non ſolùm promittit quòd per eum inſupurabilis eſſet à portis inferi Eccleſia, & contra hæreſes univerſas firma in fide perſiſteret, verum etiam adjecit ſe ejus regimen ratum habiturum. *Quodcumque ligaveris*, &c. requiritur enim non ſolùm ut paterfamiliàs & Paſtor domum & oves ab hoſtibus extrinſecus opugnantibus tueatur, ſed etiam ut intus prudenter gubernet & paſcat. Ligare dicitur Petrus aliquem, quando abſolutione indignum judicat, ut Gloſſa. Auguſtino verò Petrus ligat quando aliquem excommunicat. Ambroſius nomine ligationis actionis pœnitentiæ impoſitionem comprehendit. Ipſius namque tempore magnam ſacerdotes imponebant pœnitentiam, & à reatu non ſtatim abſolvebant. Hilarius dicit, ligare, eſſe nodis peccatorum innexos relinquere. Verum nihil vetat ligandi verbo hæc ſimul omnia itelligere, Magna enim eſt Scripturæ fœcunditas, paucis multa complectentis.

Vide Epiſt. 75. Cont. adverſ. leg. li. 1. cap. 17. Lib. 1. de pœnit. ca. 1. & 2. In Cōmen.

Eſt autem miniſterium diſpenſatorium; Diſpenſatoris autem eſt ſequi legem ſibi præſcriptam: Si aliquid faciat ex propria præſumptione, nihil facit, & tunc *ſententiam ſervi corrigit Dominus*, inquit Cyprianus, iis, qui nimis facilè lapſis pacem dabant; & de iis dicit Ezechiel quòd *vivificant animas quæ non vivunt.* Tales præſumptuoſi erant Phariſæi, & quidam eorum ſupercilium aſſumunt, ait Hieronymus. Quamvis ergo generaliter dicatur, *Quodcunque*; tamen intelligitur in iis quæ ſunt ipſorum juris, & quæ agunt ſecundùm præſcriptum Domini. Sicut generaliter

Lib. 4. Epiſt. 2, Ezech. 13, Hiero. in cap. 16, Matth.

ter dicitur; *Filij obedite parentibus per omnia*: tamen imprimis quæ mala ſunt ibi non continentur, nec ea quæ ad jus parentum non pertinent. Coloſſ. 3.

Non otioſè autem dictum *ſuper terram*, quia mortui, qui per ipſum Chriſtum, non per ejus vicarium, ſententiam ſuam accipiunt, judicio Petri minimè ſubſunt. Anathematizat tamen Pontifex aliquando mortuos, declarando eos dum in vita eſſent fuiſſe hæreticos, atque ideò honore privandos. Aut ob aliquod peccatum vetando ne pro eis oretur. Contrà verò interdum abſolvit, eos non fuiſſe hæreticos, ac pro ipſis orari poſſe declarando. Hoc Joanni Chryſoſtomo contigit, quem Innocentius poſteà abſolvit. Quamdiu enim quis in memoria hominum eſt, ac eorum precibus juvari poteſt, ſuper terram quodammodo eſſe dicitur. Cyprianus prohibuit, ne pro illo mortuo oraretur, qui teſtamenti executorem conſtituerat Sacerdotem. Similiter Concilium Africanum mandat anathema poſt mortem Epiſcopis dici, qui paganos vel hæreticos hæredes inſtituunt. Epiſt. 66. Cap. 48.

Notandum autem præmitti hîc meritum, antequam poteſtas tradatur. Sicut antequam diceret, *Paſce oves meas*, præmiſit, *Diligis me?* Sic antequam dicat; *Quodcunque ligaveris*, &c. præmittit, *Tu es Petrus*, Utraque qualitas in Paſtore requiritur; tamen ſi quis non habet meritum, habet nihilominus poteſtatem. Unde D. Leo, *Petri dignitas in indigno hærede non deficit.* Et dicit S. Bernardus Eugenio Papæ, *Tu es Petrus, poteſtate; an etiam merito, tu videris.* Ioan. ult. Ser. 2. de anniverſ. ſui Pontif.

Lib. 2. de confid. In epiſt. ad Paulinum. De iis qui myſt. init. cap. 5. Vide Hiſt. Bohæmic. cap. 35.

Et D. Hieron. *Epiſcopi & Sacerdotes habent honorem Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, habere nitantur & meritum.* Unde & D. Ambr. *Non merita perſonarum conſideres, ſed officia Sacerdotum.*

Pius II. referens dogmata Huſſitarum, hæc ex iis aſſerit fuiſſe; *Qui mortalis culpæ reus ſit; eum neque ſæculari neque Eccleſiaſtica dignitate potiri; neque parendum ei, Romanum Pontificem reliquis Epiſcopis parem eſſe. Inter Sacerdotes nullum diſcrimen. Presbyterum non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere potiorem.* Etiam tempore S. Bern. erant, qui dicebant, Epiſcopos & Sacerdotes malos nec dandis nec accipiendis idoneos eſſe Sacramentis. Sed reſpondet; *Nunquam conveniunt duo iſta, Epiſcopum eſſe & peccatorem? Falſum eſt: Epiſcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator? qui in Dominum mortis ſententiam dictabat. Si neges Epiſcopum, arguet te teſtimonium Ioannis, qui eum in teſtimonium ſui Epiſcopatus etiam prophetaſſe refert. Apoſtolus erat Iudas & licet avarus, ſceleratus, electus à Domino. An tu de illius Apoſtolatu dubitas, quem Dominus elegit? Nonne ego vos duodecim elegi?*

Ser. 66. in Cant.

Ioan. 11.

Ioan. 6.

MONI

MONITVM XLVIII.

Ingreſſus in templum cœpit ejicere vendentes in illo & ementes, &c.

Luc. 19.

SAcrilegium definiunt Doctores eſſe rei ſacræ violationem; & fit quandocunque irreverenter tractatur res ſacra, id eſt, quæ ad Dei cultum deſtinata eſt. Sunt autem res ſacræ in vario genere, inter quas non infimum locum habent Templa Deo dicata, in quibus ea agere quæ per ſe ipſa impedimento ſunt orationi, laudi divinæ, doctrinæ piæ, aliiſque ad quæ domus Dei ſunt dicatæ, etiamſi alioqui licita ſint, grande ſacrilegium eſſe, conſtat ex Evangelio; ut emere vel vendere quæ Deo offeruntur. Quanto majus ſacrilegium, ea ibi agere quæ nuſquam licent; ut furari, inebriari, fornicari, detrahere, vulnerare, occidere, &c. *Dominus nec ea volebat*, ait V. Beda, *venundari in templo; quæ in templo volebat offerri, videlicet propter ſtudiũ avaritiæ ſive fraudis, quod proprium ſolet eſſe negotiantium facinus: quantâ putas animadverſione puniret, ſi inveniſſet ibi aliquos riſui vel vaniloquio vacantes, aut alii cuilibet vitio mancipatos: ſi ea quæ alibi liberè geri poterant, Dominus in domo ſua, temporalia negotia geri non patitur, quantò magis ea, quæ nuſquam fieri licet, plus cœleſtis iræ merentur, ſi in ædibus Deo ſacratis agantur.*

Part. 4. Mon. 14.

Hom. 7. in Quadrag.

Et D. Auguſt. *Non ergo magnum*, ait, *ſi hoc vendebant in templo, quod emebatur ut offerretur in templo, &* Tract. 10 in Ioan.

tamẽ ejecit eos inde. Quid ſi ebrioſos ibi inveniret, quid faceret Dominus? Si vendentes ea quæ licita ſunt & contra juſtitiam non ſunt (quæ enim honeſtè emuntur non illicitè venduntur) expulit tamen, & non eſt paſſus domum orationis fieri domum negotiationis: Si negotiationis domus non debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Si quis tē-
1. Cor. 3. *plum Dei violaverit, diſperdet illū Deus,* inquit Apoſtolus. Quid ergo facturus eſt iis, qui ex Dei templis ſtabula aut horrea faciunt, illa deſtruunt, incen-
Epiſt. 109. dunt. *In oratorio,* ait S. Auguſtinus, *nemo aliquid agat, niſi ad quod eſt factum: unde & nomen habet.*

Pſal. 28. *In templo ejus omnes dicent gloriam,* inquit David.
In Pſal. 28. vbi D. Baſil. *Audiant hæc Pſalmi verba, & ſuppudeſcant ii, qui in templo prolixiſſima intertexunt colloquia, & domum orationis vertunt in domum loquacitatis. Quid dicit Pſalmus? Qui in templo Dei eſt, non maledicentiam, non vanitatem, nō obſcœnos ſermones pronuntiet, ſed in templo ejus quiſque dicet gloriā. Aſſiſtunt verba deſcribentes Angeli, adeſt & Dominus affectus intrātium cōſiderans, &c.*
Hom. 36. in 1. ad Corin. D. verò Chryſoſt. poſtquam oſtendiſſet ex corporali præſentia Chriſti in Euchariſtia, quod in templo Dei offertur, ſumitur, aſſervatur, locum illud eſſe Angelorum, & Archangelorum, regiam Dei, cœlum ipſum; graviter conqueritur ea ſæpè fieri in templo Dei, quæ in officinis, plateis, foro, etiam fornice fieri conſueverunt.

Graviſſimum etiam ſacrilegium committunt ii, qui ſacras ædes poſcentibus inimicis tradunt. Hinc
Epiſt. 33. ad Marcell. ſor. D. Ambroſ. *Cùm Baſilica peteretur reſpondit; Templum Dei à ſacerdote tradi non poſſe, & ea quæ Divina ſunt Imperatoriæ poteſtati nō eſſe ſubjecta. Nec mihi fas eſt tradere, nec Imperatori accipere. Et cùm mādatur, Trade Baſilicam, jubetur; Dic, imò fac aliquid adverſus Deum, & morere*

rere, &c. Similiter reſtitit D. Chryſoſtomus Gaïnæ Magiſtro militum, barbaro, & Ariano, cui Imperator Eccleſiam ob tyrannidis metum, promiſerat; *Noli*, inquit, *ô Imperator, hoc promittere, neque ſanctum canibus dare. Non enim potero Deo benedicentes expellere, & ſanctum templum blaſphemantibus injuſtè contradere.*

Li. 10. hiſt. tripart. ca. 6. Theodor. lib. 5. ca. 32.

Inter res ſacras etiam ſunt vaſa Eccleſiæ, cultui Dei deſtinata. Ergo ſacrilegi ſunt, qui hoſtibus ea tradunt. Eo ipſo enim quæ ſacra ſunt, prophanant, & Chriſto cui fuerant dedicata iniuriam faciunt, quæ non tradenda, ſed cuſtodienda, cum Chriſti & Eccleſiæ ſint, acceperunt. Attendendum enim quid petat inimicus religionis, quando ſacra petit. Petit Chriſti injuriam, ſacrorum conculcationem. Qui proinde petenti vel metu acquieſcit; hoc profectò quod ille petierit, facit. Hinc D. Ambroſius; *Cùm eſſet*, inquit, *propoſitum, ut Eccleſiæ vaſa jam traderemus, hoc reſponſi reddidi; Me, ſi de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus, aut argentum, aut aurum, id quod mei juris eſſet, libenter offerrem, templo Dei nihil poſſe decerpere, nec tradere illud quod cuſtodiendum, non tradendum acceperim, &c.*

Conc. Arelat. I. ca. 13.

Li. 5. epiſt. in Auxent.

Eadem Epiſt. ad Marcellinam.

Nec effugere videntur traditionis crimen, qui cùm ſuâ præſentiâ & potuiſſent, & debuiſſent conſervare Dei ſacras domos, & res, fugâ ſe ſubtrahunt, & deſerunt, ac in poteſtatem ſacrilegorum res Deo ſacras venire patiuntur. Itaque cùm Imperator Valentinianus denuntiaſſet Ambroſio, ut quò vellet iret, reſpondit; *Dici ſibi à ſacerdotibus, nõ multum intereſſe, utrum volẽs relinqueret, an traderet altare Chriſti. Cùm enim relìqueris (aiebant) trades,*

Epiſt. 32. ad Valentinianum.

atque utinam(inquit)*liquidò mihi pateret quod Eccleſia Arianis minimè traderetur, ſponte me offerrē tuæ pietatis arbitrio*,&c. Juſtinæ quoque Auguſtæ cùm fugere, & Baſilicam relinquere juberetur, reſpondet; *Hoc ego ſponte non faciam, ne lupis ovium ſepta contradere videar, aut Deum blaſphemantibus credere; Hic ſi placet, occide; hoc loco mortem pronâ voluntate ſuſcipiam.*

Hiſt. Trip. lib. 9.ca.28.

Horribiles porrò fuere exitus eorum, qui vaſa ſacra diripuerunt & violarunt. Balthaſar enim quia vinum bibit cum convivis ſuis ex vaſis domus Domini, quæ fuerant ex templo Ieruſalem ablata, eadem nocte poſt cœnam ab hoſtibus ſuis interfectus eſt, regnumque ei ablatum. Heliodorus autem tentans auferte ex templo pecunias in illo depoſitas, quarum quædam erant victualia viduarum & pupillorum, flagellis Angelorum prohibitus eſt, factuſque mutus & omni ſpe ac ſalute privatus: qui vitam recepturus non fuiſſet, niſi Onias Sacerdos pro eo oraſſet. Sic & Antiochus multa ſacra abſtulit ex templo Salomonis, ſed cæleſti judicio apprehendit eum dolor dirus viſcerum,& amara internorum tormenta; ita ut è corpore impii ſcaturirent vermes, ac viventes in doloribus carnes ejus avellerent, odorem ejus atque fœtorem nemo ferre poſſet. Et quamquam promiſiſſet ſe ſancta vaſa in templo multiplicaturum, Deum tamen non placavit, ſed triſtitiâ dirâ repletus, peregrè in montibus, deſperans, mortuus eſt. Alcimi quoque dura fuit correptio & admodum ſubitanea, dum præcepiſſet deſtrui muros templi, & ſtructuras Prophetarum.

Daniel. 5. Ambro. ca. 8. ad virginem lapſ. 2. Mach. 3. 1. Macha. 6. 2. Macha. 5. & 9. 1. Macha. 9.

Videant metuantq; reges & gentes, inquit D. Proſper,

De promiſſ. & prædict. part. 2. c. 24.

quæ

quæ penes ſe ſacrata omnipotētis Dei vaſa nunc uſque captiva retinent, eaq; reddere detrectant. Quæ enim mala ventura credimus eis, qui nomē illud quod eſt ſuper omne nomen, in vaſis ejus ſacratis honorare noluerunt; cùm ſic punitos arcam Dei honorantes Divina teſtetur hiſtoria, ob quam viſam & hic cœperit vindictam facere de inimicis ſuis Deus. Ac ſi tali vindictâ uſus eſt Deus adverſus violatores ſacrorum veteris teſtamenti, quid putamus manere ſupplicii illos, qui ſacrilegi ſunt circa Euchariſtiam, quæ ipſum Chriſtum continet & reliqua Sacramenta novæ legis, & ea quæ eò pertinent, ut vaſa ſacra, quæ pretioſa eſſe ſolere ex auro & argento, conſtat ex Prudentio, & Theodoreto, & aliis.

1. Reg. 6. 2. Reg. 6.

Prudent. de S. Laurent. Theodor. lib. 3. ca. 11.

Optatus Milevitanus agens de ſacrilegiis Donatiſtarum; *Fregiſtis*, inquit, *calices, ſanguinis Chriſti portitores, quos in maſſas revocātes, neſcio quibus vindidiſtis. Forſitam emerunt in uſus ſuos ſordidæ mulieres. Emerunt Pagani facturi vaſa in quibus incendent idolis ſuis. O ſcelus nefarium! ô facinus inauditum! auferre Deo, quod idolis præſtes: ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.* Si ergo hoc reprehenſum, quod confracta vaſa ſacra atque in maſſas redacta, ſine diſcrimine perſonarum & delectu venderentur, quantò magis ſervandum, quod monet Ambroſ. poſtquam oſtendiſſet quando, quibuſque caſibus liceat vaſa Eccleſiæ confringere, conflare, vendere, videlicet ob pauperum neceſſitates; captivorum redemptionem, Eccleſiarum ædificationem, *Opus eſt*, inquit, *ut de Eccleſia myſtici poculi forma non exeat, ne ad uſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur.*

Lib. 6. cōt. Parmenia. & Donat.

Lib. 2. offic. cap. 28.

MONITVM XLIX.

Adducunt ei ſurdum & mutum.

Marc. 7.

DVplex eſt Dei prædicatio ſeu doctrina, quâ uſus eſt ad hominem lapſum ad ſe convertendum. Prima per creaturas. *Tota quippe viſibilis creatura*, inquit Divus Proſper, *ad hanc diſpoſita eſt generis humani utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem ſui imbueretur authoris.* Ita ut gentiles voces Propheticas & præcepta legalia in elementorum obſequiis & teſtimoniis acceperint. Atque hæc prædicatio nunquam ceſſavit; unde & ſunt inexcuſabiles. *Non enim*, ait Paulus. *ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, bene faciens de cœlo dans pluvias, & tempora fructifera, implẽs cibo & lætitiâ corda hominum.*

Lib. 2. de vocat. gent. cap. 4.

Lib. 2. cap. 4. ibid. Aug. lib. 10. cõfeſ. cap. 6. Actor. 14.

Sed ad hanc prædicationem homo obſurduit: imò Deos ſibi dona Dei fecit; & quæ creata erant ad utendum, veneratus eſt ad colendum; factoreque relicto factis inhæſit; in quibus tanquam in ſpeculis ipſum factorem contemplari, ex quibus tanquam gradibus ad ipſum authorem aſcendere debebat. Vnde Ioannes; *In mundo erat, & mundus per ipſũ factus eſt, & mundus eum non cognovit.* Et Paulus: *In Dei ſapientia non cognovit mundus per ſapientiam Deum*

Ioan. 1. 1. Cor. 1.

Deum. Sapientia Dei eſt, quâ unus verus Deus ex creaturis cognoſcitur.

Quoniam autem hanc prædicationem reliquit, ac repulit homo, aliam inſtituit Deus, pro conditione hominis miſeri & lapſi (prior enim illa erat primæ maximè inſtitutionis & hominis recti,) *Placuit enim Deo*, inquit Apoſtolus, *per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes*, id eſt, per prædicationem rei ſtultæ (ſed mundo.) Hæc eſt prædicatio crucis, quâ virtus crucis Chriſti prædicatur, quâ ſalvatur quiſquis ſalvatur: homini corrupto conveniens, ut per atrocitatem ſupplicij intelligat gravitatem delicti; per humilitatem Domini ſanetur ſuperbia ſervi. Facta quidem eſt hæc prædicatio in veteri teſtamento, ſed obſcurè, per figuras, & Prophetias; clariſſimè autem in novo, per prædicationem Chriſti, Apoſtolorum, & aliorum. 1. Cor. 1.

Ad hanc etiam obſurdeſcit homo corruptus. *Verbum enim crucis pereuntibus ſtultitia eſt*; inquit Apoſtolus; Et iterum; *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*; *ſtultitia enim eſt illi.* Unde D. Auguſtinus: *Qui hanc doctrinam ſine gratia Dei legunt vel audiunt, peiores ejus efficiuntur inimici.* Hic eſt ſtatus hominis corrupti: ſurdus eſt, & mutus, quia nec aures audiendis Dei verbis, nec linguam aperit proloquendis. Adducendus eſt ergo ad Chriſtum; ut ille ſuâ gratiâ curet, quem fragilitas humana curare non poteſt, ait Venerab. Beda. 1. Cor. 1. 1. Cor. 2. Epiſt. 107.

Conſiderandus eſt autem diligenter modus quo homo hîc à Chriſto ſanatus eſt. Primò *apprehen-* In comment.

prehendit illum de turba ſeorſum. Significatur relin-
P. 1. Mon. 82. quendam eſſe turbam, id eſt, vanorum & malorum hominum ſocietatem, ſi ſanari vis, & ſanitatem
Luc. 19. conſervare. Zachæus quærebat videre Jeſum,
Luc. 18. & non poterat præ turbâ. Turba increpabat cæcum ne clamaret ad Dominum. Non minore ſtudio peccatorum occaſiones & pericula, quàm ipſa peccata vitanda. Occaſione enim datâ cupiditates quæ ſopitæ intus latent, excitantur facilè, & foras
Pſal. 118. erumpunt: ut ſcintillæ ignis latentes in ſilice, incuſſu
Pſal. 6. æris. Hinc voces ſe ad Deum convertentium; *Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei.* Et, *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.*

Matth. 26. Graviter lapſus erat Petrus in turba malorum, ſed egreſſus foras, cognovit errorem & flevit amarè, fletuque culpam diluit. Monet Dominus in Evang.
Matth. 5. *Si oculus, pes, manus te ſcandalizat, projice abs te,* id eſt, quantumcumque amicus, familiaris, charus, utilis;
In epiſt. ad Ruſt. renuntia familiaritati, amicitiæ, &c. ſi tibi peccati ſit author, vel in eo te detineat. *Nulli parcas,* inquit
Hebr. 13. S. Hieron. *ut ſoli parcas animæ. Exeamus,* ait Apoſt. *ad eum extra caſtra,* id eſt, ſocietatem vanorum & pravorum hominum. Sed ſi id facimus, multi ridebunt, calumniabuntur, &c. Addit Apoſtolus, *Improperium ejus,* ſive quod propter eum nobis infertur, *portantes.*

Significatur prætereà, quòd qui ſanari cupit, à turbulentis hujus mundi curis ac negotiis interdum ſecedens, de ſalute ſua ſeriò cogitare debet.
Pſal. 84. Dicit Propheta; *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Sed ubi audies? in mundanarum rerum ſtrepitu turbulento? *Obſurdeſcit anima in aure cordis tumultu*

tumultu vanitatis, inquit S. Auguſtinus. Hinc Dominus, *Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.* Et per alium Prophetam hortatur; *Vade popule meus, intra in cubicula tua, abſcondere modicum, ad momentum*, &c. Iſaac Patriarcha relicto ſtrepitu domeſtico, *exivit in agrum ad meditandum.* Sic Iudith vidua fecit ſibi ſecretum cubiculum in ſuperioribus domus ſuæ. Lib. 4. confeſſ. cap. 10. Oſeæ 2. Iſai. 28. Geneſ. 24. Iudith. 8.

Et monet Celantiam matronam, D. Hieron. ut *eligat ſibi oportunum & aliquantum à ſtrepitu familiæ remotum locum, in quem velut in portum: quaſi ex multa tempeſtate curarum ſe reciperet, & excitatos foris cogitationum fluctus ſecreti tranquillitate componeret, ibique ſacræ lectioni, piæ orationi, meditationi futurorum, ſimilibuſque rebus vacaret. Vacate*, inquit David, videlicet, ab omnibus iſtis terrenis, quæ vehementer diſtrahunt animum & à Deo Diviniſque rebus avocant, *& videte quoniam ego ſum Deus.* In epiſt. ad Celant. Pſal. 45.

Denique ſignificatur hîc maximum beneficium, quod electis à Deo præſtatur. Omnes enim naſcimur infideles & pravi, filij iræ, æternæ damnationi obnoxij. Hæc eſt maſſa perditionis facta in primo homine. Dominus ſuâ ſingulari gratiâ, eligit quoſdam & ſegregat ex hac maſſa; dans eis fidem, dilectionem, bona opera, alios in ſua impietate & pravitate relinquens. De quo Apoſtolus, *Quis enim te diſcernit?* videlicet, à maſſa perditionis, inquit Auguſtinus. Et alibi de ſe, *Qui me ſegregavit ex utero matris meæ*, id eſt, Synagoga incredula & rebelli, ut idem Auguſtinus. Et ipſe Chriſtus apud Lucam, *Putatis*, ait, *quia pacem veni dare in terram? non dico vobis, ſed ſeparationem.* Dicit Propheta; *Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ.* Plu- 1. Cor. 4. Epiſt. 46. Galat. 1. In Pſal. 118. Luc. 12. Pſal. 67.

via iſta, eſt Dei gratia, quâ irrigata terra cordis noſtri fructus edit, fidei, charitatis bonorum operum.
Pſal. 84. *Dabit enim ſuavitatem Dominus, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Dicitur autem *voluntaria*, quia datur ex ſola Dei voluntate, non ex meritis ho-
Pſal. 118. minis. Unde idem David, *Bonitatem*, ſive, ſuavitatem *feciſti cum ſervo tuo Domine*, quâ nempe quis rebus divinis afficitur, & bonum diligit. Addit, *ſecundùm verbum*, ſive, promiſſum *tuum*, non ſecundùm meritum meum. Hanc ergo ſegregat hæreditati ſuæ, quia ſolis electis dat finaliter. Hæc
Geneſ. 25. eſt hæreditas quam ſoli Iſaac filio Saræ reliquit
Aug. de patient. ca. 28. Abraham, filiis concubinarum, impiis & infidelibus,
De civit. lib. 16. cap. 34. Pſal. 64. largiens quædam munera, & ſeparavit eos ab Iſaac.

Beatus, ait David, *quem elegiſti & aſſumpſiſti.* Cur beatus? *Inhabitabit in atriis tuis.* De eo eſt ſecurus. *Nemo enim rapit oves*, per quas electi ſignificantur, *de manu Patris.* Premat caro, ſæviat mundus, fremat Diabolus, *nemo rapit oves de manu Do-*
Ioan. 10. *mini.* Unde Apoſtolus in perſona electorum. *Quis*
Rom. 8. *nos ſeparabit à charitate Chriſti? Certus ſum, quod*
De cor. & grat. cap. 7. *neque mors, neque vita, &c.* quòd nulla creatura. Sed dices, quam ego inde conſolationem capere queam, qui de mea electione ſum incertus? neſcius, an ſim de numero prædeſtinatorum? Habes jam quædam tuæ electionis ſeu prædeſtinationis indicia,
Ibidem. cùm vocatus es ad fidem, juſtificatus à peccatis. *Quos enim Deus prædeſtinavit, hos & vocavit & juſtificavit.*

In Epiſt. ad Thomam præpoſitum. Epiſt. 107. Unde D. Bernardus: *Quos ab æterno prædiſtinat, in æternum beatificat, intercedente media vocatione, & juſtificatione. Sic ad ortum ſolis juſtitiæ, ſacramentum abſconditum à ſæculo de prædeſtinatis & beatificandis emergere*

Digitized by Google

gere quodammodo incipit ex abyſſo æternitatis, dum quiſque vocatus per timorem, juſtificatus per amorem, præſumit ſe quoque eſſe de numero beatorum, ſciens nimirum, quia quos juſtificavit, illos & magnificavit. Quid enim? audit ſe vocari, cùm timore concutitur: ſentit ſe juſtificari, cùm amore perfunditur, & de magnificatione diffidet? Initiatur, provehitur, de ſola conſummatione deſperabit?

Sic & D. Auguſt. *Propoſueramus conſiderare de his quatuor rebus, quid jam conſecuti fuerimus, quid adhuc adipiſcendum expectemus. Prædeſtinati enim ſumus, antequam eſſemus; vocati ſumus, quando Chriſtiani facti ſumus. Iam ergo & hoc habemus. Quid juſtificati? audemus dicere jam hoc tertium habere nos? Aliquid habemus de juſtitia, totum non habemus. Hoc ergo quæramus. Grati ſimus ex eo quod habemus, ut addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertium agitur jam in nobis. Iuſtificati ſumus, ſed ipſa juſtitia, cùm proficimus, creſcit. Videat ergo quiſque ubi ſit, accedat, proficiat, & creſcat donec conſummetur, non ut finiatur, ſed ut perficiatur, in futura glorificatione, quod quartum exſpectant in futuro ſæculo fideles.* Sic Auguſt. De verb. Apoſt. Serm. 16.

MONITVM L.

Miſit digitos in auriculas ejus, &c.

Marci 7.

RESTAT ut de reliquis cæremoniis, quibus in homine iſto ſanando uſus eſt Dominus, aliquid

 dicamus.

Auguſt. de catech. rudib. ca. 20.

dicamus. *Miſit*, inquit Evangeliſta, *digitos in auriculas ejus.* Significatur gratia Spiritus ſancti, quæ varia ac multiformis eſt, ſicuti eſt varietas & diſcretio in digitis. Hunc neceſſe eſt tangere aures cordis, & aperire oſtium verbi, ut ingrediatur cor, credatur, & fructificet. *Dominus aperuit illis* (Apoſtolis) *ſenſum, ut intelligerent Scripturas*, inquit Lucas. Et in Actis de Lydia purpuraria, quòd *Deus aperuit ei cor, ut intenderet his quæ dicebantur à Paulo.* Et orari vult Paulus, *ut Deus aperiat ſibi oſtium verbi. Quomodo verò aperitur oſtium verbi, niſi cùm ſenſus aperitur audientis ut credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam ſalubrem doctrinam prædicantur, & diſputantur admittat? ne per infidelitatem corde clauſo, ea quæ dicuntur improbet ac repellat*, inquit S. Auguſt.

Luc. ult. Actor. 16. Coloſ. 4. Aug. de prædeſt. ſanct. c. 20.

Deinde *expuens, ſalivâ tetigit linguam ejus.* Saliva ſignificat vel ipſam Dei ſapientiam, quæ ex ore altiſſimi prodiit, & infantium linguas facit diſertas, ut Divina verbis, & operibus atque aliis modis proloquantur. Vel idem Spiritus, qui ex Patre Filioque, tanquam uno principio ineffabiliter procedit, (unde & per flatum ſignificatur) ſermone ditans guttura, ut habet hymnus. Lingua, quæ inſtrumentum guſtus eſt, ſanatur, quando quæ intelligimus, diligimus & erga ea afficimur, quod fit ſaliva Chriſti, id eſt, ſapientiæ dono. Sapientia à ſapere, ut cui terrena ſola ſapiebant, jam dulceſcant cœleſtia. Iſta enim in multis ſeparantur; *Prævolat*, inquit Auguſt. *intellectus, & interdum non ſequitur, vel tardè ſequitur humanus atque infirmus affectus.* Ad opus autem utrumque requiritur, ut & ſcias & diligas: & utrumque Dei donum eſt, & ſcire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ſicuti definitum eſt in

Eccleſ. 24. Sap. In Symb. Conſt. 20. Ioan. 20. In Pſal. 118. conc. 8.

in Concilij contra Pelagianos, & ad utrumque neceſſaria eſt gratia Chriſti ſeu Spiritus ſancti. Carthag. Milevit. Arauſic.

Tertiò, *ſuſcipiens in cælum.* Oſtendit inde malis omnibus remedium; ac ſalutem quærendam eſſe & expectandam. Id etiam à Gentilibus factitatum, ut in ſuis neceſſitatibus, manus & oculos in cælum attollerent. Propheta David; *Oculi mei*, inquit, *ſemper ad Dominum.* Et, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Moyſes manus in cælum ſuſtollens, victoriam ſuis impetravit. *Duo qui orat cavere debet*, inq. Aug. *ne petat quod non debet, & ne ab illo, à quo non debet, ut à diabolo, idolis, dæmonibus.* A Deo petenda omnia omnium bonorum largitore. Ad Sanctos etiam recurrimus, non ut ipſi dent quod petimus, ſed ut nobiſcum & pro nobis orent. Pſal. 24. Pſal. 122. Ser. 2. de Orat. Domin.

Quartò, *Ingemuit. Nobis ingemiſcendi præbens exemplum*, ait V. Beda; *cùm vel pro noſtris, vel noſtrorum erratis, ſupernæ pietatis præſidia invocamus.* Deinde condoluit humanæ naturæ, quæ in tot miſerias, imò in ipſius diaboli poteſtatem per peccatum incidit, quod & nos perpetuò lugere debemus. Sic viſo Lazari monumento lachrymatus eſt Jeſus, tantam humani generis dejectionem ex illo honoris culmine preſſiùs conſiderans. Beatos pronuntiat Chriſtus eos qui lugent. Unde David; *Gemitus meus non eſt à te abſconditus.* Et, *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Et Iſaias; *Sicut columbæ meditantes, gememus.* illa eſt hujus vitæ conditio, gemere mala quæ hîc ſunt, & ſuſpicere in cælum, ut ab iis liberemur. In commentar. Matth. 5. Pſal. 37. Pſal. 59.

Quintò; *Ait illi: Adaperire.* Uſus eſt Chriſtus in hoc miraculo, ut & ſæpè in aliis, verbo, & tactu: verbo quidem, ut oſtenderet verbi ſui efficaciam, ſermonem divinum eſſe operatorium, ut antè in Cyrill. in Ioan. lib. 4. cap. 14.

 mundi

mundi creatione, ſic & in ejus reparatione. Ad reparandum enim mundum, venit in mundum. Tactu autem, ut oſtenderet carnem quoque ſuam, ratione Divinitatis inhabitantis, eſſe ſanatricem ac vivificatricem; unde *omnes quærebant eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Quorum conſideratione, nos admodum in fide confirmamur.

Lucæ 6.

Cùm autem Chriſtus Dominus hîc & alibi ſæpiùs ceremoniis certis uſus ſit in ſanandis hominibus, ſtupidi ſunt hæretici, qui eas ab Eccleſia adhiberi ſolitas audent reprehendere, & tanquam ſuperſtitioſas penitùs rejicere. Eſt quidem ſuperſtitio, quandocunque aliquis conatur vel divinare, vel præſcire aliquid, aut aliquem effectum inducere per rem illam, ex qua hæc naturaliter fieri nequeunt, nec à Divina providentia, hujuſmodi præſcientia & effectus quæruntur; Dei enim proprium eſt pro ſuo arbitratu adhibitis rebus ad quod naturaliter non ſunt inſtitutæ, operari. Eccleſia tamen in Sacramentis & ceremoniis ſuis omni caret ſuperſtitione, quia etſi effectus talis qualis petitur fieri in Sacramentis & Sacramentalibus per ipſa corporalia, videlicet, per aquam, oleum, & ſimilia ex natura haberi non poſſit, tamen quia à Deo ille debito, decentique modo, juxta divinam ejus inſtitutionem, exſpectatur, ſuperſtitio non eſt. Sic in benedictione ſalis, aquæ, candelarum ſive luminis, cinerum, ramorum atque florum, petitur à Deo, ut ſanitas, ab infeſtatione dæmonum liberatio, & ſimilia præſtentur per iſta corporalia, ex quorum tamen natura obtineri non poſſunt.

vide Heſſel, in Decalog.

N.hil

Nihil autem aliud agit in iſtis Eccleſia, quam quòd poteſtatem ſuam à Chriſto ſibi conceſſam, exercet. *Dedit* (inquit Evang.) *illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Ecce* (ait Chriſtus) *dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Sicut enim diabolus Chriſtianos infeſtare non deſinit, ita & hæc poteſtas nunquàm penitus Eccleſiæ deficit: quam non ſolùm verbis, ſed & corporalibus rebus, tanquam quibuſdam viſibilibus verbis adhibet Eccleſia hominibus: imitata ſponſum ſuum, qui cæcum à nativitate luto & aquâ illuminavit; qui ſputo ſuo, & immiſſione digitorum in auriculam, ſurdum & mutum curavit. Imitata & Moyſen & Heliſæum: quorum ille ligni immiſſione in aquas, eis amaritudinem abſtulit; hic ſale ſteriles aquas ſanavit; Tobiam quoque qui jecore piſcis oculos patris liniens, viſum ei reddidit.

Matth. 10. Luc. 10. Ioan. 9. Marci 7. Exod. 15. 4. Reg. 2. Tob. 11.

Hanc autem benedictionem non adhibet Eccleſia niſi certis quibuſdam in rebus, ſignificatione præſtantiſſimis: Ut aquæ, quæ ſpiritum purificantem refert; ſali, qui ſapientiam; cineribus, qui mortem & pœnitentiam ob oculos nobis ponunt; lumini, quod Chriſtum Dominum veram lucem deſignat; floribus, qui Chriſti victoriam nobis repræſentant. Quarum rerum benedictionem antiquiſſimam vide apud Alexandrum Papam, qui fuit quintus à Petro, nondum elapſis annis 50. in epiſt. ejus, quæ eſt tom. 1. Concil. Poteſt tamen in his rebus committi ſuperſtitio. 1. Si quis in his no-

Vid. Baron. An. Chriſt. 131. Gregor. Dial. ca.

va, atque privata adinveniret, quod nequaquam permittit Eccleſia; non enim benedicit, niſi quæ jam olim & ab antiquo, ad dæmonum & morborum, atque aëris infeſtationem vel mitigandam, vel tollendam, ſibi ſunt tradita, tanquam benedicenda. 2. Si quis hiſce conſecratis rebus abuteretur: putà, ſi ipſis rebus, non Deo, cujus nomen ſuper illas invocatum eſt, tribuatur virtus, quam ex natura non habent. 3. Si quis per iſtas res exerceat magica. Quid enim tam ſanctum, quo non abutatur impietas, ita ut etiam ſagæ ipſa Euchariſtia (horribile dictu) uti præſumant: & miniſtri diaboli, velut angeli lucis eſſent, Scripturas allegant.

2. Cor. 11. Matth. 4.

MONITVM LI.

Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit, &c.

Joan. 12.

DUplex poteſt eſſe hujus ſententiæ ſenſus. Prior, Qui nimis diligit vitam ſuam temporalem eam Chriſto præponens, malens Chriſtum, ſeu *fidem, per quam Chriſtus in cordibus noſtris habitat*, deſerere, quàm vitam ſuam amittere; *perdet eam*, quia ibit in mortem æternam, in perditionem ſemper duraturam: & ideò talis reverà non amat, ſed eam odit. Eſt quidem ita quod etiam is qui odit animam, ſeu vitam iſtam, eligens magis eam quàm Chriſtum amittere, cogitur eam ſuo tempore relinquere; ſed tamen

Epheſ. 3.

tamen ſecundùm Evangelium reverà non perdit, quia ſuccedit alia melior, & felicior? *Sic patientia pauperum non peribit*, Erunt ergo ſemper patientes, etiam in cœlo, ubi nulla tribulatio, nulla patientiæ materia? ſed non perit patientia, quia fructus qui ſequitur, ſeu merces ejus æterna eſt.

Prudentia ergo ſerpentis imitanda, qui ut caput ſervet, corpus exponit, *quod cæſa ferantur membra cætera, ſalvo capitis vigore, reparari*, inquit Ambroſ. Sic quiſque Chriſtianus ſollicitus eſſe debet, de Chriſto capite ſervando; illum oportet rebus omnibus anteponere; quo ſervato, corpus facilè reddetur, non ad pœnam, ut damnatis, ſed ad gloriam, ut beatis. Sic jubemur etiam parentes odiſſe, id eſt. Chriſto poſtponere, ſi aliquid contra ipſum jubeant, aut conſulant; *aut ſi ſeparationes à parentibus minetur hic mundus*, inquit D. Auguſt. Matth. 10. in Pſal. 118. Conc. 20. Matth. 10. Epiſt. 89.

Alius ſenſus eſt; *Qui amat animam ſuam, perdet eam*, id eſt ait S. Auguſt. *perimat & amittat uſum ejus, perverſũ ſcilicet ac præpoſterum, quo inclinatur tẽporalibus, ut æterna non quærat.* Anima interdum pro parte inferiori ſumitur, ut ad Theſſal. *Vt integer ſpiritus, & anima, & corpus ſervetur.* Vel ut Chryſoſt. *Qui amat animam, id eſt, qui abſurdis ejus cupiditatibus obtemperat.* Sic odit, qui non paret, cùm aliquid perperam jubet. Ejus enim quem odimus, nec vocem audire, nec vultum ſuſtinemus videre. *Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus*, inquit Sap. *faciet te in gaudium inimicis & invidis tuis, id eſt, diabolo & angelis ejus, qui ſunt inimici & invidi noſtri*, ait D. Auguſt. De doct. Chriſt. li. 3. cap. 16. 1. Theſ. vlt. Hom. 66. in. Ioan. Eccleſ. 18. Cont. Iul. lib. 5. ca. 3.

Deinde anima noſtra, inquit idem Aug. *duplices habet motus; quoſdã ſecundũ ſpiritũ, quoſdã ſecundùm carnẽ*, ſecundum quos ſibi ipſi reſiſtit. *Nec caro ſine anima* Aug. de perf. iuſt. Rom. 8.

Rom. 8. *concupiſcit, quamvis caro concupiſcere dicatur, quia anima carnaliter concupiſcit. Si autem ſecundùm carnem vixeritis*, id eſt, ſecundùm animam carnaliter concupiſcentem, *moriemini*. Animæ ergo obtemperandum ſecundùm motus ſpiritales, non carnales.

Tract. 51. in Ioan. *Magna & mira ſententia*, ait S. Auguſt. *quemadmodum ſit hominis amor in animam ſuam ut pereat; odium ne pereat. Si malè amaveris, tunc odiſti; ſi benè oderis, tunc amaſti. Felices qui cuſtodiunt odiendo, ne perdant amando.*

In ſer. de S. Laur. Talis fuit S. Laurentius, *quem perſecutor, pecuniæ cupidus, & veritatis inimicus, geminâ face armatus aggreditur*, inquit S, Leo, *Avaritiâ, ut raperet aurum*, cujus ille diſpenſationem & cuſtodiam habebat; *Impietate, ut raperet Chriſtum*, qui per fidem in ejus corde

Vide M. 48. habitabat: *Si autem feciſſet illum ſacræ pecuniæ traditorē, etiā feciſſet veræ religionis exortem*: At verò S. Laurentius, theſauros ſe in pauperum uſus expendiſſe,

Ibidem. Chriſto verò perpetuò ſe adhæſurum, oſtendens, *diris afficitur ſuppliciis; quorum ubi prima nil obtinent, vehementiora ſuccedunt. Sed nil obtines, nil proficis ſæva crudelitas*, ait Leo, *ſubtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in cœlos abeunte, tu deficis.*

In hoc autem glorioſiſſimo Martyre, duo maximè conſideranda; 1. Deſiderium ardens Martyrii,

Ambroſ. li. 2 Offic. cap. 41. quod explicat in ſermone quem ad Sixtum Pontificem habuit, quem *cùm videret ad Martyrium duci* inq. S. Ambroſ. *flere cœpit, non paſſionem illius, ſed ſuā remanſionem. Itaq; his verbis appellare cœpit? Quò progrederis ſine filio pater? quò ſacerdos ſācte ſine Diacono properas? Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras; quid in me ergo diſplicuit, pater? Nū degenerem probaſti? Experire certè utrum idoneum miniſtrum elegeris. Cui cōmiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem, cui conſummādorum*

Digitized by Google

dorum conſortium ſacramentorum, huic conſortiũ tui ſanguinis negas?

Cui reſpondit Sixtus; *Noli mœrere fili, noli mœrere, ſequêris me poſt triduum. O conſolatio! Non ait, noli mœrere, fili, deſinet perſecutio, & ſalvus eris: ſed, noli mœrere; quò ego præcedo, tu ſequeris: nec conſecutio tua differtur; triduum medium erit, & mecum eris.* Sedens enim Laurentius ad menſam Principis; ubi corpus & ſanguis Chriſti proponitur, & ſumitur, talia & ipſe præparabat, qualia cõſiderabat ſibi apponi, exponens viciſſim corpus & ſanguinem ſuum pro Chriſto. Ut hoc addam; Diaconi officia erant. 1. Miniſtrare menſis. 2. Epiſcopum prædicantem obſervare. 3. Eidem ſacrificanti aſſiſtere. 4. Dominicum ſanguinem populo diſpenſare. Aug. tract. 27. in Ioan. Pro. 23.

2. Conſideranda ejus fortitudo in ipſo martyrio, quam explicat Prudentius; Ita enim ipſe ad Iudicem, jam craticulæ impoſitus; In hymno de S. Laurent.

Converte partem corporis
Satis crematam jugiter,
Et fac periclum quid tuus
Ardens Vulcanus egerit.

Cumque inverti juſſiſſet, ait;

— coctum eſt, devora,
Et experimentum cape,
Sit crudum an aſſum ſuavius.

Dicit Pſalmiſta ex peſona S. Laurentii; *Ure renes meos, & cor meum. Duplici ſe poſtulat igne comburi. Nam ſi de ſolo mundi igne loqueretur, ſufficeret renes tantùm exurẽdos incendiis obtuliſſe. Cor autem niſi flamma Chriſti nõ erit*, ita Auguſt. Ser. 30. de Sanctis.

Quis non obſtupeſcat tantum animum in tantis tormentis?

Digitized by Google

De patientia c. 17. Sent. 295. Concil. Arauſ. 2. ca. 17. In ſermon. de S. Laur. tormentis? Quid verò D. Laurentium tam fortem effecit? *Fortitudinem gentilium mundana cupiditas*, inq. S. Auguſt. *fortitudinem verò Chriſtianorum facit Dei Charitas*. Ideo S. Leo Tyrannum alloquens; *Flammis tuis*, inquit, *ſuperari charitatis Chriſti flamma nō potuit: ſegnior fuit ignis, qui foris uſſit, quàm qui intus accendit. Sæviſti perſecutor in martyrem, ſæviſti & auxiſti palmam, dum aggeras pœnam. Nam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem triumphi, tranſierunt etiam inſtrumenta ſupplicii?* Sicut & S. In Ser. S. Laur. Auguſt. *Quando Laurentius appoſitos extrinſecus ignes non timeret, niſi intus flamma charitatis arderet? In comparatione fervoris, quo pectus ejus ardebat, exterior perſecutorum flamma frigebat. Quando enim ferret tantorum dolorum aculeos, niſi diligeret gaudia præmiorum? Poſtremò, quando contemneret iſtam vitam, niſi diligendo meliorem? Fortis ut mors, dilectio*, illa violentiſſima ad auferendum, hæc ad ſalvandum. Cant. 8. Aug. in Pſal. 47. Ibidem. Pſal. 67. *Gaudeamus igitur*, inquit Leo, *gaudio ſpiritali, & de feliciſſimo inclyti viri fine gloriemur in Domino, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, in quibus nobis & præſidium conſtituit & exemplum*; hoc ut imitemur, illud ut adjuvemur.

Hom. 35. in Evang. Denique notandum, quod D. Gregor. ait, *Nos ſine ferro & flamma Martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in mente cuſtodiamus*. Deinde ſi gratia Dei flammas In orat. feſt. vitiorum & cupiditatum extinguere ſtudeamus, Ad Demetriad. quod hodie diligenter orat Eccleſia. *Habet & pudicitia ſervata ſuum Martyrium*, inquit S. Hieron. Et alibi: In Epitaph. Paulæ. *Devota quoque mentis immaculata ſervitus, quotidianum Martyrium eſt. Sic & Martyrii genus eſt*, inquit D. Ser. 30 in cant. Ser. in oct. Paſchæ. Bern. *ſpiritu carnisfacta mortificare, quotidie corpus affligere, propriam voluntatem mactare*. Dicit hoc *eſſe martyrium, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius*. In parvis Sent.

De

Digitized by Google

De S. Martino canitur, quod *eſto ſanctiſſimam animam ejus gladius perſecutoris non abſtulit, palmã tamen Martyrii non amiſit.* Et de paratis ad Martyrium dicit Cyprian. *Deus qui perſpicit apud te paratam fuiſſe virtutem, reddet pro virtute mercedem.* D. Mortali.

MONITVM LII.

Non turbetur cor veſtrum; creditis in Deum, & in me credite, &c.

Joan. 14.

SVnt verba Domini in cœna, imminente paſſione, ex qua periculum erat; ne turbarentur diſcipuli. Hinc eos præmonet. Nam ex iis quæ in paſſione contingebant, magis confirmari debebant in fide Meſſiæ: prædicta enim erant omnia in Scripturis ſanctis, uti frequenter eis oſtendit Chriſtus. Infirmis ex perſecutione bonorum, & malorum proſperitate magnum ſolet imminere ſcandalum: infirmi adhuc erant Apoſtoli; hinc eos præmuniit contra imminentia mala. *Iacula præviſa minus feriunt.* Unde hortatur Ambroſ. *Paremus affectum noſtrum, ne imparatum vis repentina perturbet. Eſto paratus non ſolum adverſus ea quæ vides, ſed adverſus ea quæ nõ vides. Meditare, & ſtatue animo, ut procedens ad prælia dicas; Paratus ſum, & non turbatus.*

Pſal. 21. Iſai. 53. Pſal. 72. Gre. hõ. 35. In Pſal. 11. ad illum verſum.

Non turbetur ergo; turbari humanum eſt, ſed videndum ne iſta turbatio rationem, quam ad malum

lum ſollicitat, vincat, & ad aliquod peccatum pertrahat. Non itaque ſic turbetur, ut propterea à fide deficiat, à bono opere, à ſancta converſatione, oportet *verſari per arma juſtitiæ à dextris & ſiniſtris*, in proſperis & adverſis. Monet Sapiens; *Si ſpiritus poteſtatem habentis, ſuper te aſcenderit, locum tuum ne dimiſeris.* Et Apoſtolus loquens de perſecutione Antichiſti; *Tantũ*, inquit, curare debet, *ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat*, id eſt, qui credit, bene operatur, credendo & operando perſeveret, donec perſecutio & iniquitas finiatur.

2. Cor. 6. Ecclef. 10. 2. Theſ. 2.

Sic nec nunc Chriſtiani turbari debent bonorum afflictionibus, quia fiunt; ſed confirmari, quia fit quod prædictum eſt, unde Paulus; *Nemo moveatur*, inquit, *in tribulationibus iſtis: ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus.* Et Petrus, *Si benefacientes patienter ſuſtinetis; hac eſt gratia apud Deum. In hoc enim*, ait, *vocati eſtis.*

1. Theſ. 4. 1. Pet. 4.

Non debet etiam turbari accedens ad ſervitutem Dei, ſi tentationes ſentiat, à carne, mundo, diabolo: id enim præmonet Sapiens, dicens; *Fili accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Vir enim ſapientiâ plenus*, inquit S. Leo, *ſciens ſtudium religionis laborem habere certaminis, cùm prævideret pugnæ periculum, antè admonuit pugnaturum, ne fortè ſi ad ignorantem tentator accederet, imparatum citiùs vulneraret.*

Eccl. 2. Ser. 1. de. Quadr.

Sic non turbari debet, qui videt abundare iniquitatem, refrigeſcere charitatem; interire fidem, creſcere infidelitatem; hæc enim clariſſimè antè prædicta ſunt à Domino. *Abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas. Filius hominis veniens, putas inveniet fidem ſuper terrã? Prædictũ eſt*, inquit Cyprian. *deficiente mũdo bona*

Matth. 24. Luc. 18. Lib 1. epiſt. 4.

bona quæque deficere; mala verò & adverſa proficere, &c. Et de pſeudo prophetis quos exſurrecturos prædixit Dominus, ait Auguſt. *Mirandum non eſt ſi exurgant, vigilandum ne noceant.* Matth. 24. Epiſt. 141.

Nec turbari debet ille qui animum ad Matrimonium adjicit, ſi in eo miſerias, & incommoda multa inveniat; hoc enim eis prædixit Apoſtolus; *Tribulationem tamẽ carnis habebunt hujuſmodi.* Unde & Comicus dixit; *Vxorem duxi; quã ibi miſeriã non vidi?*

Similiter non turbetur quis in amiſſione bonorum temporalium, quæ incerta vocat Apoſtolus, *quæ poteſt fur rapere, hoſtis invadere, proſcriptio tollere*, inquit Hieron. *quæ & accedere poſſunt, & recedere; & inſtar undarum ac fluctuum, à ſuccedentibus ſibi dominis occupantur; quæ velis nolis in morte dimiſſurus es.* 1. Timot. 6. Ad Iulian.

Denique nemo turbari debet, in morte vxoris, mariti, filiorum, amicorum, &c. Iſta enim ordine debito & ſorte conditionis noſtræ accidere neceſſe eſt. *Mortalem mori neceſſe eſt*, ait Cypria. Unde Anaxagoras gentilis, audita filii ſui morte; *Sciebam*, inq. *me genuiſſe mortalem.* Et alius Sapiens; *Non erit magnus magnum putans, quòd moriuntur mortales.* Hinc & ſeipſum reprehendit Auguſtinus, quòd nimiùm doluiſſet in morte amici; *O dementiam, ait, neſcientem homines diligere humaniter! ô ſtultum hominem, humana immoderatè patientem!* Et in luctu ob mortem matris; *Diſplicebat*, inquit, *mihi, tantum in me poſſe hæc humana, quæ ordine debito, & ſorte cõditionis noſtræ accidere neceſſe eſt. Debemus & nos*, ait D. Hieron. *animo præmeditari, quod aliquando futuri ſumus, & quod, velimus, nolimus, abeſſe longiùs non poteſt.* Lib. 4. Epiſt. 6. Vide Hiero. ad Iulian. Apud. Poſſido. in vita D. Aug. cap. 28. Lib. 4. cõf. cap. 7. Lib. 9. c. 12. In epiſt. ad Heliod.

Præmunit ergo Chriſtus diſcipulos, contra mala imminentia, duplici ratione. 1. Auxilio præ-

ſentis

ſentis vitæ quod præſto eſt omnibus in ſe confiden-
Pſal. 90. tibus. *Qui enim habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur.* 2. Spe futuri præmij; quod omnes electi, ſive infirmi, ſive fortes, ſive perfecti, ſive imperfecti conſequentur, quiſque pro ſuo merito, de quo alibi ſatis dictum. Nunc de priori aliquid dicendum. *Creditis*, inquit, *in Deum, & in me credite.* Optimum remedium in omni preſſura, in Deum credere. Sicut in Patrem, ita & in Filium, quia unum ſunt, id eſt, unius eſſentiæ, potentiæ, ſapientiæ, &c. Hoc difficile erat de Christo credere, in illa carnis infirmitate: & ſicut difficile, ita magni meriti; hinc illam fidem exigebat. Oportet ergo in omni tentatione, ac tribulatione in Deum credere, id eſt, de ejus adjutorio confidere, in eo ſpem omnem & fiduciam collocare; *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.* Hæc enim oſtendit homini propriam infirmitatem, Dei omnipotentiam & miſericordiam, ex quarum conſideratione ſpem concipit, non in propriis viribus, ſed in Deo, ex qua ſpe accedit ad Deum orandum; *Omnis autem qui invocarit nomen Domini, ſalvus erit.*

Parte 1. Monit. 108.

Ioan. 10. 2. Ioan. 5.

1. Ioan. 5.

Rom. 10.

Auxilium autem quod Deus præſtat ſanctis in afflictionibus, non ſemper eſt corporale, aut temporale, ſed ſpiritale: juvantur enim à Deo, *non ſic ut nihil patiantur adverſi, ſed ut nullâ ſævientium crudelitate ſuperentur.* Quo freti dicunt: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo, Dominus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos.* Nemo ergo de ſuis viribus præſumat; *Qui enim præſumpſit, ille cecidit,* inquit Auguſt. Legimus de quibuſdam qui de ſe præſumentes, ſeipſos perſecutoribus obtulerunt, ſed defecerunt. *Præſcribit Chriſtiana Religio*, inquit Gregor.

Proſp. de voc. gent. lib. 2. ca. 2.

Pſal. 117.

Euſeb. li. 4. hiſt. cap. 15.

Gregor Nazianz. *Ne pericula nobis ipſi excitemus, partim animabus noſtris metuens, partim hoſtium exitio occurrẽs; datâ autem occaſione, veritatis causâ fortiter periculum adeamus.* Sancti qui ſe ſponte hoſtibus obtulerunt, juſſu & revelatione divinâ id feciſſe non dubium. Sic D. Ignatius nolebat à Romanis liberari, tametſi id eis non fuiſſet difficile. D. Cyprianus ibat ad illum locum, in quo ſe à perſecutoribus capiendum ſciebat. D. verò Polycarpus in eo manebat loco, ad quem hoſtes ſui comprehendendi cauſâ venturos ſciebat.

In orat. funebr. Cæſarij fratris.

In Epiſt. ad Rom.

Pontius in vita.

Euſeb. li. 4. cap. 14.

Alioqui ita hortatur ſuos D. Cyprian. *Vos, fratres chariſſimi, pro diſciplina, quam de mandatis Dominicis à me ſẽper accepiſtis, & ſecundùm quod me tractante ſæpiſſimè didiciſtis, quietem & tranquillitatem tenete: ne quiſquam veſtrûm aliquem tumultum de fratribus moveat, aut ultrò ſe gentilibus offerat: apprehenſus enim & traditus loqui debet; ſi quidem in nobis Dominus poſitus illâ horâ loquatur, qui nos confiteri magis voluit, quàm profiteri.* Eandem differentiam inſinuat inter has voces Cicero pro Cecinna: *Quid* (inquit) *confitetur atque ita libenter confitetur ut non ſolum fateri, ſed etiam profiteri videatur.* Vt profiteri ſit ultrò & palàm cõfiteri. Confiteri verò quando quis interrogatus reſpondet.

In Epiſt. ultima.

Sic & S. Athanaſ. *Cùm*, inquit, *ſcirent Sancti, dixiſſe Chriſtum; Cùm vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Et, Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, &c. ejuſmodi tenuerunt ſuæ converſationis inſtitutum. Quæ enim nunc præcipit Dominus, eadem quoque ante ſuum in carne adventum locutus eſt in Sanctis: & hoc inſtitutum homines ad perfectionem ducit. Nam quod Deus juſſerit, id omnino faciendum eſt. Ideoq; & ipſum Verbum propter nos*

In Apologia de fuga [illegible], ante medium.

Matth. 10.

Matth. 24.

Lucæ 4.

Ioan. 8.

homo factum, non indignum putavit cùm quæreretur,
Ioan. 18. *quemadmodum, & nos, abſcondere ſe; & cùm perſecutionem pateretur, fugere, & inſidias declinare: cùm autem à ſe definitum tempus ipſe adduxiſſet, in quo corporaliter pro omnibus pati volebat, ultrò ſeipſum tradidit inſidiantibus.*

Ibidem Athanaſ. *At verò ſancti homines, cùm hanc quoq; formam à Salvatore didiciſſent (ab ipſo enim & antea & ſemper omnes docebantur) adverſus perſecutores, ut legitimè certarent, fugiebant, & ab illis quæſiti ſe abſcondebant. Cùm enim præſtituti ſibi à Divina providentia temporis finem ignorarent, nolebant inſidiantibus ſe temerè tradere: ſed contrà*
Pſal. 30. *cùm ſcirent, quod ſcriptum eſt, in manibus Dei eſſe ho-*
1. Reg. 2. *minum ſortes, & Dominum mortificare, & vivificare: po-*
Heb. 11. *tius in finem uſque perſeverabant, circumeuntes, ut ait Apoſt. in melotis, & pellibus caprinis egentes, anguſtiati, in ſolitudinibus errantes, & in ſpeluncis, & in cavernis terræ latentes, quoad vel definitum tempus mortis veniret, vel qui tempus ipſum definierat Deus cum eis loqueretur, & inſidiantes cohiberet, aut certè perſecutoribus eos traderet, utcumque illi placuiſſet.* Hactenus Athanaſius.

MONITVM LIII.

Elegi vos de mundo, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.

Ioan. 15.

DUo ſignificantur. Primum, Magnitudo beneficij, quo quis ad Chriſtianiſmum (Religionem) vocatur. Alterum, quid illud beneficium à nobis

Digitized by Google

nobis exigat. Magnitudo beneficij potiſſimùm ex tribus itelligitur. 1. Ex ipſo mundo de quo quis eligitur: *Mundus totus in maligno poſitus eſt*, inquit Ioannes. Ibi non niſi vanitas & afflictio ſpiritus: *ibi non minor miſeriarum quàm criminum multitudo*; ait S. Proſp. ibi pericula animarum, occaſiones peccatorum, ſcandala infirmorum, ut uno verbo dicam, omnium malorum pelagus. Quantum beneficium, de mundo tam immundo eligi.

1. Ioan. 5.
Eccl. 1. 2.
De voc. gent. l. 1. c. 7.

2. Ex ipſa Dei electione, quæ gratuita eſt, non ex noſtris meritis, ſed ſola Dei gratia & voluntate. *Deus enim miſerendi cauſam ſumit ex proprio*, inquit S. Bern. *ulciſcendi magis ex alieno.* Hominis electio aliquod bonum reſpicit quod in eo cernitur, quod eligitur; non Dei: nullus dignior altero, omnes indigni. *Gratia Dei*, inquit S. Auguſt. *non tam movet, cùm præſtatur indignis, quàm cùm æquè indignis aliis denegatur. Dedit ſemetipſum pro nobis*, ait Apoſt. *ut nos eriperet de præſenti ſæculo nequam* id eſt, de medio vanorum & impiorum hominum. Quod quidem fit in omnibus Chriſtianis bonis, qui ſeparantur animo, quia aliud volunt, aliud deſiderant, aliud faciunt: maximè autem in Religioſis, qui etiam corpore, converſatione ſeparantur.

Ber. Ser. 5. de Nat.
De pec. mer. lib. 1. cap. 21.
Galat. 1.

3. Ergo ex loco ad quem Deus nos vocat, quæ eſt ſancta Religio quam S. Gregor. tuto, & quieto portui comparat, & religioſi in littore maris habitare dicuntur, ubi in tranquillitate poſiti, vident pericula, & naufragia hominum, in periculoſo ac turbulento mari hujus ſæculi converſantium. De ſe ait Vincentius Lirinenſis, auctor inſignis libelli contra Novatores: *Condidimus nos in portum religionis cunctis ſemper fidiſſimum, ut ibi & præſentis vitæ naufragia, & futuri ſæculi incendia vitare poſſemus.*

In Morall.
Geneſ. 49.
In præfat. lib. contra Novat.

Sed quid hoc beneficium exigit? 1. Vt eatis, inquit Chriſtus; 2. Fructum afferatis. 3. Et fructus veſter maneat. Primum in affectibus ac deſideriis intelligitur; Secundum, in operibus virtutum omnium: Tertium, in perſeverantia. Primò ergo ire oportet; tota noſtra cogitatio, cura, conatus debet eſſe, proficere. Anima fertur deſideriis, ſicut corpus pedibus. *Pondus meum, amor meus*, inquit S. Auguſtin. *eo feror, quocunque feror.* Præcipitur Criſtiano etiam in hac vita perfectio, quæ in plena obſervatione mandatorum Dei conſiſtit, etiamſi nemo eam in hac vita aſſequatur, eò quòd quotidie eò tendere & conari debeat. Sic ſtatus religionis, ſtatus dicitur perfectionis, non quòd religioſi omninò ſint aut eſſe debeant perfecti, oportet tamen eos præ aliis ad eam contendere, eò curas omnes & cogitationes conferre. Ad hoc enim aſſumuntur conſilia, ut faciliùs & perfectiùs impleantur præcepta, ſublatis per vota illis, quæ maximè perfectionem impedire ſolent.

Lib. 13. conf. cap. 9. epiſt. 89.

D. Thom. in Quodlib. 4. art. 23. in reſponſ.

2. Dicitur, *ut fructum afferatis.* Vocatur Chriſtianus, Religioſus, non ad otia, non ad voluptates, non ad carnis commoda, ſed ad labores, ad opera ſancta; ut, inquit fructum afferatis, id eſt, ut exerceatis vos in operibus virtutum omnium, charitatis, humilitatis, obedientiæ, manſuetudinis, caſtitatis, miſericordiæ, &c. Sponſa in Canticis ſollicita eſt de floribus & fructibus; *Fulcite*, inquit, *me floribus, ſtipate me malis.* Per flores, cogitationes & deſideria ſancta intellige; per fructus, opera. Sicut enim flores fructus præcedunt, ita cogitationes & deſideria ipſos actus; illis fulcitur & ſuſtentatur anima, in hujus vitæ miſeria. Chriſtus maledixit arbori habenti

Cant. 2. ibi Ber.

Matth. 21.

ti folia tantùm, non fructus. Arbori infructuoſæ ſervatur ſecuris & ignis. Inutiliter apparent flores, niſi etiam fructus ſequantur. Sed quid prodeſſet ſi vinea ſpem uvarum oſtenderet, ager ſpem ſegetis, arbor ſpem fructuum, in floribus & fructibus, ſi poſtea vel grandine, vel pluvia, vel tempeſtate deſtruerentur? Matth. 4. 7.

3. Hinc ſequitur, *Et fructus veſter maneat.* Perſeverandum ergo in opere bono uſque in finem. *In Chriſtiano*, inquit Hieron. *non quæruntur initia, ſed finis.* Veſtis Pontificis longa uſque ad talos eſſe debebat; ſic ornatus virtutum eſſe bebet cum perſeverantia: ac in ſacrificiis, etiam cauda, quod extremum eſt animalis, offerri jubebatur. Significatur quod omnem vitam Deo offerre & conſecrare debemus. *Totum exigit, qui totum fecit & dedit*, inquit Aug. Non deſunt bene ambulantibus difficultates & tentationes, à diabolo, qui non dormit; à carne, quæ nondum mortua eſt; à mundo, qui non tolerat diſſimiles animos. Sed dicendum cum Propheta; *Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos tanquam cervorũ.* De quibus pedibus & David; *Qui perfecit pedes meos tanquã cervorũ*, ut omnia hujus ſæculi ſpineta occurrentia tranſilire poſſim. In epiſt. ad Furiam. Ber. Epiſt. 78. Levit. 3. Abac. 3. Pſal. 17. Aug. in illum Pſal.

Scias, ait S. Bern. *Diabolum ſoli ſemper perſeverantiæ inſidiari; quam ſolam virtutum novit coronari.* Et alibi; *Tolle perſeverantiam; nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui bene cœperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit.* Sic D. Cypr. *Confeſſio*, inquit, *gloriæ exordiũ eſt, non meritum jam coronæ; nec perficit laudem, ſed initiat dignitatem. Cumque ſcriptum ſit; Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit: quicquid ante finem fuerit, gradus eſt, quo ad ſalutis faſtigium aſcenditur, non terminus quo jam culminis ſumma teneatur.* Epiſt. 32. Epiſt. 129. Matth. 24. De unit. Eccleſ. Matth. 24.

Digitized by

Deinde talem fructum afferre debet Chriſtianus, qui maneat, etiam poſt hanc vitam, vel in ſe, vel in ſua mercede. Sic patientia non perit; non perit fides, non perit miſericordia, quia mercedem æternam habent. Charitas autem etiam in ſe manet, humilitas, obedientia, caſtitas, pax &c. Fructus autem carnis, & mundi non manet, nec in ſe, nec in ſua mercede, niſi mala, & infelici. Sic Divus Bern. in epiſt. ad Sophiam, ne moveretur vanitatibus ſæculi & loquens de mundanis; *In morte*, inquit, *deponent omnia, te tua ſanctitas non relinquet: Opera enim illorum, ait Ioannes, ſequuntur illos.* Unde impij ſerò queruntur apud inferos; *Quid nobis profuit ſuperbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Tranſierunt illa omnia tanquam umbra.* Divus Auguſtin. contra Julian. loquens de concupiſcentia mala, quam perire dicit Ioannes; quam mali ſequuntur, boni ſuperare conantur: *Vt reſurrectionis tempore*, inquit, *non ſit omninò in vivente corpore, nec dolente, præmium eſt eorum, qui contra eam fideliter certarunt, qui languore ſanato, immortalitate ſanâ, & beatiſſimâ veſtientur: In eis verò qui non ad vitam reſurgent, non feliciter, ſed pœnaliter erit; non quia tunc ab ea quiſquam mundabitur, ſed quia tunc malis non in delectamenta excitabitur, ſed in tormenta vertetur.*

Ioan. 6. Pſal. 9. Pſal. 111. 1. Cor. 13.

Epiſt. 113.

Apoc. 14. Sap. 5. 1. Ioan. 2. Lib. 6. c. 5. in fine.

MONI

MONITVM LIV.

Regreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum.

Luc. 17.

PEccatum lepræ comparatur, quòd ea morbus ſit abominabilis, naturâ ſuâ inſanabilis, univerſalis omnes partes corporis inficiens, & ad alios ſerpens: & ſic peccatum abominabile eſt coram Deo & Sanctis; non curatur niſi à ſupremo medico; totum hominem, animam & corpus inficit, alios quoque peccatori adhærentes? *Qui enim tangit picem inquinatur ab ea; Et amicus ſtultorum ſimilis efficietur.* Sollicitus ergo eſſe peccator debet, ut citiùs à lepra peccati mundetur. Mundatur autem per gratiam juſtificationis, quæ duas habet partes, videlicet operationem profectumque virtutum, ab initio converſionis, uſque ad conſummationem ſanctæ converſationis: & remiſſionem peccatorum, quâ à peccatis juſtificari dicimur, ſive cùm baptizamur, ſive cùm à ſacerdotibus abſolvimur, ſive cùm aliâ quavis ratione, peccatorum remiſſionem conſequimur. Eccleſ. 13. Prov. 13.

Nam gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ quiſque liberatur & juſtificatur, non ſolùm remiſſione peccãtorum, inq. S. Auguſt. *ſed priùs ipſius inſpiratione fidei, & timoris Dei, impartito ſalubriter orationis affectu & effectu, donec ſanet omnes languores noſtros, & redimat de corruptione animam noſtrã, & coronet nos in miſeratione* Epiſt. 105. Pſal. 101.

& miſericordia. Sic ut juſtificatio nihil aliud ſit, quàm continua quædam progreſſio, tam in operatione virtutum, quàm remiſſione peccatorum. *Quiſquis enim*
Can. 3. *dixerit*, ait Conc. Carthag. & Milevit. *gratiam Dei quâ juſtificamur per Chriſtum ad ſolam remiſſionem peccatorum valere quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit.*

In Pſal. 7. *Duo ſunt officia medicinæ*, inquit S. Aug. *unum quo ſanatur infirmitas, alterum quo ſanitas cuſtoditur: hinc infirmus ut liberetur; ſanus, ne corrumpatur, orat: ille, ut à morbo evadat, remedium; hic ne in morbum recidat, tui-*
In Pſal. 144. *tionem petit. Attendamus gratiam Dei*, ait idem Auguſt. *non ſolùm quâ fecit nos, verùm etiam quâ refecit. Cui debemus quod ſumus, illi debemus quia & juſtificati ſumus. Nemo quaſi tribuat Deo, quia eſt; & ſibi tribuat quia juſtus eſt; Melius eſt enim quod tibi vis tribuere, quam quod illi. Melius eſt enim aliquid eſſe, quia juſtus es,*
Lib. 2. ca. 7. *quàm quia homo es.* Unde & ipſe in Confeſ. Deo gratias agens; *Gratiæ tuæ deputo*, inquit, *quòd peccata mea tanquam glaciem ſolviſti; gratiæ tuæ deputo, & quæcunque*
De S. Virg. cap. 40. *non feci mala.* Et ad ſanctas Virgnes; *Deputate*, ait, *vobis omnino dimiſſum, quicquid mali à vobis non eſt illo regente commiſſum.* Et ipſe de ſe ibidem in Confeſ. *Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ Deo duce non feci.*

Hoc donum juſtificationis diligenter apud ſe expendat peccator; cogitet nullum tam grave eſſe peccatum quod non poſſit facere, ſi Dei gratia
Tertull. li. 2. de pœnit. deſit; cogitet *venia peccatorum conceſſa, tot damnationis titulos eſſe eraſos*; cogitet quid ſit damnatio, videlicet, in æternum Divino conſpectu, in quo totum eſt hominis bonum, privari, atque ſempiterno igne ardere; ſine ulla ſpe redemptionis; cujus damnationis reatus

reatus vel uno peccato mortali incurritur. Pro tam ingenti ergo beneficio gratias agere debet Deo per Chriſtum, qui *ſanguinem ſuum effudit in remiſſionem peccatorum,& ut juſtitia legis impleretur in nobis.* Atq; *in hoc maximè,* inquit Auguſt. *conſtitutus eſt Dei cultus, ſeu pietas,*(quā Sapientiam vocat Propheta) *ut anima ei non ſit ingrata. Vnde & in ipſo veriſſimo & ſingulari ſacrificio Domino Deo noſtro gratias agere admonemur.* Matth. 26. Rom. 28. De ſpir. & lit. cap. 27. Iob. 28.

Hinc etiam cantica illa laudis & gratiarum actionis frequentantur in Eccleſia, Magnificat, Benedictus, Te Deum laudamus, &c. *Quid enim melius & animo geramus,& ore promamus,& calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt,* inq. D. Aug. Idem de Donatiſtis loquens; *Hi,* ait, *inſultare nobis audent, quia fratres, cùm vident homines, Deo gratias dicunt. Quid eſt, inquiunt, Deo gratias? Itáne ſurdus es, ut neſcias quid ſit Deo gratias? Qui dicit Deo gratias, Deo gratias agit. Vide ſi non debet frater Deo gratias agere, quando videt fratrem ſuum. Non enim eſt locus gratulationis, quando ſe invicem vident, qui habitant in Chriſto?* Epiſt. 77. In pſal. 132.

Nihil ita diſplicet Deo, inquit D. Bern. *praeſertim in filiis gratiae, in hominibus converſionis, quàm ingratitudo; Ventus eſt urens, ſiccans ſibi fontē pietatis, rorem miſericordiae; fluēta gratiae.* Hinc Chriſtus in Evangelio; *Qui habet,* id eſt, amat id quod habet, de eo gratias agit, *dabitur ei* amplius, imò, *abundabit.* Hinc qui orat, orationem à gratiarum actione debet incipere, ut fiat idoneus qui plura accipiat. Hoc docuit Chriſtus, orationem ſuam nobis tradens; *Pater noſter*; quae praefatiuncula, gratiarum actio eſt, ut ait D. Cypr. quod nos è filiis diaboli & irae fecerit filios Dei & gratiae. *Qui autē nō habet,* inq. Chriſtus, non magnifa- Ser. 51. in cant. Matth. 13. Aug. ſer. 110. in Nov. Sup. Mo. 28 In orat. Dom.

Digitized by Google

Ibidem. cit id quod habet, non agit de eo gratias, *& quod habet, auferetur ab eo.*

Rom. 1. Sic de Philoſophis ait Apoſtolus; *Cùm cognoviſ-*
2. Theſ. 2. *ſent Deũ, non ſicut Deum glorificaverũt, aut gratias egerũt, & obſcuratum eſt cor eorum.* Sic *mittit Deus operationẽ erroris iis, qui charitatem veritatis non receperunt*, nec de eo gratias egerunt. Unde rectè monet D. Aug. *Grati ſimus ex eo quod habemus, ut addatur quod non habemus,*
De verb. Apoſt. ſer. 16. *& non perdamus quod habemus.* Et S. Proſp. *Nunquam ceſſemus à gratiarum actione, quia inter ſecunda vitæ hujus*
In epiſt. ad Demetriad. *& adverſa, quibus gemina ſemper tentatione pulſamur, ſi proficimus, inde alimur; ſi ſtamus, inde ſubſiſtimus; ſi recidimus, inde reparamur.*

Vide Aug. l. 2. quæſt. Evang. c. 20. Vt etiam hoc addamus, Lepra rectè etiam hæreſim, ſeu falſam doctrinam ſignificat. 1. Quia in erronea doctrina vera falſis ſunt permiſta, quemadmodum in leproſis eſt colorum varietas. 2. Quod hæretici vitium ſuũ abſcõdere nõ poſſint ſed pro ſumma peritia, imperitiam ſuam in lucem proferunt, & jactantia ſermonis oſtentant. 3. Ob contagioſam peſtẽ & corruptionem malæ doctrinæ è caſtris Domini recedentis, unde vitandos diligenter monet Scriptura. Hi leproſi ad Sacerdotes Eccleſiæ mittendi, ut ſanentur ac in fide vera inſtruantur. Proponit enim Scriptura nobis primum Eccleſiã Eccleſiæq; doctores, ut deinde per eos doctrinam veritatis accipiamus. Sic
Iſaiæ. 2. enim per Iſaiam; *Erit*, inquit, *præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eam omnes gentes, & dicent; Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas.* En priùs vident domum Dei Iacob, & dum ad eam venerunt, diſcunt doctrinam Dei.

1. Tim. 3. Similiter teſtatur Apoſtolus *Eccleſiã eſſe ſedem veritatis*

tatis (unde ſcilicet veritas petenda eſt) & *Paſtores & Doctores datos, ut non ſimus parvuli ſtuctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ.* Ipſi quoque Petro à Domino promiſſum eſt, *quòd confirmaret fratres ſuos, ne à Satana agitentur, velut in cribro triticum*; in quo per agitationem paulatim univerſum pollen excernitur, remanentibus tantùm furfuribus. Ita diabolus voluit diſcipulos amittere omnem florem fidei, & religioné, remanereque eis tantum vanas quaſdam ſuperſtitiones. Sed tunc orante Chriſto indefectibilis fides uni Petro cõceſſa eſt; & hâc viâ omnibus Chriſti diſcipulis proviſum: ipſo videlicet Petro confirmaturo Dei inſtitutione omnes fratres ſuos. Epheſ. 4. Lucæ 22.

Cuſtoditur, ergo Eccleſia in fide, per primum Paſtorem, de quo dictum eſt; *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*: & *per alios paſtores & doctores, quos dedit Chriſtus ad cõſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti*, &c. Illi ergo conſulendi, illi audiendi. Nec reſpiciendum in facies hominum, ſive, quòd multi Paſtores impij ſint; *Eò quòd de Præpoſitis malis plebẽ ſecurã fecerit cæleſtis magiſter, ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra desereretur in qua coguntur etiam mali bona dicere; Neque enim ſua ſunt quæ dicunt, ſed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam poſuit veritatis*; idque propter Eccleſiam: utpote, quæ precibus ſuis à Deo impetrat, ut ſicut promiſit, per miniſterium Paſtorum ſe omnem veritatem doceat. Rectè igitur ob hanc fidei cuſtodiã, vocat Paulus *Eccleſiam*; *columnam & firmamentum veritatis.* Matth. 16. Epheſ. 4. Aug. Epiſt. 166. Vitia hominũ ſunt, non doctrinæ. Aug. Ioan. 16. 1. Tim. 3.

Hoc addo ex S. Auguſtino; *Hæretici non habendo quod in cauſa ſuæ diviſionis defendant, non niſi* Epiſt. 137.

niſi hominum peccata colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſime jactant, ut quia ipſam Scripturæ divinæ veritatẽ criminari, & obſcurare non poſſunt, homines per quos prædicatur adducant in odium, de quibus & fingere, quicquid in mentẽ venerit, poſſunt. Quomodo autẽ Catholici cõſortia hæreticorum tanquam ſpiritualium leproſorum fugerint ac deteſtati ſint indicium ejus narrat Theodoretus de Catholicis adoleſcentibus; qui cùm ſphæræ luſu ſe oblectarent in platea, ac fortè Lucio Arianorũ epiſcopo tranſeunte ſphæra decidens per aſini, quo ille vectabatur, pedes voluta eſſet; illi ſphæram pollutam arbitrati, mœrorem ejulatu monſtrarunt, continuoque poſt accenſo igne, illam per hunc traductam, expiatam eo modo fore crediderunt. Puerile quidem hoc erat antiquæ purgandi conſuetudinis reliquias præſeferens: Indicio tamen fuit, quantopere veſaniam Arianam civitas odiſſet univerſa. Vide lib. 7. cap. 16. hiſt. Tripart.

MONITVM LV.

Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.

Matth. 24.

Lib 4. in Matth.

ABominatio deſolationis juxta Hieron. *intelligitur omne dogma perverſum*; & rectè; eſt enim res quàm inprimis abominari debemus. Omnia quidem peccata deteſtanda, ſed maximè infidelitas,

Digitized by Google

tas,hæreſis,quæ periculoſiſſima peccatorum. *Facit infidelitas*,inquit D. Proſp. *ut tota vita ſit iniquitas; ubi enim non eſt agnitio æternæ veritatis,falſa virtus eſt,etiã in optimis moribus.* Quod dicitur,vel ob pleraſque ac præcipuas vitæ partes, quomodo in Script. dicitur, *totus mundus in maligno poſitus*;vel ob eam vitam quæ infideliter agitur; ſic Apoſtolus; *infidelibus nihil eſt mundum. Sodomitæ homines peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis*,inq. Scriptura, quos ideò Dominus ſubvertit,miſſo è cælo igne & ſulphure; ſed & cuncta terræ virentia ac viventia. Pejores iis ſunt qui veritati reſiſtunt. Hinc Chriſtus in Evang. *Terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii*,quàm illi ciuitati quæ veritatem reſpuit.Hinc per antonomaſiã Peccatum vocatur, *Peccatum peccavit Ieruſalem*.ait Ierem. *propterea inſtabilis facta eſt*; & Chriſtus de Iudæis; *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Pejor autem eſt deſertor fidei, & ex deſertore expugnator ejus effectus, quam ille qui non deſeruit, quam numquam habuit*, inquit Auguſt.

Sent. 106. 1. Ioan. 5. Tit. 1. Gen. 23. Matth. 11. Thren. 1. Ioan. 15. Lib. 22. de Civit. ca. 15.

Vocatur autem abominatio deſolationis, quia ſecum adfert deſolationem. 1. Temporalem; audiamus Vincentium Lirinenſem de hæreſi Ariana, quantum ea calamitatum invexerit: *Tempore Arianæ perfidiæ ſatis ſuperq; monſtratum eſt*,inquit, *quantum invehatur calamitatis,novelli dogmatis inductione.Tũc ſiquidem nõ ſolum parvæ res,ſed etiã maximæ labefactatæ ſunt; nec enim tantũ affinitates,cognationes,amicitiæ, domus,verumetiã urbes,populi,nationes,provinciæ,univerſũ poſtremò Romanum imperium funditus concuſſum & emotum eſt.Tunc temeratæ cõjuges,depopulatæ viduæ,prophanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati clerici,*

Cont. Novator.

acti

actu in exilium ſacerdotes, oppleta ſanctis ergaſtula, &c. Atque hæc omnia non aliam ob cauſam, niſi utique dum bene fundata antiquitas, ſceleſtâ novitate ſubruitur. Quæ omnia, fortè etiam graviora, per Calvinianam perfidiam invecta tot regnis, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Belgio, &c. nemo ignorat.

2. Adfert etiam deſolationem ſpiritualem, dum ea aufert, quibus excoluntur corda hominum, ut fructus bonorum operum proferant, ut eſt fides, veritatis prædicatio, Sacrificium, Sacramenta, &c. quibus privati homines, quid niſi ſpinas ac tribulos pariunt omnium errorum, ac vitiorum?

Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ, ubi illa deſunt. Atque hæc eſt peſſima deſolatio ac vaſtitas patriæ, etſi temporaliter abundaret omnibus. Unde pro maxima plaga minatur Dominus populo Iudaico, quòd *ſedebunt multos dies abſque Deo vero,* 2. Paral. 15. Oſeæ 3. *Sacerdote, Doctore, Sacrificio, Lege.* Et tres pueri in camino ignis, hoc unicè deplorabant, quòd *non eſſet* Dan. 3. *Dux neque Propheta, neque Sacrificium, neque oblatio, quibus miſericordiam à Deo invenirent.*

Additur in Evang. *ſtantem in loco ſancto.* 1. Quia hæreſis ſe pro veritate gerit, hæretici pro veritatis doctoribus, ſua conventicula, ſanctam Chriſti Eccleſiam dicunt: & ſub hoc prætextu ſinceram doctrinam & veram Eccleſiam impugnant. *Aſſerunt*, inq. D. Cypr. *noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, ut dum veriſimiliter mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur.* (De unit. Eccleſ.) *Nuſquam diabolus apertâ fronte ſe prodit*, ait S. Hiero. Venena non dantur, niſi melle circumlita; & *vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie umbraque virtutum.* (In vita Malchi. & ad Lætam.) Sic miniſtri tenebrarum, transfigurant

gurant ſe in Angelos lucis, cùm ſint hoſtes Dei, *peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices*, inquit idem Cyprian. 2. Cor. 11. Cypr. de unit. Eccl.

2. Stat hæreſis in loco ſancto, quia Deo ita permittente propter peccata hominum, per fas nefaſque invadunt, occupant loca ſancta, Templa, Monaſteria, Oratoria, &c. à Catholicis & pro Catholicis extructa ac fundata: ibique ſua venena falſitatis mortifera ſpargunt, ubi dulce veritatis pabulum hominibus antè præbebatur; ibi diabolo per omnia ſcelera & impietates ſerviunt, ubi Deo debita ſervitutis obſequia â Catholicis piiſſimè exhibebantur; ibi nunc homicidæ, & latrones animarum crudeliter graſſantur, ubi veri Epiſcopi ac Paſtores æquis legibus populum Dei moderabantur.

Sed quid illo rerum ſtatu faciendum, ut quis in vera fide ac pietate permaneat? *Tunc*, inquit Chriſtus, *qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes*. In Iudea, id eſt, in Eccleſia, ubi eſt vera confeſſio & laus Dei, ubi laudatur de bonis tanquam bonus, de malis tanquam juſtus. Lia pariens quartum filium, ait; *Nunc cõfitebor Domino, ideò vocavit eum, Iudam*: ad quem etiam Iacob ejus pater, in typo Chriſti; *Iuda te laudabunt fratres tui. Fugiant ad montes*: 1. intelligi poteſt dictum, pro generali remedio & ſolatio in omni tribulatione, ut conſolemur ſpe mercedis quam in montibus cæleſtibus exſpectamus, illam ſemper ante oculos habentes. *Bonum eſt*, inquit Propheta, *cum ſilentio præſtolari ſalutare Dei*. Sic reſpexit in futuram remunerationem, Moyſes, David, Tobias, Paulus, & alij Sancti. Gen. 29. Gen. 49. Threnor. 3. Heb. 11. Tob. 3. Pſal. 118.

Sed penitiùs ſcripturam inſpiciamus; Quando ea loquitur de hæreſi, benè monet, fugere; primò quidem, animo eam deteſtantes, in nullo conſentientes, 2. Tim. 4.

Sic

Sic fugienda peccata omnia ; atque hæc fuga ſem-
per neceſſaria. Secundò,etiam corpore , quantum
fieri poteſt,ob grave periculum , quod ex ea immi-
2. Tim. 2. net;*Serpit enim ut cancer.* Hinc diligenter monet D.
De unit. Eccleſ. Cyprian. tali peſte infectos , omnino *ab auribus &*
Eccleſ. 28. *latere arcendos.* Vnde Sapiens:*Sepi aures tuas ſpinis,&*
Matth. 10. *linguam nequam noli audire.* Et Dominus in Evang.
2. Macha. 5. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*; utramque autem ob-
turant contra incantatorem. Tempore Machabæo-
rum fideles relictis urbibus ad montes & loca de-
ſerta fugiebant ,*ibique inter feras vitam agebant , fœni
cibo victitantes , ne participes eſſent coinquinationis.*
In epiſt. ad Riparium Presbyt. *Melius eſt locum mutare* , inquit S. Hieronymus ,
quàm fidei veritatem ; ædificiorum & manſionis amœ-
In epiſt. ad Apronium *nitatem amittere,quàm malorum communione maculari.*
Et rurſũ; *Melius eſt panẽ mendicare,quàm fidẽ perdere.*
Lib. 6. ca. 2. Euſeb. de Origene refert quòd noluit cum hære-
tico vel in oratione conſiſtere : ſic enim ſe habebat
regula Eccleſiaſtica. Eſt canon 63. inter Apoſtolic.
Can. 63. *Si quis Clericus aut laicus ſynagogã Iudæorũ aut hæreti-
corũ conventiculũ ingreſſus fuerit, ut preces cũ illis con-*
Can. 33. *jungat,deponitor,& à cõmunione ſecluditor.* Eſt etiam ca-
Can. 37. non Laodic, Conc. 33. *Non oportere cum hæreticis vel
ſchiſmaticis orare.* Et Conc. Carthag. IV. *Cum hæreticis*
Cap. 3. *nec orandũ nec pſallendum.* D. Auguſt. ſcripturus contra
epiſt. Fundamenti,dicit ſe omnino cùm illis accomo-
daturum;*hac tamen lege,*inquit,*ſervata,ut vobiſcum non
ut cõventicula vobiſcum non celebrem, ut Manichæi no-*
Epiſt. 69. *men non accipiam.* Et S. Baſil. teſtis eſt,plurimis in civi-
tatibus populum cum mulieribus & pueris ipſiſque
ſenibus,ante portas effuſum , ſub dio preces funde-
re ſolitum , omnes aëris injurias ſuſtinere , nec ora-
toria hæreticorum ingredi velle.

Fugiendum

Digitized by Google

Fugiendum verò docet eſſe *ad montes*,id eſt,Eccleſiæ Paſtores,antiquæ fidei teſtes concordiſſimos;quorum multitudinem cùm contra Iulianum commemoraſſet Auguſt. eorum authoritate ita eum premit;*Hos de aliis atque aliis temporibus & regionibus, ab oriente,& occidente congregatos vides; non in locum quò navigare cogantur homines, ſed in librum qui navigare poſſit ad homines. Quantò tibi eſſent iſti iudices optabiliores, ſi teneres Catholicam fidem tantò tibi ſunt terribiliores,quia oppugnas Catholicam fidem:quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt,cujus lac & cibum parvis magniſque miniſtraverunt, quam contra inimicos etiam vos tunc nondum natos, apertiſſimè & fortiſſimè defenderunt,Talibus poſt Apoſtolos,ſanctæ Eccleſiæ plantatoribus, rigatoribus,ædificatoribus, paſtoribus,nutritoribus crevit: ideò ad prophanas voces veſtræ novitatis expavit.* Lib. 2. cont. Iulia. c.ult.

Rurſum commemoratis notabilium aliquot Epiſcoporum ſententiis in Pelagiani dogmatis damnatione conſentientibus;*Ecce*;inquit,*quò te introduxi.Conventus Sanctorum iſtorum,non eſt multitudo popularis; non ſolùm filij,ſed & patres Eccleſiæ ſunt.Ex illo numero ſunt de quibus prædictum eſt;Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,cõſtitues eos principes ſuper omnem terram.Ex qua filij generati ſunt,ut hæc diſcerent;ejus patres facti ſunt,ut docerẽt,Quid eſt,quod vos gaudere jactas,quòd iſta veritas quam tu errorem,vel putari cupis, de tanta multitudine, aſſertorẽ non poteſt invenire?quaſi parva ſit ejus aſſertio, quòd in hoc fidei firmiſſimo atq;antiquiſſimo fundamento, ipſa toto orbe diffuſa nõ à ſe diſcrepat multitudo*;Et alibi; *Iſti Epiſcopi*,inquit,*ſũt docti,graves,ſãcti,veritatis acerrimi defenſores,adverſus garrulas vanitates.In quorũ ratione,eruditione,libertate,quæ tria bona judici tribuiſti,nõ potes invenire quod ſpernas.Si Epiſcopalis Synodus ex toto orbe*

Lib. 1. ca. 7. cont. eund.

Pſal. 44.

Lib. 2. cap. ult. cont. eund.

orbe congregaretur, mirum ſi tales illic poſſent facilè ſedere tot, quia nec illi uno tempore fuerunt. Hactenus Aug. clarè demonſtrans, quanti apud omnes Eccleſiæ filios ponderis eſſe deberet, ſanctorum Patrum atque Paſtorum in aliquo religionis dogmate conſenſio. Sequitur in Evang.

Et qui in tecto, non deſcendant tollere aliquid de domo
Pſal. 101. *ſua.* In tecto ſunt Chriſtiani, quorum converſatio in
In Pſal. 83. cælis eſt, qui cæleſtia cogitant. *Sicut paſſer ſolitarius in tecto:* Sunt ſpirituales, inq. Aug. *qui domũ carnalem calcant,* ſive, qui ſubjectam ſibi carnem habent, *qui exercent pennas in virtutibus hujus temporis, fide, ſpe & charitate;* qui gemunt in ſua peregrinatione (eſt enim querula vox paſſeris,) & eſt avis incauta, inſtabilis, facilè capitur: ſic & anima, niſi Deus juvet. Sub tecto ſunt, qui carni ſubjiciuntur. Mens eſt, quæ ſuperioribus intendit; Domus ejus, corpus eſt: & ille tollit aliquid de domo ſua, qui terrenis ſive corporeis cupiditatibus tenetur. Hujuſmodi hominibus periculoſa eſt perſecutio, facilè aliquid mali faciunt, ut terrena bona, quæ
Gen. 3. amant, vel retineant, vel conſequantur. *Serpenti terram*
De Lapſ. *ſecundùm Dei ſententiam devoranti præda & cibus fiunt,* inquit de Cyprian. *qui terrenis cupiditatibus inhærent.* Oportet contemnere corpus, & quæ ad illud perti-
Matth. 10. nent & imitari aſtutiam ſerpentis, *ut ſcilicet, pro capite*
Aug. de doct. *noſtro, quod eſt Chriſtus, corpus potiùs perſequentibus offe-*
Chriſt. li. 2. *ramus, ne fides Chriſtiana, tanquam caput necetur in no-*
ca. 16. *bis, ſi parcentes corpori, negemus Deum.*

Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam. In agro eſt, vel qui populum paſcit, regit; vel quilibet Chriſtianus qui in Eccleſia eſt, quæ ſæpè in Script. dicitur ager Domini, qui à Domino compluitur, & excolitur; quem & ipſe homo, Dei gratiâ adjutus excolere

Digitized by Google

colere debet in ſeipſo ſeminando virtutes, extirpando lolia. *Non ſeres agrum tuum diverſo ſemine.* puræ debent eſſe herbæ, quæ creſcunt in agro Domini, non permiſtæ malis. *Felix illa conſcientia,* inquit Hieron. *in qua nullus alius verſatur amor, præter amorem Dei.* Chriſtianus veterem hominem exuit, (in hoc etiam imitatus ſerpentis prudentiam,) & induit novum ipſum videlicet Chriſtum, ejus vitam ac mores. Is ergo revertitur tollere tunicam ſuam, qui propter perſecutiones vel tentationes hujus vitæ redit ad vitam antiquam ſæcularem, quam reliquit.

Levit. 19. Ad Dem. Aug. de doct. Chriſt. Ibid. Rom. 13. Epheſ. 4.

De hac tunica Iudas Apoſt. in epiſt. *Odientes eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.* Et Sponſa in Cant. *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Exſpoltavi me tunicâ meâ, quomodo induar illâ? Quæ nova facta ſunt,* ait S. Leo, *non redeant ad inſtabilem vetuſtatem, & non omittat opus ſuum qui manum ſuam miſit ad aratrum; ſed ad hoc attendat quod ſerit, non ad id reſpiciat, quod reliquit. Melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum converti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato,* &c. Uxor Loth reſpiciens in ſalem converſa, *hominibus fidelibus,* inq. S. Auguſt. *quoddam præſtitit condimentum, quo ſapiant aliquid, unde illud caveatur exemplum.* Dicit Apoſtol. *quæ retrò ſunt,* id eſt, quæ reliqui, *obliviſcor.* Non obliviſcebantur ollas carnium Iſraelitæ, quas reliquerant in Ægypto, & graviter puniti ſunt. *Revocandus eſt animus,* ait D. Proſ. *à recordandis cum quadam delectatione præteritis, ne ſurrepente concupiſcentiâ, redeamus corde in Ægyptum.*

Iudas in epiſt. Cant. 5. Ser. 1. de reſur. Luc. 9. 2. Pet. 2. Geneſ. 19. Lib. 16. civit. cap. 30. Philip. 3. Exod. 16. Sent. 208.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Per prægnãtes, intelligit Chryſoſt. Eccleſias quæ occupantur cathechizando infirmos; nutrientes, quæ occupantur infirmos fovendo, quibus videlicet adhuc

In hunc locum Matth.

 lacte

lacte opus eſt,nondum idonei ſu[illegible] ad ſolidum cibum. Infirmis væ,quia non ſentient mala.Eccleſiis væ,pro-
In Pſal. 39. pter dolorem quem habent,quando illi pereunt;& ſi negligentiâ catechizantiũ vel foventium pereant,etiã illis væ,propter pœnam futuri ſeculi,quâ afficientur. Spiritualiter etiam intelligit Aug. ſed *per prægnantes intelligit eos,qui ſpe intumeſcunt;lactantes,eos qui jã adepti ſunt,quod concupierũt.Etenim mulier prægnans in ſpe tumet filij,nõdum videt filiũ;qui autem lactat,amplectitur quod ſperabat.* Per prægnantes ergo intelligit cõcu-
Coloſ. 3. piſcentes;qui non habent;ſed res hujus vitæ cõcupiſcunt;nutrientes,qui fruuntur rebus hujus vitæ,habent & amant. *Mutandum eſt cor*,inq. Aug.*levandum eſt cor, non habitandum hîc corde. Monet Apoſt. Quæ ſurſum ſunt quærite,quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terram.Imprægnari vis,hinc imprægnare:ipſa ſit ſpes tua,certus erit partus tuus,non erit abortivus,non tẽporalis;amplectéris,*
Iſaiæ 26. *quod pepereris in æternũ.Sic enim per Iſaiam dicitur;Cõcepimus,& parturivimus,& peperimus ſpiritum ſalutis.*

MONITVM LVI.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.

Matth. 13.

REgnum cælorum aliquando ipſa Eccleſia , & ipſi Chriſtiani intelliguntur,in quibus Deus regnat;aliquando fides & juſtitia,per quæ Deus in eis
Rom. 14. regnat.Unde Paulus,*Regnum Dei eſt juſtitia*, &c. Et,
Lucæ 17. *Regnum Dei intra vos eſt* , ait Chriſtus. Hic commodè regnum Dei intelligitur fides ipſa,& juſtitia.Quæ theſaurus dicitur; ob pretioſitatem ; *Nam omnia quæ deſideran*

Digitized by Google

deſiderantur, inquit Sap. *Sapientiæ non valent compara-ri, pretioſior eſt cunctis opibus*, &c. Et apud Iob, *præfer-tur omni auro & argento, & omni lapidi pretioſo*. Ab-ſconditus autem dicitur, quia ejus pulchritudo & pre-tium ignoratur. Sicut dicit idem Propheta, de Sapien-tia quam dicit eſſe pietatem, cultum, & timorem Dei. *Neſcit homo pretium ejus, abſcondita eſt ab oculis homi-num, nec invenitur in terra ſuaviter viventium.* Latet er-go impios & infideles, imò ab eis ridetur & contem-nitur. *Habet juſtitia formam ſuam*, ait S. Auguſt. Cur ergo non amatur, cùm naturâ rerum pulchrarum ap-petentes ſimus? ut inq. S. Baſil. Reſpondet Aug. *Oculos quærit, accendit amatores ſuos. Martyres eam viderunt, qui ſæculum calcantes, ſanguinem pro ea fuderunt. Quid amabant, quando iſtis omnibus renuntiabant? Non enim illi non erant amatores: aut hoc vobis dicimus, ut non ametis; amate, ſed illam pulchritudinem, quæ cordis oculos quærit*, &c. Prov. 3. Iob. 28. & 28. In Pſal. 32. conc. 1. In reg. fu-ſius diſput. cap. 2.

Oculos iſtos habuit Propheta Moyſes, qui im-properium Chriſti majores divitias æſtimavit om-ni theſauro Ægyptiorum, ideò illud huic prætu-lit. Dicebat Propheta David; *Hæreditas mea præ-clara eſt mihi*, id eſt, juſtitia, charitas, patientia, humi-litas, cæteræque virtutes, quas Chriſtus ſuâ morte mihi promeruit, & legavit; *Mihi*, inquit, *præclara eſt*, non impiis, qui eam non vident. Et ſtatim ad-dit; *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum*, ut videlicet, ejus pretium ac dignitatem videam ac cognoſcam. Cæcus erat Tobias corpore, tamen juſtitiæ pulchritudinem oculis animi videbat, ideoque eam filio diligenter commendabat, pre-tium ejus demonſtrans, utque eam pararet, ac ſervaret vehementer cohortabatur. Sic & S. Aga- Hebr. 11. Pſalm. 15. Tob. 4.

 tha,

In Vita. tha, cùm ei Præſes diceret: Non te pudet nobili genere natam, humilem & ſervilem Chriſtianorum vitam agere? *Multò*, inquit, *præſtantior eſt Chriſtiana humilitas, & ſervitus, Regum opibus ac ſuperbia.*

Hinc tam graviter punit Deus peccatores, quòd Hebr. 12. rem tam pretioſam contemnant vel negligant, amore turpis lucri, momentaneæ voluptatis, volaticæ gloriæ, &c quomodo prophanus Eſau primitiva ſua, propter quæ eximiis privilegiis gaudebat, ob modicam eſcam. Puer aurum, gemmam contemnit, quia pretium ejus ignorat: ſi pomulum, vel vile aliud offeras, auro & gemmæ præponit. Plerique puerilem ſenſum habent, quia res juſto pretio non æſtimant: temporalia & corporalia habent in deſiderio, ſpiritualia & æterna in faſtidio Contra quos 1. Cor. 14. Apoſtolus, *Nolite pueri effici ſenſibus*, id eſt, judicio, intelligentiâ, diſcretione: *ſed malitiâ parvuli eſtote. Ille* De Doct. Chriſt. lib. 1. cap. 27. *juſtè & ſanctè vivit*, inquit S. Auguſt. *qui rerum integer æſtimator eſt*, judicando, diligendo: qui *ſeparat pretioſum á vili*: qui ut animal mundum, *fiſſas habet ungulas; qui exercitatos habet ſenſus ad diſcretionem boni & mali.* Sent. 101. Dicit D. Proſp. quòd *boni latent, quia bonum ipſorum in occulto eſt; nec viſibile eſt enim, nec corporale quod diligunt, & tam merita ipſorum in abſcondito ſunt, quàm præmia.*

Duplex autem habent præmium, utrumque occultum: Primum, præſens eſt, pax conſcientiæ, gaudium ſpiritus quod multò ſuavius eſt, quam quodvis aliud. De catech. rudib. c. 16. De quo & Auguſt. *Tu qui veram requiem, quæ poſt hanc vitam Chriſtianis promittitur, quæris, etiam hîc eam inter amariſſimas hujus vitæ moleſtias, ſuavem jucundamque guſtabis, ſi ejus qui eam promiſit, præcepta dilexeris,*

Digitized by Google

*ris.Et citò ſenties dulciores eſſe fructus juſtitiæ quàm iniquitatis, & verius atque jucundius gaudere hominem de bona conſcientia inter moleſtias,quam de mala inter delicias.*Certè D.Aug.Dei ſuavitatem,& virtutis amœnitatem videre ac guſtare incipiens,(*omne enim quod habemus bonum, guſtus eſt Domini,*ait S.Hieron.)clamat, *Serò te amavi,ſerò te amavi.O tardum gaudium meum! Domine,quis ſimilis tibi ?* Nullibi enim tantam ſuavitatem, gaudium, voluptatem ſenſerat, quàm ſub jugo Domini.

In Confeſ. lib.10.c.27. & alibi.
In epiſt. ad Cteſiph.

Exclamat David; *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti,* id eſt, abſconditè ſive occultè das, *timentibus te.* Eſt enim *manna abſconditum,* de quo in Apocal.*Homo impius,* inquit S.Aug. *ſi dicat;Vbi eſt iſta multitudo dulcedinis?Reſpõdebo: Quomodo tibi oſtendam, qui palatum de febre iniquitatis perdidiſti ? Mel ſi non noſſes quàm bene ſaperet, non clamares, niſi guſtaſſes : palatum cordis non habes ad hæc bona guſtanda,quid tibi faciam?quomodo oſtendam?Non eſt cui dicam; Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* Etiam propterea dicitur Deus abſconditus, & habitare in nube & caligine,propter lætitiam & ſuavitatem abſconditam, & occultam ſpem quam operatur, & per quam habitat in cordibus fidelium, quorum ab impiis videntur cruces, ſed non unctiones; unde miſeri reputantur.

Pſalm. 30.
Aug. in illum Pſalm.
Apoc. 2.
Pſalm. 33.
Iſaiæ 45.
Pſalm. 96.

Futurum etiam ſanctorum præmium occultum eſt, non niſi per fidem cernitur, & per ſpem habetur. *In homine autem carnali*, ait D. Auguſt. *tota regula intelligendi, eſt conſuetudo cernendi. Quod vident credunt;quod non vident,non credunt.*Hinc quia inviſibilia & futura ſibi promittunt Chriſtiani contemnentes præſentia, & quæ ante oculos ſunt, tanquam

Serm. 70. in Nov.
Proſp. Sent.

 inſani

Digitized by Google

Serm. 11. de Quadrag. insani & ſtulti ab impiis deſpiciebantur. *Fides autem vera*, ait D. Leo, *id ſuper omnia diligit, quod nullo ſenſu corporis attingit*. Et de fide dicitur; *Inviſibilem tanquam videns ſuſtinebat*. Dicebat Propheta: *Tanquam prodigium factus ſum multis*. Unde? quia credo quod non video. Quia contempſi præſentia, ſperavi futura. Sed unde hoc? Sequitur. *Et tu adjutor fortis*, ut videlicet, fierem prodigium, ut fugerem ea quæ mundus admiratur, & inſana putarem. Et niſi Dominus adjutor eſſet, talia prodigia non fierent. *Magnarum* inquit Leo, *& valdè fidelium lumen animarum, incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere deſiderium, quò nequeas inferre conſpectum.*

Hebr. 11. Pſalm. 70. & ibi D. Auguſt.

Serm. 2. de Aſcenſ.

Infideles & impij, animam aut crediderunt mori cum corpore; in quorum perſona dicit Iſaias; *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Et Salomon; *Quis novit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum? Vnus eſt interitus hominis & jumentorum, & aqua utriuſque conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.* Et rurſum: *Non eſt qui agnitus ſit reverſus ab inferis; quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus.* Aut, inquam, hoc crediderunt; aut ſuſpicati ſũt tantùm aliquid de futura vita, quomodo multa fabuloſa crediderunt. Aut ſi & animam immortalem cognoverunt pauci aliqui Philoſophi, ſtabilem tamen beatitudinem in vita æterna ei non invenerunt: ad miſeriam quippe eam poſt aliquot ſæcula redire dixerunt. Corpori verò aliquod præmium eſſe repoſitum, nec ſuſpicati ſunt.

Iſai. 22. Eccl. 3.

Sap. 2.

Aug. de Trinit. lib. 14. cap. 19. Ibid. lib. 13. cap. 9.

Cùm ergo nihil noviſſent de homine, niſi quod in hoc ſæculo videbant, manifeſtumque eis eſſet

universa

univerſa bona & mala præſentis ſæculi iuſtis & injuſtis æqualiter euenire:hinc factum eſt, ut putarent aut nullum eſſe Deum,aut injuſtum eſſe, aut non curare res humanas. *Vnde & corda eorum impleta ſunt malitiâ,& contemptu in vita ſua,* ſicut ait Sapiens.Qui verò prudentiores fuiſſe videntur, hoc unum cupiverunt, ut memoriam ſui, & bonum nomen quàm maximè longum efficerent. Sed eheu; *Laudantur ubi non ſunt,cruciantur ubi ſunt.*

Aug.in Pſal. 31. verſu. gloriamini. Eccleſ. 9.

Neſcierunt,inquit Sapiens, *Sacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt juſtitiæ,nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum: quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem,& ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum.Invidiâ autem Diaboli mors introivit in orbem terrarum;imitantur autem illum,qui ſunt ex parte illius.Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt,& non tanget illos tormentũmortis.Viſi ſunt oculis inſipientium mori,& exiſtimata eſt afflictio exitus illorum:illi autem ſunt in pace.Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt,ſpes illorum immortalitate plena eſt,& in paucis vexati,in multis bediſponentur.*

Sap. 2.

Dicitur autem in Euang. quod *qui invenit hunc theſaurum,*id eſt,quid intelligit ejus pretium, quanti momenti ſit fides,juſtitia, *eam abſcondit*, non quaſi invidendo aliis; eam communicare nolens, aut eam non oſtendendo hominibus in operibus bonis, ut glorificetur Deus, & proximi ædificentur: Sed primò quia diligenter cuſtodit; timet, ne ab eo deficiat, timet fures ne eum tollant. Deinde, quia non quærit vanam gloriam,ſed intentio ejus eſt, circa id quod abſconditum eſt præmium. Sic Dominus vult juſtitiam noſtram fieri in abſcondito, *non*

Matth. 6.

 ſecundùm

Hom. 12. in Evang. *ſecundùm opus*, inquit D. Gregor. *ſed ſecundùm intentionem.*

Et præ gaudio illius, quia videlicet invenit, *vadit & vendit univerſa quæ habet*; quia renuntiat omnibus quæ poſſidet: ſi non actu, tamen affectu: abrenuntiat ſatanæ & operibus ejus, mundo & voluptatibus ejus. Unde Chriſtus in Evang. *Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Luc. 14. Imò, *qui non odit patrem & matrem*, &c *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et ſic: *Emit agrum illum*, fit Chriſtianus Catholicus. Aug. ſerm. 42. in Noui. Ager enim iſte, in quo theſaurus ille eſt, Mundus eſt, id eſt, Eccleſia, per totum mundum diſperſa. Unde dicitur; *Sic Deus dilexit mundum.* Ioan. 3. Et, *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.* 2. Cor. 5. Et eſt mundus electus. Ioan. 15. 17. De reprobo mundo dicitur; *Non pro mundo rogo.* Et; *Si odit vos mundus.*

De Symb. ad Catech. lib. 4. ca. 1. D. Auguſt. docens, qualis debeat eſſe iſta abrenuntiatio; *Satanæ*, inquit, *renuntiare profeſſi eſtis, in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo & Angelis ejus conſcribentibus dixiſtis; Renuncio. Renuntiate non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus: non tantùm ſono linguæ, ſed & actu vitæ: nec tantùm labiis ſonantibus, ſed operibus pronuntiãtibus. Detegeris & deprehenderis, Chriſtiane, quando aliud agis & aliud profiteris: fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere, non tenens promiſſionis tuæ fidem.*

MONI

Digitized by Google

MONITVM LVII.

Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum.

1. Timoth. 1.

DIcit Apoſtolus ſermonem iſtum eſſe *fidelem*, id eſt, certum & indubitatum, & omni *acceptione* ſeu approbatione *dignum*; dignum, inquam, quem omnes recipiant, omnes credant. Quaſi dicat; Etſi magna & præclara ſint Dei beneficia, certiſſimè tamen ſic ſe res habet, nec ex beneficii magnitudine quiſquam aliquid debet hæſitationis concipere. D. Auguſt. legit, *humanus ſermo:* dicitque eum ſermonem ſic eſſe humanum, & Divinum, ſicut Chriſtus eſt Deus & homo: & maluiſſe Apoſtolum vocare humanum, quia agebat de adventu Chriſti in carnem; & magis quid velit, explicans *Si ille homo*, inquit, *dicitur humanus, qui in domo ſuſcipit hominem, quàm humanus eſt Deus, qui in ſeipſo ſuſcipit hominem.* Ser. 8. de verb. Apoſt.

Venit in hunc mundum. Sed nónne antè erat in mundo? Venit in mundum, aſſumptâ naturâ humanâ, atque miſeriâ, ſecundùm quam non erat in mundo. *Non per locorum ſpatia veniendo*, ait S. Auguſt. *ſed in carne mortali apparendo, veniſſe ad nos dicitur.* Seipſum ergo Deus viſibilem conſpicuumque hominibus præbuit, ut eum noſſe atque exemplum ejus imitari faciliùs poſſemus. Unde Baruch Propheta, cum Ioan. 1. De doct. Chriſt. li. 1. cap. 12. Baruch. 8.

cùm ex mirandis operibus, verum eſſe demonſtraſſet Deum, neque coli alium oportere, volens intelligi nobis humi repentibus atque ipſa quoque mente nimis abjectis minimè iſta ad contuendum
Ibidem. ſuffeciſſe, ſubjunxit; *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.*

Deus ergo ille *qui magnus eſt, & non habet finem, excelſus & immenſus*, de quo idem paulò pòſt dicit; *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum, qui adinvenit omnẽ viam diſciplinæ, & dedit eam Iacob puero*
Pſal. 8. Hebr. 2. Cyrill. li. 1. cap. 9. in Ioan. *ſuo, & Iſraël dilecto ſuo*; Ipſe; inquam, in forma ſervi, in qua minoratus eſt paulò minus ab angelis, tantâ ſe nobis vicinitate conjunxit, & propinquavit, acceſſitque, ut inter mortales mortalis ipſe atque viſibilis verſaretur: rudiorem (ut ſic dicamus) pietatis cognitionem ſenſibiliter nobis immittens.

Clariſſimè vero Iſaias, quid humana poſtularet
Iſai. 30. infirmitas expreſſit, dicens; *Non faciet Dominus ultrà à te avolare doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Hæc eſt via, ambulate in ea; & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* D. Auguſt.
Vide Gregor. in Paſt. part. 3. cap. 29. Lib. 1. de doctrin. Chriſt. c. 12. 1. Cor. 1. *Cùm ſano*, inquit, *& puro interiori oculo ubique ſit præſens Dei Sapientia, eorum qui oculum iſtum infirmum immundumq; habent, oculis corporeis apparere dignata eſt. Quia enim in ſapientia Dei non potuit mundus per ſapientiam cognoſcere Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſalvos facere credentes; hoc eſt, quia ex conſideratione operũ Dei, quæ ſummâ ratione & ſapientiâ conſtant, nõ potuerũt homines Deum cognoſcere, impediti cupiditate fruendi creatura pro creatore, idcirco placuit Deo venire,*
Lib. 83. qq. 73. *& carnem induere, ut ſic ſalvi fierent credentes.* Et alibi, *Non poterat inveniri Deus ab his qui cor mũdum non habebant,*

Digitized by Google

bebant, & Verbum apud Deum Patrem videre non poterant: niſi hoc ſuſcipiendo quod poſſent videre, ut per hoc ad illud lumen interius ducerentur. Et alio loco: *Quia Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, ipſa nativitate collyrium fecit, unde tergerentur oculi cordis noſtri, ut poſſemus videre Majeſtatem ejus per ejus humilitatem.*

Tract. 3. in Ioan.
Ioan. 1.

Peccatores ſalvos facere, id eſt, impios & criminibus obnoxios à peccatis ſuis ſalvare. Salvat autem à peccatis, dum peccata commiſſa condonat, & deinceps peccata vitare facit, rectam vitæ converſationem donat, & ad eam beatitudinem, ubi peccata committi non poſſunt, perducit. Ex quo loco rectè colligit Auguſt. parvulos recens natos eſſe peccatores; Alioqui Chriſti adventus ad eos non pertineret; & ita fruſtrà baptizarentur in morte Chriſti. Deinde non futuram fuiſſe incarnationem Filii Dei, ſi primus homo in ſtatu innocentiæ perſtitiſſet. *Nulla cauſa fuit,* inquit, *veniendo Chriſto Domino, niſi peccatores ſalvos facere: tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ.* Et rurſum proferens illud ex Luca; *Venit Filius hominis, quærere & ſalvum facere, quod perierat: Si homo,* inquit, *non periiſſet, filius hominis non veniſſet: ergo perierat homo, venit Deus homo.* Et iterum; *Quare parvulum adfers ad Chriſtũ, ſi non perierat? quare enim venit Chriſtus in mundum, niſi peccatores ſalvos facere? alia cauſa non fuit, quare veniret in mundum. Non enim de cœlo ad terram merita noſtra bona, ſed peccata duxerunt.* Denique, *ſi tu, ô homo,* ait, *non dimitteres Deum, non fieret pro te Deus homo.* De hac re vide plura in Monitis noſtris Marianis.

Serm. 9. & 10. de verb. Apoſt. lib. 1. de peccat. mer. ca. 26. 29.
Ser. 9. de verbis Apoſt.
Ser. 8. ibid.
Luc. 19.
In Pſal. 36.
Monito 3.

Quorum, peccatorum, ego, Paulus, *primus ſum.* Sed nónne præceſſerant Paulum plurimi graviſſi-

mi pec-

mi peccatores? quot enim millia diluvio propter ſcelera ſunt conſumpta? quot in Sodomis & vicinis urbibus, igne cæleſti? quot in deſerto variis plagis? &c. Primus ergo, non tempore, ſed malitiâ. Quia, ſicut ait S. Auguſt. *Omnibus prior fuit Paulus nemo acrior inter perſecutores: antecedens omnes, nō tempore, ſed malignitate.* Sed quomodo certus erat Paulus ſe omnibus aliis ſaltem ſui temporis peccatoribus eſſe priorem? Hoc dicit Apoſtolus, non tanquam certam hiſtoriam, ſe omnibus priorem, ſed hactenus, quia Spiritu ſancto illuſtratus, certò novit ſupra modum grandem fuiſſe ſuam iniquitatem, & in eam ex vera humilitate valde intendebat oculos mentis, quomodo nullius alterius iniquitatem expendebat: quin de quolibet præſumebat meliora, vel plures habere cauſas peccatum elevantes.

Ser. 9. de verb. Apoſt. & in Pſal. 70.

Erat igitur primus peccatorum vero & recto judicio ſuæ mentis. Quemadmodum ergo rex aliquis, eum latronem cujus crimina pro tribunali convicta ſunt, rectè dicit eſſe peſſimum inter ſubditos ſuos, quia aliorum ſcelera cùm eum lateant, præſumit non eſſe tanta: Sic & quilibet debet veraciter judicare ſe eſſe maximum peccatorem, quia ſua peccata tanquam certa præ occulis habere debet, & de aliis meliora præſumere. *Non enim fallit nos* (inq. S. Auguſt.) *aut adulatione potiùs uti Apoſtolus jubet, dicens: Alter alterum exiſtimantes ſuperiores ſibi; non hoc ita debemus exiſtimare, ut non exiſtimemus, ſed exiſtimare nos fingamus; ſed verè exiſtimemus aliquid occultum eſſe poſſe in alio, quo nobis ſuperior ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.*

Li. 33. qq. q. 71. De Sanct. Virg. ca. 47

Sicut igitur docet Apoſtolus, ut alter alterum judicet

Digitized by Google

dicet ſeipſo meliorem, ita quiſq;debet ſua peccata Philip.2.
graviora æſtimare, quàm alterius; ſua debet ante oculos habere, & ponderare, aliorum peccata extenuare, vel non attendere. Homines plerunque contrà faciunt; aliena peccata attendunt, ponderant; ſua diſſimulant, excuſant. Quod etiam Poëta reprehendit, dicens: Horat Sat. 3.

Cùm tua pervideas oculis mala Lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Et alius:

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo, Perſius
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Sat. 4.

Illuſtrius autem dictum Apoſtoli intelligitur, ſi gravitas peccati ejus expendatur. Difficili enim par iniquitas invenitur. Is enim primò, infidelis erat, & hoc circa primarium articulum fidei: reputabat enim hominem iuſtificari ſine gratia Salvatoris, & errabat circa verum Salvatorem; & excuſationem non habebat de hac infidelitate, propter innumera miracula Chriſti & Apoſtolorum, & multitudinem credentium etiam ſacerdotum, maximè quia in lege & Prophetis eruditus erat, quibus ſi crediidiſſet, & bonâ mente incubuiſſet, Chriſtum agnoviſſet. Porrò tam obſtinatus erat in ſua infidelitate, ut ſuperſtitioſè reputaret ſe per 1. Tim. 1.
eam placere Deo; ideoque totus ſine ullo retra- Actor. 9.
ctu vel remorſu in eam pravitatem ferebatur. Nec & 22.
ſolum dolebat de dilatatione fidei & gratiæ Chriſti, ſed etiam contumeliis fidem inſectabatur; imò & operibus & vi conabatur extinguere omnes fideles.

Si jam huic magnæ nequitiæ adjungamus alia ejus

Digitized by Google

ejus ſcelera, quæ alibi de ſe recenſet; videbimus eum ſeriò æſtimaſſe, ſe eſſe primum peccatorum, & quàm inſignis gratia ſit ei exhibita. Dicit ad Epheſ. *In quibus & nos aliquando converſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filiÿ iræ.* Et ad Titum; *Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſervientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem.*

Epheſ. 2.
Tit. 3.

Non ergo ſine cauſa Apoſtolus aſſumpſit nomen Pauli, pro Saulo, quod ſignificat modicum ſeu parvulum. *Hoc enim convenit prædicationi gratiæ*, per quã præcipuè eminuit. *Convenit & gratiæ*, quæ facta eſt ei: meritóque amiſit nomen ſuperbi regis, & perſecutoris David, quando ex ſuperbo perſecutore Chriſti, factus eſt humilis Apoſtolus Chriſti, & primitias obtulit ei ſuo Apoſtolatu. *Convenit & confeſſioni Apoſtoli*, qui ſe confitetur minimum Apoſtolorum, imò minimum ſanctorum omnium, & primum peccatorum omnium. Quæ dicit, conſiderans præterita; *Erat minimus & erat maximus*: maximus, ſi reſpiciamus ad opus: *Plus omnibus laboravit.* Minimus ſi reſpiciamus ad merita quæ habuit antequam vocaretur: *priùs blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus.*

Vide Aug. ſerm. 41. & 107. in nov. de ſpir. & lit. cap. 7. In Pſal. 72.
1. Cor. 15.
Epheſ. 3.
1. Timoth. 1
1. Cor. 15.
1. Timoth. 1

MONI-

Digitized by Google

MONITVM LVIII.

Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

1. Timoth. 1.

HIc Apoſtolus non extenuat peccatum ſuum, Nam vt exaggeret Dei miſericordiam, & nemo deſperet, ſe primum peccatorum facit, poſſentque Paulo reſpondere, qui ſcientes peccarunt, (vt David,) Tu Paule non es nobis exemplum veniæ, ſed tantùm ijs qui ignorantes paccant. Huc accedit, quòd ignorantia ex infidelitate orta, non minuit peccatum. Nec Scriptura ſolet allegare talem ignorantiam ad excuſationem. Videtur igitur hoc loco Paulus peccatum ſuum exaggerare, non extenuare, reddens cauſam cur miſericordiam conſecutus ſit, ex magnitudine peccati ſui, vt ſit ſenſus; Quia vidit me Deus per infidelitatem adeò excæcatum, vt mala mea non agnoſcerem, & Salvatorem extinguere conarer; quia vidit me planè deſperatum; ideò mira ſua miſericordia prævenit me,& ſanavit. Vide Heſſ. in 1. cap. 1. ad Timoth.

Sicut bonus paterfamilias, videns filium ſuum vſque adeò malum rebellem, vt ipſum velit perdere, & adeò cæcum, vt ne ſemel quidem cogitet redire in gratiam, filium præoccupat vt velit reconciliari; propterea quòd ſpes nulla ſit, quod gratiam ambiet. Sicut medicus quò venit, quærit aliquem ibi deſperatum,& ipſum ſanat,& ſi paupetrimum inveniat,

Digitized by Google

Serm. 9. de verb. Apoſtoli.

tamen deſperatum inveniat, *non ibi mercedem quærit ſed commendat artem*, inquit D. Auguſt. Et hîc redditur cauſa non ex parte meriti peccati, ſed ex parte bonitatis divinæ. Sicut dum impij perſequuntur aliquem ob juſtitiam, juſtitia cauſa eſt ex parte malitiæ eorum, non ex rei natura. Ita peccatum cauſa eſt ſummæ bonitati, ut ſubveniat.

Vide Aug. ſer. 8. 9. & 10. de Verb. Apoſt.

Luc. 21.

Serm. 15. de paſſ.

Serm. 8. de verb. Ap.

Simillimus locus eſt, cum hoc Apoſtoli, *Pater dimitte illis; non enim ſciunt, quid faciunt*: Quod dictum D. Leo, de his intelligit, *quos malitia excæcavit*. Et S. Aug. *Deſperatè*, inquit, *ægrotat, qui per inſaniam medicum cædit; qualis ergo ejus inſania, qui medicum occidit? quanta verò bonitas & potentia medici, qui de ſanguine ſuo, inſano interfectori ſuo medicamentum fecit? Neque enim ille qui venerat quærere & ſalvare quod perierat, pendens ſine cauſa dicebat; Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt; inſani ſunt, medicus ſum; ſæviant, patienter fero; tunc ſanabo, cùm occiderint.* Quantò ergo deſperatiùs per malitiam ægrotabant, tantò magis voluit Deus ſuam bonitatem oſtendere, & potentiam in iis curandis, quò ſic gratia ejus illuſtrior appareret.

Luc. 22.

Alia cauſa miſericordiæ Dei erga Paulum; *Vt in me primo*, id eſt, præcipuo peccatore, *oſtenderet, omnem patientiam*, id eſt, perfectam longanimitatem; *ad informationem*, id eſt, ad exprimendum exemplar illius, ad exhortationem, conſolationem, incitamentum & exemplum *eorum, qui* uſque ad finem ſæculi *credituri ſunt Chriſto, ad obtinendam vitam æternam*, ut videlicet quiſque eorum audeat ſperare veniam à bonitate Chriſti, & confugere ad eum pro ſanatione. Dum enim ipſe veniam dedit ſummo peccatori, ſatis oſtendit ſe omnibus peccatoribus ad

ſe

Digitized by Google

ſe confugientibus, miſereri paratum: Sicut ille medicus qui deſperatiſſimum curat, oſtendit ſe omnes morbos curare poſſe.

Errant qui putant Chriſti adventum tamdiu dilatum, propter cordis, quam prævidebat, duritiem, quia non eſſent oblatam ſibi gratiam acceptaturi. Venit enim Chriſtus ad tollenda quantacunque peccata; non igitur impediit ulla ſcelerum magnitudo, quò minus citò veniret, qui alioqui fuerat venturus. An quia Paulus perſecutor erat, inque Eccleſiam ſæviebat, idcirco diſtulit Chriſtus eius vocationem? Si in uno homine non impedierunt curationem graviſſima ſcelera, aut cor tantâ ſuperbiâ obduratum; nec ipſum in populis, ne firet, impedire potuerunt. Quid? qui venit in civitatem medicus multæ experientiæ, nunquid is differt curare ob grauitatem, frequentiamque morborum? *Solent medici in deſperatis, artis ſuæ potẽtiã oſtendere*, inquit. S. Aug. Sed hoc ab illis dictum eſt, qui non ſatis intellexerunt vim gratiæ Chriſti, quæ tanta eſt, ut idem Auguſt, ait, *ut à nullo duro corde reſpuatur, ideò quippe tribuitur, ut cordis duritia auferatur.*

Act. 9. & 22. 1. Timoth. 1

In Pſal. 130. S. Aug.

De prædeſt. Sanct. ca. 8.

Quod ſi gratia nihil eſſet niſi externa vocatio & prædicatio, vel etiam interior admonitio & pulſus, tunc meritò exſpectata eſſent ea tempora, quæ tuliſſent homines minùs malos. Sed exſpectare non debuit, ut inveniret bonos, qui quos vult facit bonos, etiam ex peſſimis. Et docet D. Proſp. tempore Chriſti inventam eſſe iniquitatem robuſtiorem, ut gratia Chriſti manifeſtaretur. *An*, ait, *fortè, (ut plerique garriunt,) meliora quam veterum ingenia, noſtris ſæculis orta ſunt, & aptiores divinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod*

Lib. 2. de voc. gent. cap. 15.

Digitized by Google

etiam ſi ita eſſe, ad bonitatem id referendum eſſet authoris: qui vocandis ad vitam æternam, eaque non reniterentur corda finxiſſet. Sed nihil prorſus novatum eſt in generatione carnali; nec generoſior avis minorum orta ſucceſſio eſt: cùm potiùs in homininus illius temporis quo mundi Redemptor advenit, quantò erat propago tardior tantò ſit iniquitas inventa robuſtior.

Et in frà; *Igitur ad manifeſtandam gratiam Dei, non priora quaſi incapacia declinata ſunt tempora; ſed iſta electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox & voluntaria iniquitas non conſulendi affectu, ſed intentione ſæuiēdi*
Actor. 4. *perſiſteret facere quæ manus Dei & conſilium eius decreverunt fieri: ut mirabilior eſſet gratia & potentia Dei, quæ de tam duris mentibus, tam inimicis cordibus faceret ſibi populum fidelem, ſubditum, ſnctum.* Sic Proſp.

Serm. 2. de Epiphan. in initio. Similiter D. Leo; *Providentia miſericordiæ Dei, diſpoſitum habens pereunti mundo in noviſſimis temporibus ſubvenire, ſalvationem omnium gentium præfinivit in Chriſto, vt quia & cunctas nationes à veri Dei cultu impius dudū error averterat, & ipſe peculiaris Dei populus Iſraël ab inſtitutis legalibus penè totus exciderat, cōcluſis omnibus ſub peccato, omnium miſereretur. Deficiente enim*
Rom. 11. *iuſtitia, & toto mundo in vana & maligna prolapſo, niſi judicium ſuum Divina poteſtas differret, univerſitas hominum ſententiam damnationis exciperet. Sed in indulgentiam ira tranſlata eſt, & vt clarior fieret exercendæ gratiæ magnitudo, tunc placuit abolendis peccatis hominum Sacramentum remiſſionis adferri, quando nemo poterat de ſuis meritis gloriari.* Sic Leo.

Non ſolùm ergo conſtitutus eſt Paulus à Chriſto, ut verbo & ſcripto myſterium gratiæ longè lateque propagaret, ſed etiam vt opere Dei in ſe oſtenſo, teſtis maximæ gratiæ eſſet; vnde etiam factum

eſt,

eſt,vt Eccleſia præ reliquis ſanctis converſionem eius ſingulis annis celebret.

Ex qua tot tantaque bona provenerunt Eccleſiæ, de quo ipſe Dominus, *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filijs Iſraël.* Tot millia animarum ſua prædicatione ad ſalutem adduxit. Quòd autem debeat quiſque credere, non propter comoda hujus ſæculi obtinenda,vel ejus mala vitandâ,declarat S. Cyprianus,dicens: *Movet quoſdam quod iſta omnia præſentis vitæ mala ſint nobis cum reliquis omnibus communia, quaſi ad hoc crediderit Chriſtianus,ut immunis à contactu malorum, mundo & ſæculo feliciter perfruatur,& non omnia hic perpeſſus ad futuram lætitiam reſervetur.* Hic & D. Auguſt. interrogandum monet Catechumenum, an Chriſtianus eſſe deſiderat propter præſentis vitæ aliquod commodum, an propter requiem quæ poſt hanc vitam ſperatur. *Ille enim demum verè Chriſtianus eſt*, ait, *qui propter beatitudinem ſempiternam & perpetuam requiē quæ poſt hanc vitam ſanctis futura promittitur, vult fieri Chriſtianus, vt non eat in ignem æternum cum diabolo,ſed in regnum æternum intret cum Chriſto.*

De Mortalit.

De catech. rudib. c. 16. & ſeq.

Reprehendit etiam Paſtores illos, qui ſuis prædicunt vel promittunt proſperitatem ſæculi, quæ cùm non datur, perturbantur murmurant, & facilè fidem deſerunt. Inculcandum Chriſtianis, & ijs pui tales volunt fieri,illud Sapientis, *Fili accedens ad ſervitutem Dei,præpara animā tuam ad tentationem.* Et illud Apoſtoli; *Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur.* Ad memoriam revocandum quod idem Apoſtolus dixit Theſſalonicenſibus; *Nemo moveatur in tribulationibus iſtis:ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus.* Et quod ſuis S. Petrus;

Tract. de Paſtorib. cap. 5.

Eccleſ. 2.

2. Tim. 2.

1. Theſ. 3.

Digitized by Google

1. Pet. 2. *Si benefacientes patienter ſuſtinetis, hac eſt gratia apud Deum: in hoc enim vocati eſtis.* Et hæc eſt beata vita in hoc ſæculo, facere bona, pati mala. *Bonam autem vitam* (inquit S. Bernardus Sermon. 1. de SS. Apoſtolis Petro & Paulo) *& mala pati & bona facere, & ſic perſverare uſque ad mortem.*

MONITVM LIX.

Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum.

Lucæ. 1.

Eccleſ. 1. DUobus maximè hæretici bellum indicunt, ac limites præfigere conantur, immenſæ Dei Potentiæ, & Miſericordiæ eius infinitæ: metientes non arenam maris, non altitudinem cæli, pluviæ guttas, dies ſæculi, latitudinem terræ, profundum abyſſi, ſed Dei potentiam, præcedentem omnia, & Dei miſe-
Pſal. 144. ricordiam *omnia ejus opera excedentem*; Deum ſub ingenium ſuum redigentes. Primò ergo limites conſtituunt Dei potentiæ; negant enim Deum poſſe facere vt idem corpus ſit in diſtantibus locis, cùm duo poſſint eſſe in eodem loco, ut cùm Chriſtus intrauit
Ioan. 20. ad diſcipulos clauſis ianuis: ut tam magnum corpus
Matth. 19. ſit ſub ſpecie tam modici panis, cùm poſſibile dicat Chriſtus Deo, ut camelus tranſeat per foramen acus.

Contra

Contra quos divinæ potentiæ emenſores ait D. Cyrill. *Animus malignus, quæcunq; non intelligit, ſtatim tanquam frivola, falſa; per arrogantiam ejicit, nulli cedens, nec aliquid ſupra ipſum eſſe exiſtimans. Nec illis in mentem venit, nihil eſſe impoſſibile apud Deum. Nos autē cùm Deus operetur* (in myſteriis) *non quæramus, Quomodo,* (ut Iudæi) *ſed operis ſui viam atque ſcientiā illi ſoli cōcedamus. Non enim ſunt cogitationes meæ ut cogitationes veſtræ; neque ſicut viæ veſtræ, viā meæ; ſed ſicut exaltatur cælum à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, dicit Dominus.* Hieronymus etiam agens de mirabilibus iudicij Dei: *Ignorat* inquit, *hæc Apoſtolus, & Dei concedit ſcientiæ. Dignare & tu iſta neſcire, quæ quæris. Concede Deo potentiam ſui, nequaquam te indiget defenſore.* Lib. 4. in Ioan. c. 13. Luc. 1. Ion. 6. Iſai, 55. In Epiſt. ad Creſiphone

D. verò Chryſoſtomus; *Si inquiris*, ait, *Quomodo poteſt nobis carnem ſuam dare ad manducandum; cur non idem in quinque panum miraculo dixiſti, Quomodo eos in tantum auxit? Sed res ipſa tunc docuit, inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit, ei facilia factu eſſe. Propterea id prius fecit miraculum, ut per illud non eſſent amplius increduli his quæ poſtmodum diceret. Innumerabilia sūt,* inquit idem Cyrill. *in quibus ſi, quomodo, quæris, univerſam evertere tibi ſcripturarum doctrinam neceſſe erit, & ipſius Moyſis ſcripta contemnenti. Vt de exitu Iſraël de Ægypto, de virga Moyſis converſa in ſerpentem, & contrà, de leproſa manu Moyſis, de mutatione aquæ in ſanguinem, de tranſitu maris rubri, tanquam per aridam, de mutata amaritudine aquarum in dulcedinem per lignum, de eductione aquæ ex petra, de ſtatione Iordanis, de expugnatione inexpugnabilis Ierico, ſolo clamore, &c.* Hom. 15. in cap. 6. Ioan. Ibidem. Exod. 12. Exod. 4. Exod. 7. Exod. 14. Exod. 25. Num. 20. Ioſue. 3. Ioſue.

Sic D. Auguſt. cùm quædam mira Dei opera retuliſſet, Epiſt. 3.

Digitized by Google

tuliſſet, Incarnationis, videlicet. Chriſti ex Virgine: *Hic*, inquit, *ſi ratio quæritur, non erit mirabile; ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe. In talibus rebus tota ratio facti, eſt potentia facientis.* Idem Auguſt. agens de peccato Originali; *Etſi*, inquit, *eorum argumenta diſſolvere nom valere*, (eſt enim conditio & fictio ſi id præſtare non poſſet, tanquam diceret apertiùs; fac me eorum argumenta non poſſe diſſolvere) *non ſibi tamen à fundatiſſima fide* (videlicet in Scripturis, & in auctoritate & concordia Patrum, *recedendum eſſe.* Ad quem modum omnis Catholicus tractator loqui debet, de omnibus omnino Chriſtianæ fidei myſteriis.

De pecc. mer. lib. 3. cap. 4.

Similiter nec Dei miſericordiæ metas præfigere debemus, vt Calvinus, dicens; *Negat Apoſtolus eos qui ſcienter veritatem Evangelii cognitā oppugnare pergunt, poſſe ad pœnitentiam reſurgere, quòd ſcilicet æternâ cæcitate ob ſuam ingratitudinem iuſto Dei judicio percuſſi ſunt.* Dominus in Evangelio. Lucæ loquens de perfidis Iudæis, dicit non antè claudendum oſtium cœleſtis patriæ, quàm venerit dies judicij, quando videbunt *Patriarchas & Prophetas in regno Dei, ſeq; expelli foras.* Non igitur clauſum eſt oſtium hominibus hîc viventibus. Sic & apud Matthæum *clauſam* dicit *ianuam, cùm virgines prudentes cum fatuis ſurrexerunt, & quæ parata erant, intraverunt.* Quod Apoſtolus ſequens, *ſtatutum* dicit *omnibus hominibus ſemel mori: & poſt hoc, iudicium.* Et ante eum Eccleſiaſtes; non antequam cadat lignum, *ſed poſtquam ceciderit, immobiliter futurum* dicit, *ad quemcunque locum ceciderit.*

Luc. 13.

Matth. 25.

Hebr. 2.

Eccleſ. 11.

Manifeſtiſſimè verò adverſantur huic miſericordia

cordiæ Dei extenuationi Chriſtus, & Apoſtoli, ju- Matth. 5
bentes nos orare pro omnibus perſecutoribus, nul-
lo habito diſcrimine perſecutorum. Quod ſanè ex 1. Tim. 2.
ipſo Chriſti & ſanctorum facto intelligitur. Oravit
enim Chriſtus etiam pro iis qui non tantùm agnitam
veritatem (quòd ſcilicet ipſe eſſet Chriſtus, & vi- Luc. 23.
neæ Synagogæ hæres) oppugnarunt; ſed etiam per Matth. 21.
malitiam circa priùs agnitam veritatem excæcati
erant; longè pejores per voluntariam cæcitatem effe-
cti, quàm cùm veritatem ſcienter oppugnarent. Sic
& S. Stephanus oravit pro iis, quos dicit *ſemper Spiri-* Actor 7.
tui ſãcto reſtitiſſe, & Chriſti proditores & homicidas fuiſ- Actor. 9. 26
ſe. Quibus Saulus ſimilis erat.

Pejor eſt enim is, qui tantæ malitiæ eſt, ut verita-
tem clarè ſibi propoſitam ex malitia judicet eſſe
mendacium, quàm ille qui ex pravo affectu jam a-
gnitam perſequitur, quando pravitati ſuæ non vſ-
que adeò indulget, ut veritatem in corde ſuo ex-
tinguat per malitiam. Unde Apoſtolus dicit ſe *ideò* 1. Tim. 1.
miſericordiam conſecutum, quia deſperatiſſimus erat
& uſque adeò infidelitate & malitiâ maloque ſtu-
dio depravatus, ut peccati ne remorſum quidem
ullum haberet, ut videlicet informationem atque
exemplar perfectæ patientiæ Dei haberent omni-
bus poſterioribus ſæculis Chriſto credituri.

Rurſum jubentur Apoſtoli à Chriſto, in eos
qui Evangelium contemnunt, *excutere pulverem pe-* Luc. 10.
dum; ita tamen ut adhuc eis nuntietur *appropinquare*
regnum Dei; quod Paulus & Barnabas Iudæis bla- Actor. 13.
ſphemantibus & contradicentibus feciſſe leguntur.
Eadem autem ratio eſt prædicationis & orationis.
Illi enim fruſtrà prædicatur, pro quo fruſtrà
oratur. Hæc igitur exempla & præcepta ſe-

Digitized by Google

quens Eccleſia pro hæreticis omnibus qui apertiſ-
ſimæ veritati malo ſtudio contradicunt , auda-
cter atque publicè orat;ſicut etiam teſtatur D. Au-
Lib. 21. guſt. de civit. Dei,longè ſcilicet aliter de Dei miſe-
cap. 24 ricordia ex Chriſti doctrina ſentiens , nec more im-
piorum murmuratorum ex Dei immenſa bonitate
Matth. 20. oculum nequam induens ; ſed ſciens omnes natu-
Rom. 10. raliter eſſe vaſa iræ, *Deum autē miſereri cujus voluerit,*
non quia minora peccata admiſit , *ſed ut oſtendat di-
vitias gloriæ gratiæ ſuæ.* Sed vile figmentum , Calvinus
contra figulum diſputat , & definitè aliquam par-
2. Cor. 6. tem luti ei aſſignat , ex qua *in tempore acceptabili &
die ſalutis* nolit facere vas in honorem.

D. Auguſtinus quem nunc ſe magiſtrum ha-
bere jactat , & à ſana doctrina commendat ; nunc
veluti impiiſſimum invocationis Sanctorum , &
creaturarum latriæ doctorem , gloriæque Chriſti
obſcuratorem accuſat : dum inadvertenter pro
D. Leo quibuſdam orandum non eſſe dixiſſet , Catholico
epiſt. 91. ſpiritu cognoſcens, *nullam eſſe miſericordiæ Dei men-
ſuram* , id retractavit , Divinam omnio atque au-
ream de Dei immenſa miſericordia ſententiam
Lib. 1. Re- proferens; *De quocunq;* inquit, *peſſimo, in hac vita con-*
tract. c. 19. *ſtituto,non eſt utiq; deſperandum:nec pro illo imprudenter*
De cor. & *oratur,de quo non deſperatur.* Quam ſententiam tan-
grat c.15. quam inſignem etiam alibi repetit.
Serm. 4. de
Epiphan. Sic & S. Leo ; *Dum hoc in corpore vivitur,nullius*
Pſalm. 145 *deſperanda raparatio , ſed omnium optanda eſt cor-*
Epiſt. 91. *rectio;auxiliante Domino , qui erigit eliſos,ſolvit compe-
ditos,illuminat cæcos.* Et; *Quia miſericordiæ Dei nec menſu-*
Eſa. 30. *ras poſſumus ponere,nec tempore definire,apud quē nullas*
Eſa. 43. *patitur veniæ moras vera converſio,dicēte ſpiritu Dei per*
Pſal. 123. *Prophetam : Cùm converſus ingemueris,tunc ſalvus eris*

Et alibi; *Dic tu iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Et iterum : *Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio.*

MONITVM LX.

Si licet Sabbato curare?

Lucæ 14.

DOminus per Moyſen varias cærimonias quibus coleretur, inſtituit; ex quibus omnibus una expreſſa eſt tertio præcepto, *Memento ut diem Sabbati ſanctifices*, quo præcipitur requies ab operibus die ſeptimo. Cujus ratio aſſignatur ex beneficio omnibus communi, ac manifeſto, creationis videlicet rerum omnium. *Sex enim diebus*, ait, *fecit* Exod. 20.
Dominus cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requievit die ſeptimo; idcirco benedixit diei Sabbati, & ſanctificavit eum. Ubi nota, tametſi humano more dictum ſit, requieviſſe Deum ab opere ſuo, non tamen humano more intelligendum eſt, tanquam aliter affectus fuiſſet Deus opere completo, quàm cùm operaretur: quemadmodum eruditè Lib. 12.
tractat S. Auguſt. De Civit. Dei. cap. 17.

Deinde, præcipiebatur homini tota lex naturæ, in prima ejus inſtitutione humano cordi indita: meritò ergo ille dies ei obſervandus indictus eſt, qui maximè conveniens erat, ex prima hominis inſtitutione,

tutione, nempe ſeptimus. Cùm enim ſex diebus
Del catech. rud. cap. 17. cuncta ſint condita, (etſi *omnipotens uno momento temporis omnia facere potuiſſet*, ut inquit D. Auguſt.) ex quibus incitandus erat homo ad Deum colendum, & in eo requieſcendum; quis dierum potiùs requiei & cultui divino deputandus fuit quàm ille qui omnes ſex ſubſequitur, in quo requievit Deus, dum à novis rebus creandis ceſſavit, (alioqui ipſe
Ioan. 5. dicit, *Pater meus uſque modò operatur continuationem quandam operis ejus, quà univerſam creaturam continet atque adminiſtrat, quæ alioqui continuò dilaberetur, oſtendens*, ait idem Auguſtinus) cui benedixit, dum in eo
Lib. 4. c. 12. de gen. ad lit. multiplicavit gubernatione ſuâ à ſe creata, dicens; *Creſcite & multiplicamini*, &c. qui ſermo tametſi ſemel tantùm pronuntiatus, tamen uſque ad finem ſæculi ſortitur effectum; quem ſanctificavit, dum in illo homo ex conſideratione creaturarum meritò in amorem Creatoris exardeſcere debuit, ab ipſo
Exod. 31. Deo ſanctificandus. *Videte*, ait Dominus, *ut Sabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris, ut ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos.*

Deinde dicit D. Hieron. quod *Sabbatum & cir-*
In cap. 20. Ezechiel. *cuncíſio in ſignum data ſunt veri Sabbati, & veræ circumciſionis, ut ſciamus nobis requieſcendum à ſæculi operibus, & non præputium, ſed cor circuncidamus. Et redeunte ſemper hebdomade Dominus coli voluit, ut per ſanctificationem diei nunquam obliviſcamur Domini Dei, qui ſanctificat nos: & ſex diebus operantes; ſeptimo die requieſcimus, ut nihil aliud die ac nocte faciamus, niſi omne quod vivimus deberi Domino noverimus, & totos nos ejus nomini conſecremus. Sabbatum obſervat*, inquit D. Auguſt. *qui ſpe*
Sent. 278. *futuræ quietis, ſanctis eſt operibus intentus.* Et iterum;
Non

Nō fruſtrà illo die populus ab omni opere ſervili abſtinere præceptus eſt, quo ſignificatur peccatum, niſi quia non peccare, ſanctificationis eſt, hoc eſt, muneris Dei per Spiritum ſanctum. De ſpirit. & lit. c. 15.

Denique hæc requies in die ſeptima ſecundùm myſticum ſenſum, etiam requiem æternam, ad quam omnes ſancti poſt labores pervenient, deſignat, ut docet D. Auguſt. *Significatur,* inquit, *quia poſt ſex ætates mundi hujus, ſeptimâ ætate, tanquam die ſeptimo, requieturus eſt in Sanctis ſuis; quia ipſi in illo requieſcent poſt omnia bona opera, in quibus ei ſervierunt, quæ ipſe in illis operatur, qui vocat, & præcipit, & delicta præterita dimittit, & juſtificat eum qui priùs erat impius. Sicut autem cùm illi ex dono ejus benè operantur, rectè dicitur operari; ſic cùm illi requieſcunt, rectè dicitur ipſe requieſcere. Nam quod ad ipſum attinet, pauſationem non quærit qui laborem nō ſentit. Homo autem peccato lapſus, perdidit requiem, quàm habebat in ejus Divinitate, & recipit eam in ejus humanitate.* Quod etiam Paulus hanc rem tractans, ſignificat, cùm ait; *Relinquitur Sabbatiſmus populo Dei,* videlicet in futuro ſæculo, poſt hujus vitæ labores. Et, *Qui ingreſſus eſt in requiem ejus, etiam ipſe requievit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus.* De catech. rudib. c. 17. Heb. 3. & 4.

In quo autem ſanctificatio Sabbati ſita, oſtendit Dominus cùm ſubiicit: *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua; ſeptimo autem die Sabbatum Domini Dei tui eſt. Non facies omne opus in eo, tu, filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui eſt intra portas tuas.* Ubi notandum ita exigi hanc cæremoniam à Domino, ut etiam miſericordiæ in proximum exercendæ rationem habeat. Cùm enim avarum atque crudele fuerit Iudæorum genus, nimiis laboribus fuiſſent oppreſſi Exod. 20.

preſſi ſervi, ſi nunquam requies Iudæis præſcripta fuiſſet. Ideò addidit, *ut requieſcat ſervus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu.*

Mandatur autem requies ab omni opere ſervili, id eſt, ab eo corporali opere, ad quod ſervi & jumenta ſpecialiter deputantur. Imò illicitum erat Iudæis die Sabbati cibum coquere. Unde in
xod. 16. Exodo; *Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras: quodcunque operandum eſt, facite; & quæ coquenda ſunt, coquite.* Etiam iter agere erat illicitum; Unde ibidem; *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.* Similiter, emere aut ven-
2. Eſdr. vlt. dere. Unde Nehemias ementibus & vendentibus
Matth. 12. in die Sabbati; *Quæ eſt hæc res mala, quam vos facitis,*
Num. 28. *& prophanatis diem Sabbati?* At neceſſitatem corporis ſui, vel aliorum ſublevare, damnum ſubitum avertere; in Dei ſervitio occupari, non prohibebatur die Sabbati. Unde qui Sabbato comedebat, homini medebatur, aſinum adaquabat, vel è fovea ovem extrahebat, Sabbatum non violabat; nec
1. Mach. 2. Sacerdotes in templo operantes, nec Machabæi Sabbato bello ſe defendentes.

Quid ergo? putandum eſt Deum hominis otio delectari? Minimè, ideoque non ei ſimpliciter præcepit ceſſationem ab opere, ſed ut requieſceret, ad proteſtandum exteriùs ſe gratias agere Deo, qui ipſum hominem & alia omnia propter eum creavit ſex diebus, & ceſſavit Sabbato; ut homo ex omnibus operibus ſex dierum incitaretur ad requieſcendum in Deo ſanctificatore ſuo. Sed cur Chriſtiani jam non obſervant Sabbatum ut olim Iudæi? Quia cum veteribus cærimoniis, quarum una etiam Sabbatum erat, adveniente veritate & ſatis

ſatis manifeſtatâ, ablatum eſt. *Cibus & potus* (ſcilicet Iudaicus)*pars diei feſti, Neomeniæ, Sabbata, umbra ſunt futurorum*, inquit Paulus, *corpus autem Chriſti* Et ipſe Chriſtus; *Lex uſque ad Ioannem prophetavit. Inter omnia decem* ait D. Auguſt. *ſolum quod de Sabbato poſitum eſt, figuratè obſervandum præcipitur. Quam figuram nos intelligendam, non etiam per otium corporale celebrandam ſuſcepimus. Cætera tamen propriè, ſicut præcepta ſunt, ſine ulla figurata ſignificatione obſervamus*,&c.

Coloſſ. 2.
Matth. 1.
Epiſt. 119. cap. 12. De ſpir. & lit. c. 15.

Significabant enim omnes cærimoniæ veteris teſtamenti Chriſtum naſciturum, moriturum, reſurrecturum, & aſcenſurum in cœlum, ſeſſurumque ad dexteram Patris. *Si igitur*, inquit D. Auguſt. *hæc facta & celebrationes, quæ figuræ erant venturæ prænuntiantes, adhuc à Chriſtianis fierent, nihil ſignificaretur, niſi nondū veniſſe, quæ tunc figuris prænuntiabantur. Quod enim adhuc futurum prænuntiatur aut nondum venit aut ſi jam venit, ſuperfluè vel fallaciter prænuntiatur.* Prænūtiabant verò cærimoniæ Chriſti nativitatem, mortem, reſurrectionem, non ſimpliciter, ſed hæc etiam hominibus manifeſta fore. Prout igitur venit revelatio fidei, deficere cœperunt cærimoniæ legis: & ubi plenè mundo declaratus eſt Chriſtus, conſummata eſt prorſus omnis actio Prophetica cærimoniarum, ideoque prorſus illicita facta; uſque adeò ut illi qui vel ſolam circumciſionem retinere voluerunt, vel in parte aliqua feſti Paſchalis, jam coruſcante Evangelio, voluerunt retinere Iudaicas cærimonias, ſervando ſcilicet Paſcha 14. Luna, quacunque die incideret, erraſſe ſunt judicati, & ab Eccleſia rejecti.

Cont. Fauſt. lib. 19. c. 8. 16. 17.
Epipha. hæreſi. 29. 30. & 50.

Dicit Apoſtolus; *Sub lege cuſtodiebamur concluſi, in*

Galat. 3.

eam

eam fidem quæ revelanda erat: unde nondum ſatis manifeſtatâ veritate ad tempus ſervari poterat. Sic Paulus circuncidit Timotheum. Sabbatum autem præſignabat illam lucem æternam, Chriſtum, ita ſe eſſe aliquando demiſſurum, ut formam acciperet ſervi, & ſeipſum exinaniret, ad hunc finem, ut homines perpetuam requiem animabus & corporibus ſuis in eo invenirent. Quando igitur Chriſtus homo factus eſt, & ad requieſcendum in ſe homines invitavit, auſus eſt Iudaicum Sabbatum ſolvere, ſicut dicit Ioannes, *Ieſus non ſolùm*

Ioan. 7. *ſolvebat Sabbatum*: declarans ſignum unius diei ob-
Aug. tract. ſervandi ad tempus datum Iudæis, impletionem
17. in Ioan. verò ipſam ſacramenti in ipſo veniſſe, nec eos qui ei adhærent Sabbato & aliis legis cæremoniis amplius egere. Unde D. Auguſt. *Cùm quæris; Sabbati*
Côt. Fauſt. *otium cur non obſervat Chriſtianus, ſi Chriſtus non venit*
lib. 19. c. 9. *legē ſolvere, ſed adimplere? Reſpōdeo: Imò id propterea nō*
Matth. 5. *obſervat Chriſtianus, quia quod ea figura profitebatur, jam Chriſtus implevit. In illo quippe habemus Sabbatum, qui*
Matth. 11. *dixit; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiē animabus veſtris.*

MONI

Digitized by Google

MONITVM LXI.

Sabbata umbra ſunt futurorum, corpus autem Chriſti.

Coloſ. 2.

ABolitis, veritate exhibitâ, ritibus & cærimoniis veteris legis, inter quas erat & ſabbatum; aliud Sacrificium, alia Sacramenta Chriſtus inſtituit. Præcepta etiam adjecit Eccleſia, quibus rationem Deum colendi præſcripſit, in uſu ſacramentorum, in obſervatione feſtorum, jejuniorum & ſimilium. Quæ præcepta tanquam ab ipſo Domino tradita, recipienda ſunt. *Quæ enim ſic per totam Eccleſiam obſervantur, etſi de iis nihil certi ſtatuat, aut habeat Scriptura ſacra, vel ab ipſis Apoſtolis, vel à plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas; intelliguntur cõmendata, ac ſtatuta retineri*, inquit D. Auguſt. *Mos itaque populi Dei, & inſtituta Majorum, pro lege tenenda ſunt*, ait idem Auguſt. *Et unaquæque pronvincia præcepta Majorum leges Apoſtolicas arbitretur*, inquit S. Hieron.

Epiſt. 118. cap. 1. 5.

Epiſt. 16.

Epiſt. ad Lucinium Beticum.

Scriptura ſacra & Eccleſiæ demonſtrat authoritatem, quando ejus vocem audiri jubet, quando præcipit ea quæ in ea non ſunt expreſſa; & veluti ſemina quoque ſubminiſtrat, aut tanquam principia ſuggerit, è quibus ſanctiſſimæ leges oriantur & eliciantur. Demonſtrat Scriptura aliquando jejunandum, Eccleſia ſapientiſſimè tempora præſcribit jejunandi: docet item aliquando vacandum cultui

Matth. 18.

cultui diuino & orationi; hæc dies feſtos quibus id commodiſſimè fiat, vtiliter inſtituit: illa commonſtrat Iudices, qui confitentium peccata remittant, aut retineant; hæc vt ſemel in anno ſaltem confiteantur, ſanxit.

Quia verò præceptum de ſervando Sabbato, aliquid habet quod ad mores, naturæque ius attinet: (Dei enim cultus ac religio, quæ iſto præcepto exprimitur, à naturæ iure exiſtit, cùm id natura dictet, vt aliquod tempus ijs quæ ad Dei cultum pertinent, tribuamus:) ideò alios dies feſtos præſcripſit Eccleſia. Ac inprimis, die ſeptimo abolito, ut umbra futuri, veritate præſente, primum diem cælebrandum præcepit, juſtâ admodum ratione. Quia enim jam Chriſti illuſtratione agnoſcimus, nos perdidiſſe primæ inſtitutionis nobilitatem, nec poſſe ex contemplatione creaturæ in ſex diebus conditæ ad amorem Dei veramque ſanctificationem pertingere, primum diem, celebramus, tanquam tota hac mortali vita denuò fingendi, atque rurſum creandi. De qua creatione ſæpè Scriptura. *Cor mundum crea in me Deus.* Et, *Creati in operibus bonis.* Et, *In Chriſto Ieſu valet nova creatura, Perditâ enim primæ creationis dignitate,* inquit D. Proſp. *aliâ creatione alioquè principio renovari egemus, in Chriſto, in quo ſumus nova creatura, novumquè figmentum,* &c.

Pſal. 50. Epheſ. 2. Gal. 6. Ad cap. 8. Gall. & cõt. Collat. c. 10

Hoc die & prima creatio inchoata eſt, & tanquam de novo nos creaturus, ac ne fruſtrà creatum ſit opus Dei acturus Dominus Ieſus Chriſtus, per reſurrectionem ſuam totus novus apparuit; & multiplici gloriæ ſuæ manifeſtatione, imò ſui corporis palpatione, Spiritus ſancti quoque ad alijs remittendum peccata donatione, diſcipulos ſuos lætificavit.

Ioan. 20.

Digitized by Google

lætificavit. Hoc die ſedens ad dexteram Patris, Actor. 2.
plenè glorificatus ab omnibus angelis, effuſo Spiritu ſancto novitatem noſtram, quam in hoc mundo obtinere poſſumus, vt tandem ſicut ipſe reſurrexit reſurgamus, deſignavit atque inchoavit, incendens corda diſcipulorum ſuorum amore ſui, atque gratia linguarum eos donans, vt per eos in omnes omnium linguarum gentes illud dilataretur Evangelium, quod prædixit Ioel, *Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*: imò operatione Spiritus ſancti. & vera invocatio, & vera ſalus omnibus gentibus daretur. Ioel. 2. Rom. 10. Act. 2.

Hunc diem Dominicum dicimus, quia propter Domini reſurrectionem, & gloriæ ejus per Spiritum S. agnitionem, Domino dicatus. Quem ſic etiam appellavit Ioannes in Apocal. *Fui*, ait, *in ſpritu, in Dominica die.* Apoc. 1. Ex Luca & Paulo etiam conſtat, *primâ ſabbati*, id eſt, Dominicâ, ſolere convenire Chriſtianos ad agendum Deo gratias, ad audiendum verbum Dei, ad communicandum corpori Domini: & ſolere eos tunc eleëmoſynas pauperibus elargiri. Actor. 20. 1. Cor. 6. Cui diei alia adhuc feſta Chriſti, & ſanctorum adjecit Eccleſia, *quibus*, ut ait D. Aug. *beneficiorum Dei ſacramus memoriam, ne volumine temporum ingrata ſurrepat oblivio.* Lib. 10. Civit. ca. 4. Quorum myſteria, ſi quantumvis imperitis utcumque explicentur, non facilè invenietur quis tam obtuſus, ut ea myſteria fidei, quæ quilibet Chriſtianus noſſe tenetur, ignoret. Ac in feſtis quidem Chriſti agimus gratias Deo, de inenarrabilibus ejus beneficiis nobis per Chriſtum collatis. In feſtis autem Sanctorum & pro muneribus omnibus, quæ Sanctis ſuis dedit, gratias agimus: & eorum precibus ac meritis ju-

vari ſupplicamus, eóſque imitari.

D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 2. Lib. 2. Decret. tit. de ferijs cap. Omnes & cap. Licet. ibidem ca. Cõqueſtus.

Ad multa autem tenentur Chriſtiani feſtis diebus: Primò tenentur ſic requieſcere ab operibus, quemadmodum olim Iudæi tempore legis. Vnde non ſolùm ſervilia opera prohibita ſunt, ſed & alia quædam hominem à cultu Dei abſtrahentia: Vt mercatus; placitum, ſive ad aliquid decernendum, congregatio concilij; judicare aliquem ad pœnam vel mortem; præſtare juramentum, niſi fiat pro pace, vel alia neceſſitate; item ſtrepitus judiciarius, niſi fortè neceſſitas urgeat, vel ſuadeat pietas. Sed in his omnibus, quia Eccleſia non tam ſeverè præcipit iſtam requiem, ac olim lex Moyſis, quando cauſa ſignificationis futurorum præcepta erat requies Sabbati, & aliorum feſtorum, inſpicienda eſt *conſuetudo populi Chriſtiani, ſive piorum, ut optima legum interpres*; quâ fit ut liceat pauperibus cibum & potum die feſto emere, proficiſci, multaque ſimilia facere.

Eodem lib. & tit. cap. Quoniam.

Sic feſtorum principium & finis, juxta eorum qualitatem, & diverſarum regionum conſuetudinem, debet attendi.

Secundò, tenentur requieſcere in memoriam beneficij redemptionis; & prout varia ſunt feſta, redemptionis myſterium concernentia, ita & varios articulos fidei circa noſtram redemptionem recolere oportet. Sicut Iudæi in memoriam creationis ſervabant Sabbatum; in memoriam liberationis de Ægypto Paſcha; & in feſto Pentecoſtes debebant coram Sacerdote profiteri, ſe accepiſſe promiſſam terram. Ad hoc enim Eccleſia varia feſta inſtituit, ut homines per ea articulos fidei memoriæ commendarent. Vnde non deſunt docti, qui dicant omnes illos articulos, qui per feſtorum ſolemnita-

ſolemnitatem publicantur in Eccleſia, omnes etiam rudes, teneri explicitè credere.

Tertiò, præcipitur, ut quolibet die feſto Miſſam unuſquiſque audiat, id eſt, ut præſentem atque devotum tremendo Altaris Sacrificio ſe exhibeat. Quod præcipuè *in memoriam Dominicæ mortis ac reſurrectionis*, quâ redempti ſimus, à Chriſto eſt inſtitutum; cui etiam cooperatur, tanquam impetratio effectus ejus, ac ejus inſtrumentum. Sacrificium enim Altaris ad hoc valet, ut per modum orationis confugiatur ad Deum, & petatur participium paſſionis Chriſti: quia naturale eſt hominibus, ut ſenſibilibus ſacrificiis ad Deum confugiant, pro petendis iis, quæ petenda habent, & Deo gratias agant pro beneficiis acceptis. Eſt igitur Chriſti ſacrificium in cruce peractum, veluti fons plenus, unde liceat haurire gratiam Spiritus ſancti: at Sacrificium Altaris in cœna inſtitutum, velut cochlear fonti appenſum aut ſitula, quâ aliquid è fonte hauriri poſſit. Hîc quoque reſpicienda eſt conſuetudo locorum atque regionum, hominumque neceſſitates. Atque hoc præceptum magis in conſuetudine populi Dei, quàm in aliquo Patrum Canone eſt fundatum; ſicut & de Dominica & feſtis Chriſti celebrandis. Nulla enim horum præceptorum invenitur origo poſt Apoſtolos, proinde ab ipſis Apoſtolorum temporibus, pro lege creditur recepta iſta conſuetudo.

Matth. 16.
1. Cor. 11.

Eodem lib. & tit.

Quartò, Diebus feſtis non facilè negligenda Concio ſacra. Lege enim naturæ & fidei tenentur Chriſtiani ea diſcere, quæ ſaluti ſuæ ſunt neceſſaria, quæ ferè extra conciones ſacras non diſcuntur; rarus eſt enim, *qui per ipſum Dominum vel angelos cælo-*

Digitized by Google

Aug. de bono perſeve. cap. 19.

rum doctrinam ſalutis accipiat, multis verò id eſt donatũ, ut Deo per homines credant. Et licet libros habeant pios & diſertos quos legant, *tamen non ſemper audiendi eſt occaſio ſicut legẽdi*, inquit Plinius. *Præterea, ut vulgò dicitur, multo magis viva vox afficit. Nam licet acriora ſint quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit.* Et D. Hiero. *Habet neſcio quid latẽtis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de ore authoris trãsfuſa fortius ſonat.*

Lib. 2. Epiſt. 1.

In epiſt. ad Paulinum.

Quod autem Eccleſia expreſſè non præceperit, ut ſingulis feſtis audiatur concio ſacra, ideò factum videtur, quòd ſoli Epiſcopi ſoleant verbum Dei prædicare, quos utique non omnes ſemper, ob varias neceſſitates, audire poterant. Nunc autem factâ etiam Presbyteris, multiſque aliis, pro ædificatione ac utilitate populi, verbum Dei prædicandi poteſtate, diverſis temporibus & locis, quis facilè poterit excuſari? Deinde ſi Epiſcopis ac Paſtoribus tam diligenter præcipitur in Scripturis, & Conciliis, docere populum, procurare ut illis diebus nunquam deſit concio captui populi accommodata, adeò ut ſi concionator deſit, Sanctorum Patrum homilias legi velint à Diaconibus; nonne videntur ex conſequenti etiam populo præcipere ut diligenter verbum Dei audiant? *Vult enim Deus*, ait S. Aug. *homines per homines diſcere, & hominibus per homines verbum ſuum miniſtrare; ne*, inquit, *abjecta videretur humana conditio, & ut mutua inter homines charitas foveretur.* Is ergo per quem alius docetur, ſine invidia tradat quod accepit; & ille qui per alium docetur, ſine ſuperbia diſcat quod per hominem diſcendum eſt.

Conc. Vaſenſ. cap. 4. Mogunt. cap. 25. Toleta. 11. c. 2.

De doct. Chriſt. in prologo

Valde autem negligenter ſervantur feſta à Chriſtianis; plurimi enim carnali otio vacantes totos dies in

chartis

chartis vel aleis aut venationibus, per quas etiam cultus Dei negligitur, tranſigunt: item in choreis impudicis, ebrietatibus, comeſſationibus, litibus, alijſq; ſceleribus, multi tunc ad vana, ne dicam impia, ſpectacula magis, quàm ad Dei templa concurrunt; alij tunc magis aliis diebus computibus & rationibus vacant; ita vt meritò cum lugente Propheta dicamus; *Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem.* Vident abuſus noſtros hoſtes Eccleſiæ, & completur illud Prophetæ; *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata ejus.* Imò rectè ſibi facere videntur dum dicunt; *Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra,* Vt ſemel omnis memoria beneficiorum Dei cordibus humanis abradatur. At noſtrum eſt, non propter abuſus tollere feſta è medio, ſed ex myſteriis feſtorum palàm propoſitis abuſus tollere.

Thren. 1.

Ibidem.

Pſal. 73.

Non eſt autem abuſus quod qui tota ſeptimana operati ſunt, audita Miſſa & cõcione, aliquantulum temporis tunc honeſtæ ſe recreationi impendunt; hoc enim eſt quædam requies eorum qui tota hebdomada laborarunt, quam Dominus in præcepto ſuo non negligit; *Vt requieſcat,* inq. *ſervus tuus & ancilla tua ſicut & tu.* Nec quod tunc homines paulò lautiùs ſua corpora reficiunt, vel ſeſe cultiùs veſtiunt (modò non putant ſe Deo per iſta ſecundum ſe accepta, placere, ſed ea aſſumant vt ſigna ad ſpiritalem lætitiam excitantia.) *Rationabile enim & quodammodo religioſum videtur, per diem feſtũ in veſtitu nitidiore & habitu corporis hilaritatem mentis oſtendere*, inquit S. Leo; *ipſam quoque orationis domum propenſiore tunc cura, & ampliore cultu adornare.*

Deut. 5

Serm. 3. de Quadr.

MONITVM LXII.

Erat Ieſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.

Luc. 11.

DÆmoniacus iſte apud Matthæũ nõ ſolùm mutus, ſed & cæcus fuiſſe narratur; curatuſq; dicitur à Domino, ita ut loqueretur, & videret. Tria ergo ſigna ſimul in uno homine perpetrata ſunt; cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum eſt, ſed & quotidie completur in converſione credentium: ut expulſo primùm dæmone, fidei lumen aſpiciant, deinde ad laudes Dei tacentia priùs ora laxentur. Ita V. Beda.

Lib. 4. cap. 48. in cap. 11. Lucæ.

Significatur etiam ſpiritualiter quid diabolus maximè in homine operetur, quem poſſidet, & regit ad arbitrium ſuum; operâ enim diaboli factum eſſe, ut nec linguæ nec oculorum uſum haberet, non dubium: & illum in hominibus malis oportet cogitare, inquit D. Auguſt. ne proximis, quos ſemper diligere debemus, iraſcamur & indignemur, ſed omnem indignationem atque odium in illum convertamus. Vnde & ipſe Apoſtolus; *Non eſt*, inquit, *nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem*, id eſt, adverſus homines carnales; *ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus rectores mundi tenebrarum harum.*

In Pſalm. 136.

Epheſ. 6.

Imprimis itaque excæcat hominem, hoc conatur, auferre vel impedire fidem, quæ oculus eſt animæ,

animæ, quo Deus ac divina videntur; quo cognoſcitur patria, & via ad eam ducens. Comparatur fides lucernæ lucenti in loco hoc caliginoſo, cui attendere debemus ne offendamus. Qui in tenebris & lubrico ambulat, nec lucernam habet, facilè offendit, facilè cadit. Et ſublatâ veri notitiâ tanquam extinctis luminibus, & oculis erutis, regit hominem diabolus, tenebrarum propterea Princeps appellatus, quoque libuerit impellit, ſibique penitus ſervire cogit. Vnde D. Leo; *Facilè diabolus in omnia flagitia impellit, quos in religione decepit. Fides prima datur, ut per illam cætera impetrentur.* Fides propriam nobis imbecillitatem oſtendit, Deique omnipotentiam ac miſericordiam, unde ex ea ſpes oritur, non in propriis viribus, ſed in Deo, ex qua ſpe homo accedit ad orandum Deum; *Omnis autem qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*, inq. Scriptura. Hic eſt oculus dexter, quem Naas Ammonites, in viris Iabes Galaad volebat eruere. De hoc dicit Sponſus in Cant. ad Sponſam, *Vulneraſti cor meum, in uno oculorum.*

Epheſ. 6.
Ser 4. de Collect.
De prædeſt. Sanctor. cap. 7.
Ioel. 2. Roman. 10.
1. Reg. 11.
Cantic. 4.

Si hoc non poteſt, conatur hominem mutum facere, ut fidem ſuam non loquatur, profiteatur, operibus non exerceat. Sunt enim varii modi loquendi fidem: primò, ore, quando Chriſtianus interrogatus de fide, fidenter confitetur. Quidam non audent ex timore, alii prohibentur pudore. *Quoſdam*, ait D. Auguſt. *pudor prohibet, non timor; alii habent firmam frontem, ſed non ſanguinem.* Tales mutos facit diabolus. Grande peccatam. *Credidi*, inquit David, *propter quod locutus ſum. Ore confeſſio fit ad ſalutẽ*, ait Apoſtolus. Et de ſe; *Non erubeſco Evangelium.* Et Timotheum hortatur; *Noli erubeſcere teſtimonium*

Ser. 108. in Nov.
Pſal. 115.
Rom. 10.
Rom. 1.
2. Tim. 1.

Marc. 8. *Domini.* Et Chriſtus in Evangelio; *Qui me erubuerit & verba mea, & Filius hominis confundetur eum cùm venerit in gloria, &c.*

Secundò loquitur Chriſtianus fidem, opere, quando eam opere exercet: quidam credunt corde, & loquuntur ore, ſed non opere, quia vivunt gentiliter, ligati concupiſcentiis malis. De quibus Paulus; *Confitentur ſe noſſe Chriſtum, factis negant*: ut ſunt fornicatores, ebrioſi, injuſti, blaſphemi, detractores, &c. Fides ènim talia docet fugere ac deteſtari. *Non ſunt nobis illi imitandi.* inquit S. Hieron. *qui ſub Chriſtiano nomine gentilem vitam agũt, & aliud profeſſione, aliud cenverſatione teſtantur, atque, ut Apoſtolus ait, Deum confitentur ſe noſſe, factis autem negant. Inter Chriſtianum & gentilem non fides tantùm debet, ſed etiam vita diſtinguere: & diverſã religionem per diverſa opera monſtrare.* Diabolus ergo quos non poteſt facere cæcos, facit mutos.

Tit. 1. — In Epiſt. ad Celant. — Tit. 1. — Ser 4. de Collect.

Pulchrè D. Leo; *Sciens Diabolus Deum non ſolùm verbis, ſed & factis negari, quibus non poteſt auferre fidem, aufert charitatem.* Scit enim fidem ſine charitate & operibus bonis non prodeſſe ad ſalutem. Hinc talem fidem Jacobus vocat *mortuam*, & qui eam habet, *inanem*, id eſt, ſine fructu. Scit etiam fidem ſine charitate, facilè perire, facilè extingui, quæ ſine charitate non poteſt prodeſſe.

Iacob. 2. — Proſp. lib. 2. de vocat. gent. ca. 8. & 11.

Duplex autem eſt ratio cur mala vita multis ſit infidelitatis & hæreſeos cauſa: Prima, quòd *malè viventes*, ut D. Chryſoſt. ait, *ne futurorum metu & exſpectatione crucietur, perſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe quæ noſtra Religio continet*, ut de peccatis, reſurrectione, futuro judicio, & ſimilibus. Id clarum eſt in hæreticis noſtri temporis, quorum pars magna Apoſtatæ;

In 1. cap. 1. ad Timoth.

Apoſtatæ, Monachi, & Presbyteri, qui omnes docent vota caſtitatis eſſe impia, ne cogantur de ſua turpitudine erubeſcere aut formidare; plerique enim eorum caſtitatem Deo promiſſam violârunt, & in cœno libidinum turpiſſimè volutantur.

Altera cauſa, cur quis malæ vitæ facilè à fide deficiat, eſt, quia Deus in pœnam peccati eum excæcat, & ſibi derelinquit, ut ait Apoſtolus; *Charitatem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Similis locus eſt apud Ezechielem: *Homo de domô Iſraël qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciē ſuam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me, ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum, ut capiatur domus Iſraël, juxta iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas Prophetæ erit. Lege infatigabili,* inquit S. Auguſt. *ſpargit Deus pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates.* Et rurſum; *Illa eſt peccati pœna juſtiſſima, ut amittat quiſque quo benè uti noluit, cùm ſine ulla difficultate poſſet uti, ſi vellet. Id eſt autem, ut qui ſciens rectè non facit, amittat ſcire quod rectum ſit, & qui rectum facere, cùm poſſet, noluit, amittat poſſe cùm velit.*

2. Theſſ. 2.

Ezech. 14.

Lib. 1. Conf. cap. 18.

De nat. & grat. c. 67.

Et D. Gregor. *Quia ſuperbi nolunt facere quod cognoſcunt, hâc pœnâ puniuntur, ut nec cognoſcant mala quæ faciunt. Quia enim priùs ſciendo rebelles ſunt, poſteà cæcantur ut neſciant.* Sicut contrà, puritas vitæ præparat hominem ut illuſtretur à Deo, ſicut ait Propheta; *Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt: Super omnes docentes me intellexi, quia mandata tua exquiſivi.* Unde monet Sapiens; *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis ejus*

Lib. 1. Moral. cap. 26.

Pſal. 118.

Eccleſ. 6.

ejus maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, id eſt, ſapientiam; *& concupiſcentia ſapientiæ*, ſcilicet, plenior & perfectior: *Qui enim edunt me adhuc eſurient*: Vel Sapientia concupita, *dabitur tibi*. Hinc David; *A mandatis tuis intellexi; quia mandata ſervantibus*, ait D. Auguſt. *propter ipſam cuſtodiam mandatorum, præbetur uberior doctrina Sapientiæ*.

Eccleſ. 24. Pſalm. 118. In illum locum Pſal.

MONITVM LXIII.

Ieſus cùm cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit.

Ioan. 6.

DOminus IESVS quid maximè eſſet ſalutare in ſeipſo demonſtrans ac præferens, oblatam regni temporanei gloriam fugit, pœnam probroſæ mortis amplexus eſt, *ut ejus, videlicet, membra diſcerent*, inquit D. Gregor. *mundi favores & applauſus refugere, terroreſq; & adverſa minimè pertimeſcere*, quæ plus multo plerumque quàm proſpera prodeſſe ſolerent. Etenim hæc crebrò per amorem ſui, & oblectationem, metumque amittendi cor Chriſtianum inquinant; illa verò per dolorem purgant. *In iſtis ſe animus erigit; in illis etiam poſteaquam ſe erexerat ſternit. In his ſui ipſius facillimè quis obliviſcitur; in illis verò ad memoriam ſui nolens etiam coactuſq; revocatur. In iſtis ſæpè & anteacta bona depereunt; in illis longi quoque temporis varia, multaq; delicta abſterguntur*. Ideò & apud Boëtium ejuſmodi verbis

In paſt. part 1. cap. 3. Vide part. 1. M. 39.

De Conſol. li. 2. proſ. 8.

afflictum

afflictum Philoſophia conſolatur: *Etenim plus reor, inquit, hominibus adverſam, quàm proſperam, prodeſſe fortunam. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cùm videtur blanda, mentitur: hæc ſemper vera eſt, cùm ſe inſtabilem mutatione demonſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendacium ſpecie bonorum mētes fruentium ligat; hæc cognitione fragilis felicitatis abſolvit. Itaque illam videas ventoſam, fluentem, ſuiq; ſemper ignaram; hanc ſobriam, ſuccinctamq; & ipſius adverſitatis exercitatione prudētem. Poſtremò felix à vero bono devios blanditiis trahit, adverſa plerūque ad vera bona reducens, velut unco retrahit.* Sic Philoſophia de ſalubri utilitate adverſitatis.

Nimia proſperitas ſuſpecta eſſe debet. *Nam quæ proſperitas fine clauditur non luctuoſo?* Ut in Polycrate, qui annulum de induſtria gemmis & ſculpturis pretioſum, in pelagus projecit; paulò pòſt piſcator quidam piſcem eduxit, qui eum devoraverat, in cujus ventre annulus inventus eſt. Quod cùm rex Æegyptius Amaſitis intellexiſſet, *finem ejus infortunatū fore dixit qui talibus proſperitatibus uteretur.* Ille à Perſarū Satrapa captus, ſuſpenſus eſt. Ita Pius II in deſcript. Aſiæ. cap. 76. Simile habes Par. 1. Monit. 41. de S. Ambroſ. Rectè Seneca; *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam aliquid evenit adverſi.*

Itaque *quos diligit Deus caſtigat, & flagellat omnem filium quem recipit.* Sunt enim quos maximè putes Hebr. 12. diligere proles ſuas, dum nil deſideriis eorum negant, flagello & verbere nunquam attingunt. Verùm præclarè de his quidam; *Nutrices corporum, ſed novercæ animarum.* Sunt hæ ſimiis perſimiles, quæ fœtus ſuos arctiùs conſtringendo ob amorem, necant. Regius Pſaltes ad infelicitatem quorundam

Pſal. 72. rundam pertinere declaravit, quod ait; *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate ſuâ,* &c.

Ezech. 6. Hieron. ad Caſtrut. *Verùm magna ira eſt,* ait Hieron: *quando peccantibus non iraſcitur Deus. Vnde & in Ezechiele ad Hieruſalem, Iam, inquit, non iraſcar tibi, zelus meus receſſit à te. Quos enim diligit, corripit, & caſtigat omnem filium, quē recipit. Non erudit pater, niſi quem amat: non corripit magiſter diſcipulum, niſi quem ardentioris cernit ingenii. Medicus, ſi ceſſaverit curare, deſperat.*

Hebr. 12. Movere etiam nos debet ſententia Apoſtoli; *Si extra diſciplinam eſtis cujus participes facti ſūt omnes, ergo adulterini, & non filii eſtis.* Loquitur Propheta

Iſai. 26. Iſaias; *Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti; nunquid glorificatus es?* quin potiùs; *elongaſti omnes terminos terræ. Domine in anguſtia requiſierunt te; in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Sic & S. Bern. *Miſereamur impio, & non diſcet facere juſtitiam: Miſericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram iſta miſeratio, ſepiens mihi vias juſtitiæ. Volo iraſcaris mihi. Pater miſericordiarū, ſed illâ irâ, quâ corrigis devium, non quâ extrudis de via. Illud tua nobis benigna parit animadverſio, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio. In tribulatione ſua manè conſurgent ad me,* dicit Dominus per Prophetam, *Venite & revertamur ad Dominum, quia ipſe cepit & ſanabit nos; percutiet & curabit nos.*

Iſai. ibid. Ser. 42. in Cant.

Oſeæ. 6.

Epiſt. 5. *Agenda ſunt multa etiam cum invitis,* ait D. Auguſt. *benignà aſperitate plectendis; quorum potiùs utilitati conſulendum eſt, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quamlibet aſperè, nunquam profectò amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit & doleat, qui etiam invitus videtur dolore ſanandus. Ideoq; ſi terrena iſta reſpublica præcepta divina cuſtodiat, & ipſa bella ſine benevolentia non gerentur,*

Digitized by Google

gerentur, ut ad pietatis juſtitiæq; pacatam ſocietatem victis facilius conſulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur. Quoniã nihil eſt infelicius felicitate peccantium, quà pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Sed perverſa & adverſa corda mortalium felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animorum; cùm theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta virtutum; cùm glorioſa eſt effuſionis inſania, & opera miſericordiæ deridentur; cùm ex his quæ divitibus abundant, luxuriantur hiſtriones, & neceſſaria vix habent pauperes. Hæc ſi Deus pollere permittat, tunc indignatur gravius; ſi impunita dimittit, tunc punit infeſtius: cùm verò evertit ſubſidium vitiorum, & copioſas libidines inopes reddit, miſericorditer adverſatur. Proſp. Sent. 42.

Malà voluntate, ait idem Auguſtinus, *vel ſola quiſque miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate*, & ſic gaudium impiorum eſt pœna eorum. Hinc in Conc. Neocæſar. dicitur; *Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cũ ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quòd gratia Dei liberatus ſit*. Non quaſi non ibi peccârit, aut peccatum illud ſit ei remiſſum, ſed quia non permiſit illum Deus malam illam implere voluntatem. *Cùm voluntas mala*, inquit S. Auguſt. *poteſtatem accipit efficiendi quod cupit, ex judicio ejus venit, apud quem non eſt iniquitas. Punit enim etiam iſto modo Deus, nec ideò injuſtè quia occultè. Cæterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cùm manifeſto ſupplicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit quod perpetravit volens.* Et in Confeſ. *Magis miſeror gaudentem in flagitio, quàm velut dura perpeſſum detrimento pernitioſæ voluptatis, & amiſſione miſeræ felicitatis.*

De Trinit. lib. 13. ca. 5.

Sent. 47. apud Proſ.

Lib. 3. ca. 2.

Oſtendit

Li. 4. proſ. 4. de cõſolat. Oſtendit Philoſophia apud Boëtium, infeliciores eſſe malos, cùm cupita perfecerunt, quàm ſi ea quæ cupiunt implere non poſſunt. *Nam ſi miſerum eſt voluiſſe praua, potuiſſe miſerius eſt, ſine quo voluntatis miſeræ langueret effectus. Itaque cùm ſua ſingulis miſeria ſit, triplici infortunio neceſſe eſt urgeantur, quos videas ſcelus velle, poſſe, & perficere.* Notanda ſententia quæ eſt

2. Mach. 6. in lib. Machab. *Etenim multo tempore non ſinere peccatores ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt judicium. Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter exſpectat, ut eos cùm judicii dies advenerit in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis ſtatuit ut peccatis noſtris in finem devolutis, tum de-*

Sent. 5. *mum nos vindicet. Sed Divina bonitas*, ait D. Proſp. *ideò maximè iraſcitur in hoc ſæculo, ne iraſcatur in futuro, ſed miſericorditer temporalem adhibet ſeveritatē, ne æternam juſtè inferat ultionem.*

Impii hæreſes & ſacrilegia ſua hoc plauſibili argumento approbare conantur, quod eis proſperè omnia evenire videantur, cùm ſic & Turcæ & alii impii fidem ſuam veram eſſe probare poſſent, propter frequentes victorias quas de Chriſtianis reportarunt. Jactabat Conſtantius Imper. Arianus probatam ſuo calculo fidem ſuam, cùm ſibi ſecundùm Arium credenti, tot tantaque Deus

Luc. Calar. de Regib. apoſtat. in præſtitiſſet, præſtaretque indies majora. Cujus blaſphemiæ cauſa permotus Lucifer Epiſcopus, ſcripſit ad eum librum de Regibus apoſtatis, ubi ex Scripturis oſtendit, etiam impios Reges diu regnaſſe, victoriaſque obtinuiſſe. Dionyſius Siciliæ Rex ſpoliato Proſerpinæ templo, & deinde

Lib. 3. de Nat. Deor. proſperâ navigatione uſus, putabat diis non eſſe moleſta ſacrilegia, ut refert Cicero. *Honeſta quadam*

dam ſcelera ſucceſſus facit, inquit Seneca. Et rurſum; *Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur*. Sicut contrà, infelix virtus in vitio ponitur. In Hyppo. In Herc. furente.

Malorum felicitas fovea vocatur à Propheta; *Donec*, inquit, *fodiatur peccatori fovea. Parcit enim illi Deus juſtitià ſua*, ait S. Auguſt. *& hoc ipſo per impunitatem facit eum elatum. Ille ſe altum putat, & cadit, & in eo ipſo cadit, quo ſe altum putat*. Sunt multi etiam Catholici homines ita cæci ac perverſi, ut putent feliciores eſſe hæreticorum civitates, quàm Catholicorum, quòd illi proſperè agant, Catholicis verò ſæpè adverſa accidant. Sed ſi res bene inſpiciatur, multò melior eſt conditio Catholicorum quàm illorum; Nos enim flagellat Deus propitius, illos contemnit iratus: Catholicorum corrigit vitioſos mores, illorum infici multiplici peſte permittit. Pſalm. 92. In Pſal. 91.

Gentiles olim dicere ſolitos Chryſoſt. refert; *Patres noſtri idola coluerunt, & ſemper in bonis fuerunt, & nos ex quo Chriſtum colere cœpimus, nunquã bona ſequuntur. Hoc dicis*, ait Chryſoſt. *& non conſideras quia illorum proſperitas non fuit remuneratio Dei, ſed contẽptio; at noſtra adverſitas non eſt ira Dei, ſed admonitio. De illis enim dictum eſt, Vir inſipiens non cognoſcit, & ſtultus non itelligit, cùm exurentur peccatores ſicut fœnum, & quid addit? Vt intereant in ſæculum ſæculi. De ſuis autem quid dicit? Viſitabo in virga iniquitates eorum, miſericordiam autem non diſpergam ab illis.* Et rurſum, *Tribulationes irruere propterea ſinit in nos Deus, ut ad ipſum frequentiùs confugiamus, & expreſſiùs, nec ab eo diſcedamus aliquando. Tale quid faciunt manſuetiores filiorum parẽtes, cùm parvulos ſuos viderint à ſe quidem ſæpè diſcedere, æqualium autem ſuarum luſibus detineri. Præcipiũt famulis terrifica ſimulare multa, ut exagitati etiam metu* Pſalm. 91. Pſalm. 88. Hom. 10. in Matth. Simile per elegans.

metu parvuli, ad maternum ſinum coufugere feſtinent. Ita etiam Deus non modò ab alijs ſæpè affligi ſinit, ſed nonnunquam etiam ipſe plagam minatur, non vt eam in nos inducat, ſed ut potiùs ad ſe adducat. Sic Chryſoſt.

De conſol. Philoſ. li. 4. proſ. 4. Oſtendit Philoſophia apud Boët. feliciores eſſe improbos ſupplicia luentes, quàm ſi eos nulla juſtitiæ pœna coërceat, etiam ſi nulla ratio correctionis, nullus reſpectus habeatur exempli. *Bonos enim felices eſſe, malos infelices certum eſt. Si igitur miſeria cujuſquam bonum aliquod addatur, nonne felicior eſt eo, cujus pura ac ſolitaria, ſine cujuſpiam boni admixtione miſeria eſt? Quid ſi eidem miſero, qui cunctis careat bonis, præterea quibus miſer eſt, malum aliquid fuerit annexum, nonne multò infelicior eo cenſendus eſt, cuius infortunium boni participatione relevatur? Habent igitur improbi cùm puniuntur quidem boni aliquid annexum, pœnam ipſam ſcilicet, quæ ratione juſtitiæ bona eſt, iidemq; cùm ſupplicio carent, eis ineſt aliquid alterius mali, ipſa impunitas, quæ merito iniquitatis mala eſt. Multò igitur infeliciores improbi ſunt injuſta impunitate donati quàm juſta vltione puniti. Sed puniri improbos, juſtum; impunitos verò elabi iniquum eſſe manifeſtum eſt; bonum eſt autem omne quod juſtum eſt, contraque quod injuſtum eſt, malum liquet eſſe.*

MONI-

Digitized by Google

MONITUM LXIV.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Ioan. 8.

DIcuntur aliqui eſſe *ex diabolo, non ex Deo*, illi, videlicet, qui grande peccatum faciunt, non tanquam ex creatore; naturarum enim ſolus Deus eſt conditor; nec quaſi diabolus quemquam cogeret ad peccandum; non fit enim peccatum niſi humanâ voluntate, & diabolus non habet in poteſtate motum humanæ voluntatis, ſed is ſolus de quo ſcriptum eſt; *Cor hominis in manu Dei: ad quodcunque voluerit, vertet illud*; vnde nec ipſum conſenſum efficit voluntatis, ſed petit, vehementerque ad id incitat, admotis tam intus quàm foris illecebris, quæ ſint ad inflammandum impellendumque quàm accommodatiſſimæ; tantâ planè humanæ mentis ſervatâ libertate, ut veriſſimè dicat Auguſtinus, *nullâ aliâ re mentem hominis fieri ſervam libidinis, niſi propriâ voluntate.* Suaſor ergo peccati tantùm eſt diabolus, atque exemplar.

Lenſ. de li. Chriſt.

Aug. cont. Adimant c. 5. Vide de pec. merit. lib. 1. ca. 13.

Duobus enim modis peccarores, infideles, Iudæi, filij diaboli vocantur à Domino. Vel quòd ab ipſo impietatem didicerunt, ſicut Dominus dicit eis; *Vos ex patre diabolo eſtis, & quæ vidiſtis apud patrem veſtrum facitis.* Et Apoſtolus de diabolo dicit, *Qui nunc operatur in filiis diffidentiæ*, ſcilicet,

Ioan. 8.

Epheſ. 2.

Digitized by Google

ſcilicet, perſuaſionem & ſuggeſtionem. Vel quòd eum imitantur, ſicut ait Sapiens, *Invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem eum, qui ſunt ex parte illius.* Poteſt & tertio modo diabolus vocari pater impiorum hominum; quia videlicet *princeps eorum eſt*, habens eos ſibi ſubditos & ſervos; unde Chriſtus apud Ioannem vocat eum *Principem mundi*: & Paulus dæmones dicit eſſe *rectores tenebrarum harum*; & *reſiſtentes veritati captivos teneri à diabolo ad ipſius voluntatem*: & Chriſtus avaros ait *ſervire Mammonæ*; & diabolum poſſidere genus humanum, quemadmodum *fortis quiſpiam armatus caſtrũ aliquod poſſidet. Qui miratur*, ait S. Auguſtinus, *quòd creatura Dei ſubditur diabolo, non miretur; ſubditur enim creatura Dei creaturæ Dei, minor majori, quia homo Angelo; nec tamen propter naturam, ſed propter vitium, quia immundus immundo.*

Sap. 2. Ioan. 12. 14. 16. Epheſ. 6. 1. Tim. 2. 3. Matth. 6. Luc. 11. Lib. 1. de nupt. & cõcupiſc. c. 23.

Sed obijcies fortaſſè, quî fieri poteſt, ut quiſquis peccatum facit, docente ac ſuadente diabolo peccet, cùm multi non ex ejus ſuggeſtione, ſed propriâ peccent iniquitate; quemadmodum nullo ſuaſore peccavit ipſe diabolus. *Peccatum enim*, teſte Paulo, *in nobis habitans occaſione acceptâ per mandatum, opera mala operatur*, etiam ſi ceſſet diabolus; poſſumus enim quippiam mali cogitare, eo non noſcente. *Solus enim Deus novit corda filiorum hominum; & nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt*; malæ autem cogitationi conſenſum præbere poſſumus, per quem juxta Apoſtolum, *locum damus diabolo*, ut ubi nos viderit iracundiæ, vel alteri pravæ concupiſcentiæ conſentire, ubi nos viderit otioſo vacare, & externo cultui fidentes, intrare audeat. Deinde triplici hoſtium acie vulgò dicimur impugnari,

Rom. 7. 2. Paral. 6. 1. Cor. 2. Epheſ. 4. Matth. 12.

impugnari, à carne, mundo, & diabolo, quod & caro noſtra proprios habeat impetus; ſuasque ipſa faces admoveat, omni etiam remoto externo tentatore; & impiorum mundus per ſeipſum immundus, ſuaque ipſius pravitate *in maligno poſitus*, non idcirco ſanctos non infeſtaret, quia nullus ſpiritus inſtigaret. 1. Ioan. 5.

Vnde & D. Chryſoſt. *Si penitus*, inquit, *atque diligenter his quæ fiunt animum intendere velimus, inveniemus minimè nos ad omnia diabolum impellere; ſed cùm plurimorum ille nobis lapſuum ſit author, plurimos item noſmetipſi per noſtram ſolam ſocordiam ac negligentiam patimur*. D. etiam Auguſt. *Diabolum ſcribit adventitium eſſe ad tentandum; habere enim homines proprias tentationes*. D. quoque Proſp. quod peccetur id totum negat diabolo aſcribi oportere; *qui in peccantium flagitiis*, inquit, *eſt illecebrarum adjutor, non voluntatum credendus; eſt eſſe generator*. Denique D. Bern. *Difficile eſt*, inq. *diſcernere inter partum cordis, & virus ſerpẽtis; nec refert unde ſit malum, ſufficit ſcire ineſſe. Vigilandum autem & orandum undecunque ſit ne conſentiamus*. Lib. 1. de providentia Dei. Vid. Baſil. in Reg. Brevior. 75. In Iob. ca. 20. Reſponſ. 11. ad object. Vincent. Serm. 13. in Cant.

Reſponſio ergo eſt, filios diaboli non omnes omnia mala agere propagine, ac immediatè ex ejus ſuggeſtione vel imitatione, ſed omnia peccata ſuaſu ejus & imitatione committuntur, vel ex ea ſaltem concupiſcentia quæ ſuaſione & imitatione diaboli, in humano genere eſt exorta. Si prima igitur origo, ex qua omne peccatum committitur, reſpiciatur, omnes impij, diſcipuli & imitatores diaboli ſunt. Sic explicat S. Auguſt. in Canonicam Ioan. *Omnes peccatores*, ait, *ex diabolo nati ſunt, in quantum peccatores, Adam à Deo factus eſt, ſed quando conſenſit diabolo, ex diabolo natus eſt. Et tales* Tract. 4. in Canon. Ioan.

Digitized by Google

Lib. 1. c. 25. *omnes genuit, qualis erat, cũ ipſa cõcupiſcẽtia nati ſumus.*

Vide eundem de nupt. & Concupiſc. vbi loquens de concupiſcentia prava, quæ peccata in hominibus operatur, *Hoc*, inquit, *generi humano inflictum vulnus à diabolo, quicquid per illud naſcitur, cogit eſſe ſub diabolo, tanquam à ſuo frutice fructum iure decerpat*; non quòd *ab illo ſit humana natura, quæ non eſt niſi ex Deo, ſed vitium, quod non eſt ex Deo.* Atque hoc modo etiam reſponſum eſt ad illam objectionem, quomodo omnis peccans diabolum imitatur, cùm multi peccent neſcientes, vel non cogitantes diabolum peccaſſe, nec eum proinde exempli vice proponentes.

Sed objicitur tertiò, quomodo dicatur diabolus poſſidere omnes impios tanquam domum, vel ſubditos ſuos, *cùm ejecto immundo ſpiritu*, peccare nos dicat Scriptura *per otium & confidentiam in externarum cærimoniarum ornatu*, ac tum demum intrare immundum ſpiritum; ſic Iudas priùs Dominum ſuum vendidit, & poſtero deinde die *ſumptâ buccellâ, intravit in* Monit. 73. infr. 3 Lib. 2. in Iovinian. *eum Satanas.* Sed reſpondetur diabolum ſtatim intrare & regnare, vbi Christus & juſtitia derelinquitur, ut alibi ex D. Hieron. oſtenſum. Sed ubi homo iam diabolo ſubditus reſurgere negligit, & pias admonitiones contemnit, hinc eum potentiùs & firmiùs incipit poſſidere, & ad pejora pertrahere. Atque hoc eſt, quod ait Chriſtus, *ſpiritum immundum*, quoad Luc. 22. peccata idololatriæ, *à Iudæis eiectum intraſſe in eos cum ſeptem nequioribus ſpiritibus*; quia videlicet vacabant, & exterioribus cærimoniis, Chriſto neglecto, fidebant. Sic Lucas ait *Satanam intraſſe in Iudam* priuſquam iret ad vendendum Dominum: ſed Ioan. 13. Ioannes poſt eximiam ei à Chriſto charitatem oſtenſam,

ſam , poſtque terribilem admonitionem dicit *Satanam intraſſe in Iudam* , quia tunc eum in malo prorſus obſtinatum reddidit , ac firmiſſimè poſſedit.

Non ſic tamen ſubeunt mali diaboli principatum, ut ſub unius Dei poteſtate , ac providentiâ eſſe deſinant. Non enim poteſt creatura, non intra ſui conditoris , cujus ſunt omnia , ditiones commorari, ſine quo etſi poteſt pravitatem ſuſcipere , non poteſt tamen vel in ſua pravitate conſiſtere , ſeu qualemcunque vitam traducere. Vſque adeò verum illud eſt de omnibus , quod Apoſtolus olim Athenienſibus dixit ; unum illis ac ſolum verum Deum prædicans ; *In ipſo vivimus, movemur , ac ſumus. Cujus etiam juſta ac omnipotens providentia ſic indeſinenter univerſa dijudicat* , inquit S. Proſp. *vt nemo hunc in mundum veniat,nemo ex hoc mundo diſcedat,niſi ortu atque diceſſu eo,quem rerum arbiter ſecundùm altiſſimam ſcientiam ſuam, ſapientiamque decernit. Sicuti ſcriptum eſt in libro Iob ; Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit,in cujus manum anima omnis viventis, & ſpiritus univerſæ carnis hominis ?* Vide Lenſ. de I. Chriſt. Actor. 17. Proſp. l. 2. de vocat. gent.ca. 22. Iob. 12.

Manifeſtant etiam Divinorum eloquiorum auctoritates multæ , & continuata omnium ſæculorum experimenta docent , juſtam Dei miſericordiam , miſericordemque juſtitiam , nec alendis unquam hominum corporibus nec juvandis docendiſque mentibus eorum defuiſſe. Semper enim *pluit ſuper bonos & malos , ſemperque ſolem ſuum oriri facit juſtis pariter & injuſtis* : ſemper vitales auras præbet , & diei noctiſque viciſſitudines indeſinenter miniſtrat , ubertatem agris , multiplicationem ſeminibus , fœcunditatem generandis homi- Idem ibid. cap. 10. Matth. 5.

Digitized by Google

ejus maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, id eſt, ſapientiam; *& concupiſcentia ſapientiæ*, ſcilicet, plenior

Ecclesſ. 24. & perfectior: *Qui enim edunt me adhuc eſurient*: Vel

Pſalm. 118. Sapientia concupita, *dabitur tibi*. Hinc David; *A*

In illum locum Pſal. *mandatis tuis intellexi; quia mandata ſervantibus*, ait D. Auguſt. *propter ipſam cuſtodiam mandatorum, præbetur uberior doctrina Sapientiæ.*

MONITVM LXIII.

Ieſus cùm cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit.

Ioan. 6.

DOminus IESVS quid maximè eſſet ſalutare in ſeipſo demonſtrans ac præferens, oblatam regni temporanei gloriam fugit, pœnam probroſæ mortis amplexus eſt, *ut ejus, videlicet, membra*

In paſt. part 1. cap. 3. Vide part. 1. M. 39. *bra diſcerent*, inquit D. Gregor. *mundi favores & aplauſus refugere, terroreſq; & adverſa minimè pertimeſcere*, quæ plus multo plerumque quàm proſpera prodeſſe ſolerent. Etenim hæc crebrò per amorem ſui, & oblectationem, metumque amittendi cor Chriſtianum inquinant; illa verò per dolorem purgant. *In iſtis ſe animus erigit; in illis etiam poſteaquam ſe erexerat ſternit. In his ſui ipſius facillimè quis obliviſcitur; in illis verò ad memoriam ſui nolens etiam coactuſq; revocatur. In iſtis ſapè & anteacta bona depe-*

De Conſol. li. 2. proſ. 8. *reunt; in illis longi quoque temporis varia, multaq; delicta abſterguntur.* Ideò & apud Boëtium ejuſmodi verbis afflictum

Digitized by Google

afflictum Philoſophia conſolatur: *Etenim plus reor, inquit, hominibus adverſam, quàm proſperam, prodeſſe fortunam. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cùm videtur blanda, mentitur: hæc ſemper vera eſt, cùm ſe inſtabilem mutatione demonſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendacium ſpecie bonorum mẽtes fruentium ligat; hæc cognitione fragilis felicitatis abſolvit. Itaque illam videas ventoſam, fluentem, ſuiq; ſemper ignaram; hanc ſobriam, ſuccinctamq; & ipſius adverſitatis exercitatione prudẽtem. Poſtremò felix à vero bono devios blanditiis trahit, adverſa plerũque ad vera bona reducens, velut unco retrahit.* Sic Philoſophia de ſalubri utilitate adverſitatis.

Nimia proſperitas ſuſpecta eſſe debet. *Nam quæ proſperitas fine clauditur non luctuoſo?* Ut in Polycrate, qui annulum de induſtria gemmis & ſculpturis pretioſum, in pelagus projecit; paulò pòſt piſcator quidam piſcem eduxit, qui eum devoraverat, in cujus ventre annulus inventus eſt. Quod cùm rex Æegyptius Amaſitis intellexiſſet, *finem ejus infortunatũ fore dixit qui talibus proſperitatibus uteretur.* Ille à Perſarũ Satrapa captus, ſuſpenſus eſt. Ita Pius II in deſcript. Aſiæ. cap. 76. Simile habes Par. 1. Monit. 41. de S. Ambroſ. Rectè Seneca; *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam aliquid evenit adverſi.*

Itaque *quos diligit Deus caſtigat, & flagellat omnem filium quem recipit.* Sunt enim quos maximè putes Hebr. 12. diligere proles ſuas, dum nil deſideriis eorum negant, flagello & verbere nunquam attingunt. Verùm præclarè de his quidam; *Nutrices corporum, ſed novercæ animarum.* Sunt hæ ſimiis perſimiles, quæ fœtus ſuos arctiùs conſtringendo ob amorem, necant. Regius Pſaltes ad infelicitatem quo-
rundam

Pſal. 72. rundam pertinere declaravit, quod ait; *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate ſuâ*, &c.

Ezech. 6. Hieron. ad Caſtrut. *Verùm magna ira eſt*, ait Hieron: *quando peccantibus non iraſcitur Deus. Vnde & in Ezechiele ad Hieruſalem, Iam, inquit, non iraſcar tibi, zelus meus receſſit à te. Quos enim diligit, corripit, & caſtigat omnem filium, quē recipit. Non erudit pater, niſi quem amat: non corripit magiſter diſcipulum, niſi quem ardentioris cernit ingenii. Medicus, ſi ceſſaverit curare, deſperat.*

Hebr. 12. Movere etiam nos debet ſententia Apoſtoli; *Si extra diſciplinam eſtis cujus participes facti ſūt omnes, ergo adulterini, & non filii eſtis.* Loquitur Propheta

Iſai. 26. Iſaias; *Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti; nunquid glorificatus es?* quin potiùs; *elongaſti omnes terminos terræ. Domine in anguſtia requiſierunt te; in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Sic & S. Bern. *Miſereamur impio, & non diſcet facere juſtitiam: Miſericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram iſta miſeratio, ſepiens mihi vias juſtitiæ. Volo iraſcaris mihi. Pater miſericordiarū, ſed illâ irâ, quâ corrigis devium, non quâ extrudis de via. Illud tua nobis benigna parit animadverſio, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio. In tribulatione ſua manè conſurgent ad me*, dicit Dominus per Prophetam, *Venite & revertamur ad Dominum, quia ipſe cepit & ſanabit nos; percutiet & curabit nos.*

Iſai. ibid. Ser. 42. in Cant.

Oſeæ. 6.

Epiſt. 5. *Agenda ſunt multa etiam cum invitis*, ait D. Auguſt. *benignâ aſperitate plectendis; quorum potiùs utilitati conſulendum eſt, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quamlibet aſperè, nunquam profectò amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit & doleat, qui etiam invitus videtur dolore ſanandus. Ideoq; ſi terrena iſta reſpublica præcepta divina cuſtodiat, & ipſa bella ſine benevolentia non gerentur,*

Digitized by Google

gerentur, ut ad pietatis juſtitiæq; pacatam ſocietatem victis faciliùs conſulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur. Quoniã nihil eſt infelicius felicitate peccantium, quà pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Sed perverſa & adverſa corda mortalium felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animorum; cùm theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta virtutum; cùm glorioſa eſt effuſionis inſania, & opera miſericordiæ deridentur; cùm ex his quæ divitibus abundant, luxuriantur hiſtriones, & neceſſaria vix habent pauperes. Hæc ſi Deus pollere permittat, tunc indignatur graviùs; ſi impunita dimittit, tunc punit infeſtiùs: cùm verò evertit ſubſidium vitiorum, & copioſas libidines inopes reddit, miſericorditer adverſatur. Proſp. Sent. 42.

Malà voluntate, ait idem Auguſtinus, *vel ſola quiſque miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate*, & ſic gaudium impiorum eſt pœna eorum. Hinc in Conc. Neocæſar. dicitur; *Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cũ ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quòd gratia Dei liberatus ſit.* Non quaſi non ibi peccârit, aut peccatum illud ſit ei remiſſum, ſed quia non permiſit illum Deus malam illam implere voluntatem. *Cùm voluntas mala*, inquit S. Auguſt. *poteſtatem accipit efficiendi quod cupit, ex judicio ejus venit, apud quem non eſt iniquitas. Punit enim etiam iſto modo Deus, nec ideò injuſtè quia occultè. Cæterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cùm manifeſto ſupplicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit quod perpetravit volens.* Et in Confeſ. *Magis miſeror gaudentem in flagitio, quàm velut dura perpeſſum detrimento pernitioſæ voluptatis, & amiſſione miſeræ felicitatis.*

De Trinit. lib. 13. ca. 5.

Sent. 47. apud Proſ.

Lib. 3. ca. 2.

Digitized by Google

Li. 4. proſ. 4. de cõſolat. Oſtendit Philoſophia apud Boëtium, infeliciores eſſe malos, cùm cupita perfecerunt, quàm ſi ea quæ cupiunt implere non poſſunt. *Nam ſi miſerum eſt voluiſſe praua, potuiſſe miſerius eſt, ſine quo voluntatis miſeræ langueret effectus. Itaque cùm ſua ſingulis miſeria ſit, triplici infortunio neceſſe eſt urgeantur, quos videas ſcelus velle, poſſe, & perficere.* Notanda ſententia quæ eſt 2. Mach. 6. in lib. Machab. *Etenim multo tempore non ſinere peccatores ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt judicium. Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter exſpectat, ut eos cùm judicii dies advenerit in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis ſtatuit ut peccatis noſtris in finem devolutis, tum demum nos vindicet. Sed Divina bonitas*, ait D. Proſp. Sent. 5. *ideò maximè iraſcitur in hoc ſæculo, ne iraſcatur in futuro, ſed miſericorditer temporalem adhibet ſeveritatẽ, ne æternam juſtè inferat ultionem.*

Impii hæreſes & ſacrilegia ſua hoc plauſibili argumento approbare conantur, quod eis proſperè omnia evenire videantur, cùm ſic & Turcæ & alii impii fidem ſuam veram eſſe probare poſſent, propter frequentes victorias quas de Chriſtianis reportarunt. Jactabat Conſtantius Imper. Arianus probatam ſuo calculo fidem ſuam, cùm ſibi ſecundùm Arium credenti, tot tantaque Deus Luc. Calar. de Regib. apoſtat. in præſtitiſſet, præſtaretque indies majora. Cujus blaſphemiæ cauſa permotus Lucifer Epiſcopus, ſcripſit ad eum librum de Regibus apoſtatis, ubi ex Scripturis oſtendit, etiam impios Reges diu regnaſſe, victoriaſque obtinuiſſe. Dionyſius Siciliæ Rex ſpoliato Proſerpinæ templo, & deinde Lib. 3. de Nat. Deor. proſperâ navigatione uſus, putabat diis non eſſe moleſta ſacrilegia, ut refert Cicero. *Honeſta quædam*

dam ſcelera ſucceſſus facit, inquit Seneca. Et rurſum; *Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur*. Sicut contrà, infelix virtus in vitio ponitur. In Hyppo. In Herc. furente.

Malorum felicitas fovea vocatur à Propheta; *Donec*, inquit, *fodiatur peccatori fovea. Parcit enim illi Deus juſtitià ſua*, ait S. Auguſt. *& hoc ipſo per impunitatem facit eum elatum. Ille ſe altum putat, & cadit, & in eo ipſo cadit, quo ſe altum putat*. Sunt multi etiam Catholici homines ita cæci ac perverſi, ut putent feliciores eſſe hæreticorum civitates, quàm Catholicorum, quòd illi proſperè agant, Catholicis verò ſæpè adverſa accidant. Sed ſi res bene inſpiciatur, multò melior eſt conditio Catholicorum quàm illorum; Nos enim flagellat Deus propitius, illos contemnit iratus: Catholicorum corrigit vitioſos mores, illorum infici multiplici peſte permittit. Pſalm. 92. In Pſal. 91.

Gentiles olim dicere ſolitos Chryſoſt. refert; *Patres noſtri idola coluerunt, & ſemper in bonis fuerunt, & nos ex quo Chriſtum colere cœpimus, nunquã bona ſequuntur. Hoc dicis*, ait Chryſoſt. *& non conſideras quia illorum proſperitas non fuit remuneratio Dei, ſed contẽptio; at noſtra adverſitas non eſt ira Dei, ſed admonitio. De illis enim dictum eſt, Vir inſipiens non cognoſcit, & ſtultus non itelligit, cùm exurentur peccatores ſicut fœnum, & quid addit? Vt intereant in ſæculum ſæculi. De ſuis autem quid dicit? Viſitabo in virga iniquitates eorum, miſericordiam autem non diſpergam ab illis. Et rurſum, Tribulationes irruere propterea ſinit in nos Deus, ut ad ipſum frequentiùs confugiamus, & expreſſiùs, nec ab eo diſcedamus aliquando. Tale quid faciunt manſuetiores filiorum parẽtes, cùm parvulos ſuos viderint à ſe quidem ſæpè diſcedere, æqualium autem ſuorum luſibus detineri. Præcipiũt famulis terrifica ſimulare multa, ut exagitati etiam* Pſalm. 91. Pſalm. 88. Hom. 10. in Matth. Simile per elegans.

metu parvuli, ad maternum ſinum coufugere feſtinent. Ita etiam Deus non modò ab alijs ſæpè affligi ſinit, ſed nonnunquam etiam ipſe plagam minatur, non vt eam in nos inducat, ſed ut potiùs ad ſe adducat. Sic Chryſoſt.

De conſol. Philoſ. li. 4. proſ. 4.

Oſtendit Philoſophia apud Boët. feliciores eſſe improbos ſupplicia luentes, quàm ſi eos nulla juſtitiæ pœna coërceat, etiam ſi nulla ratio correctionis, nullus reſpectus habeatur exempli. *Bonos enim felices eſſe, malos infelices certum eſt. Si igitur miſeriæ cujuſquam bonum aliquod addatur, nonne felicior eſt eo, cujus pura ac ſolitaria, ſine cujuſpiam boni admixtione miſeria eſt? Quid ſi eidem miſero, qui cunctis careat bonis, præterea quibus miſer eſt, malum aliquid fuerit annexum, nonne multò infelicior eo cenſendus eſt, cuius infortunium boni participatione relevatur? Habent igitur improbi cùm puniuntur quidem boni aliquid annexum, pœnam ipſam ſcilicet, quæ ratione juſtitiæ bona eſt, iidemq; cùm ſupplicio carent, eis ineſt aliquid alterius mali, ipſa impunitas, quæ merito iniquitatis mala eſt. Multò igitur infeliciores improbi ſunt injuſtæ impunitate donati quàm juſta vltione puniti. Sed puniri improbos, juſtum; impunitos verò elabi iniquum eſſe manifeſtum eſt; bonum eſt autem omne quod juſtum eſt, contraque quod injuſtum eſt, malum liquet eſſe.*

MONI-

Digitized by Google

MONITUM LXIV.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Ioan. 8.

DIcuntur aliqui eſſe *ex diabolo, non ex Deo*, illi, videlicet, qui grande peccatum faciunt, non tanquam ex creatore; naturarum enim ſolus Deus eſt conditor; nec quaſi diabolus quemquam cogeret ad peccandum; non fit enim peccatum niſi humanâ voluntate, & diabolus non habet in poteſtate motum humanæ voluntatis, ſed is ſolus de quo ſcriptum eſt; *Cor hominis in manu Dei: ad quodcunque voluerit, vertet illud*; vnde nec ipſum conſenſum efficit voluntatis, ſed petit, vehementerque ad id incitat, admotis tam intus quàm foris illecebris, quæ ſint ad inflammandum impellendumque quàm accommodatiſſimæ; tantâ planè humanæ mentis ſervatâ libertate, ut veriſſimè dicat Auguſtinus, *nullâ aliâ re mentem hominis fieri ſervam libidinis, niſi propriâ voluntate.* Suaſor ergo peccati tantùm eſt diabolus, atque exemplar. Lenſ. de li. Chriſt.

Duobus enim modis peccatores, infideles, Iudæi, filij diaboli vocantur à Domino. Vel quòd ab ipſo impietatem didicerunt, ſicut Dominus dicit eis; *Vos ex patre diabolo eſtis, & quæ vidiſtis apud patrem veſtrum facitis.* Et Apoſtolus de diabolo dicit, *Qui nunc operatur in filiis diffidentiæ*, Aug. cont. Adimant c. 5. Vide de pec. merit. lib. 1. ca. 13. Ioan. 8. Epheſ. 2.

 ſcilicet,

ſcilicet, perſuaſionem & ſuggeſtionem. Vel quòd eum imitantur, ſicut ait Sapiens, *Invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem eum, qui ſunt ex parte illius.* Poteſt & tertio modo diabolus vocari pater impiorum hominum; quia videlicet *princeps eorum eſt*, habens eos ſibi ſubditos & ſervos; unde Chriſtus apud Ioannem vocat eum *Principem mundi*: & Paulus dæmones dicit eſſe *rectores tenebrarum harum*; & *reſiſtentes veritati captivos teneri à diabolo ad ipſius voluntatem*: & Chriſtus avaros ait *ſervire Mammonæ*; & diabolum poſſidere genus humanum, quemadmodum *fortis quiſpiam armatus caſtrũ aliquod poſſidet. Qui miratur*, ait S. Auguſtinus, *quòd creatura Dei ſubditur diabolo, non miretur; ſubditur enim creatura Dei creaturæ Dei, minor majori, quia homo Angelo; nec tamen propter naturam, ſed propter vitium, quia immundus immundo.*

Sap. 2. — Ioan. 12. 14. 16. — Epheſ. 6. — 1. Tim. 2. 3. — Matth. 6. — Luc. 11. — Lib. 1. de nupt. & cõcupiſc. c. 23.

Sed obijcies fortaſſè, quî fieri poteſt, ut quiſquis peccatum facit, docente ac ſuadente diabolo peccet, cùm multi non ex ejus ſuggeſtione, ſed propriâ peccent iniquitate; quemadmodum nullo ſuaſore peccavit ipſe diabolus. *Peccatum enim*, teſte Paulo, *in nobis habitans occaſione acceptâ per mandatum, opera mala operatur*, etiam ſi ceſſet diabolus; poſſumus enim quippiam mali cogitare, eo non noſcente. *Solus enim Deus novit corda filiorum hominum; & nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt*; malæ autem cogitationi conſenſum præbere poſſumus, per quem juxta Apoſtolum, *locum damus diabolo*, ut ubi nos viderit iracundiæ, vel alteri pravæ concupiſcentiæ conſentire, ubi nos viderit otioſo vacare, & externo cultui fidentes, intrare audeat. Deinde triplici hoſtium acie vulgò dicimur impugnari,

Rom. 7. — 2. Paral. 6. — 1. Cor. 2. — Epheſ. 4. — Matth. 12.

impugnari, à carne, mundo, & diabolo, quod & caro noſtra proprios habeat impetus; ſuaſque ipſa faces admoveat, omni etiam remoto externo tentatore; & impiorum mundus per ſeipſum immundus, ſuaque ipſius pravitate *in maligno poſitus*, non idcirco ſanctos non infeſtaret, quia nullus ſpiritus inſtigaret. 1. Ioan. 5.

Vnde & D. Chryſoſt. *Si penitus*, inquit, *atque diligenter his quæ fiunt animum intendere velimus, inveniemus minimè nos ad omnia diabolum impellere; ſed cùm plurimorum ille nobis lapſuum ſit author, plurimos item noſmetipſi per noſtram ſolam ſocordiam ac negligentiam patimur*. D. etiam Auguſt. *Diabolum ſcribit adventitium eſſe ad tentandum; habere enim homines proprias tentationes*. D. quoque Proſp. quod peccetur id totum negat diabolo aſcribi oportere; *qui in peccantium flagitiis*, inquit, *eſt illecebrarum adjutor, non voluntatum credendus; eſt eſſe generator*. Denique D. Bern. *Difficile eſt*, inq. *diſcernere inter partum cordis, & virus ſerpētis; nec refert unde ſit malum, ſufficit ſcire ineſſe. Vigilandum autem & orandum undecunque ſit ne conſentiamus*.

Lib. 1. de providentia Dei. Vid. Baſil. in Reg. Brevior. 75. In Iob. ca. 20. Reſponſ. 11. ad object. Vincent. Serm. 13. in Cant.

Reſponſio ergo eſt, filios diaboli non omnes omnia mala agere propagine, ac immediatè ex ejus ſuggeſtione vel imitatione, ſed omnia peccata ſuaſu ejus & imitatione committuntur, vel ex ea ſaltem concupiſcentia quæ ſuaſione & imitatione diaboli, in humano genere eſt exorta. Si prima igitur origo, ex qua omne peccatum committitur, reſpiciatur, omnes impij, diſcipuli & imitatores diaboli ſunt. Sic explicat S. Auguſt. in Canonicam Ioan. *Omnes peccatores*, ait, *ex diabolo nati ſunt, in quantum peccatores, Adam à Deo factus eſt, ſed quando conſenſit diabolo, ex diabolo natus eſt. Et tales* Tract. 4. in Canon. Ioan.

 omnes

Digitized by Google

ſam , poſtque terribilem admonitionem dicit *Satanam intraſſe in Iudam* , quia tunc eum in malo prorſus obſtinatum reddidit , ac firmiſſimè poſſedit.

Non ſic tamen ſubeunt mali diaboli principatum, ut ſub unius Dei poteſtate, ac providentiâ eſſe deſinant. Non enim poteſt creatura, non intra ſui conditoris, cujus ſunt omnia, ditiones commorari, ſine quo etſi poteſt pravitatem ſuſcipere, non poteſt tamen vel in ſua pravitate conſiſtere, ſeu qualemcunque vitam traducere. Vſque adeò verum illud eſt de omnibus, quod Apoſtolus olim Athenienſibus dixit; unum illis ac ſolum verum Deum prædicans; *In ipſo vivimus, movemur, ac ſumus. Cujus etiam juſta ac omnipotens providentia ſic indeſinenter univerſa dijudicat*, inquit S. Proſp. *vt nemo hunc in mundum veniat, nemo ex hoc mundo diſcedat, niſi ortu atque diceſſu eo, quem rerum arbiter ſecundùm altiſſimam ſcientiam ſuam, ſapientiamque decernit. Sicuti ſcriptum eſt in libro Iob; Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit, in cujus manum anima omnis viventis, & ſpiritus univerſæ carnis hominis?*

Vide Lenſ. de l. Chriſt.

Actor. 17.

Proſp. l. 2. de vocat. gent. ca. 22.

Iob. 12.

Manifeſtant etiam Divinorum eloquiorum auctoritates multæ, & continuata omnium ſæculorum experimenta docent, juſtam Dei miſericordiam, miſericordemque juſtitiam, nec alendis unquam hominum corporibus nec juvandis docendiſque mentibus eorum defuiſſe. Semper enim *pluit ſuper bonos & malos, ſemperque ſolem ſuum oriri facit juſtis pariter & injuſtis*: ſemper vitales auras præbet, & diei noctiſque viciſſitudines indeſinenter miniſtrat, ubertatem agris, multiplicationem ſeminibus, fœcunditatem generandis homi-

Idem ibid. cap. 10.

Matth. 5.

Digitized by Google

Cujus virtute ſolius fit, quod ſcriptum eſt de Behemoth.id eſt, Diabolo: *Ecce ſpes fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.* Iob. 40.

Regit igitur & malos Deus. Propterea enim illi tanquam Regi regum, Dominoque dominantium *curvatur omne genu, cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum.* Sed beatus ille qui dicere poteſt, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: In loco paſcuæ ibi me collocavit. Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuũ. Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.* Serviunt illi quidem omnia ad nutum potentiſſimæ voluntatis. *Quis enim*, ait, *poteſt reſiſtere vultui meo?* ſed non omnes ei ſerviunt piæ obedientiâ ſervitutis, cùm *ſervire duobus dominis nemo poſſit.* Philip. 2. Pſalm. 22. Iob. 41. Matth. 6.

Aliud igitur eſt Dei regnum, quo corporea & incorporea cuncta reguntur, quo *attingit à fine uſque ad finem fortiter, ac diſponit omnia ſuaviter:* Aliud quo ſuos ipſe ſervos, non obſtantibus hoſtium circumfuſis cuneis, ad beatam felicitatem perducit. Ex hoc piorum rex Chriſtus peculiariter agnoſcitur; ex illo rex omnium ſanctorum, & hominum pariter & dæmonum Deus unus prædicatur. Quonam igitur modo ſub Dei poteſtate eſſe homo deſineret, ſimulatque diaboli eſſe incipit, quando nec ipſe diabolus, ex unius ſummi moderatoris poteſtate fuerit unquam exemptus? *Non enim hominem* inquit Auguſt. *à lege ſuæ poteſtatis amiſit, quando in diaboli poteſtate eſſe permiſit: quia nec ipſe diabolus à poteſtate omnipotentis alienus eſt, ut neque à bonitate.* Namque ipſi maligni angeli, unde qualicunque ſubſiſterent vitâ, niſi per eum qui vivificat omnia? Sap. 8. Vide Aug. lib. 3. cap. 2. cont. Iulia. De Civit. lib. 22. c. 24

MONITVM LXV.

Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Rom. 8.

IN his verbis tria conſiderari poſſunt, Dignitas patientis, Magnitudo paſſionis, & Finis ob quem patiatur. Sive, Quis, Quid, & Quare patiatur. Primò ergo qui audit vel legit hiſtoriam Dominicæ paſſionis, non tantùm ita agi debet pietate, quaſi audiret Martyria Prophetarum aut Apoſtolorum, vel aliorum juſtorum: ſed longè aliter debet expendere dignitatem patientis, reverà credendo, expendendoque eum ipſum qui hæc indigna patitur, eſſe naturalem Dei filium, verum Deum, immenſum, & incomprehenſibilem, omnium creatorem. Quo expenſo, omnia quæ in paſſione audiuntur, maxima ſunt. Deinde expendere debet eum ipſum etiam eſſe hominem, non tantùm innocentem & juſtum more aliorum, ſed ſine ullâ libidine de Spiritu ſancto conceptum, qui nec poſteà in minimo à perfectiſſima juſtitia diſceſſit, ſed ſemper toto corde in omnibus Deo ſervivit, ita ut mirabili ſupra modum conjunctione in eo ſit perfecta juſtitia, ſine comite tamen ſua, perfecta videlicet, totius animæ & corporis felicitate: & ſit miſeria atque afflictio corporis & animæ, ſine cauſa ſua, ſcilicet peccato.

Heſſ. in tract. de Paſſ.

Sed

Sed nonne redemptio generis humani fieri poterat per alium, vel aliâ ratione? *Decus univerſi ſecundùm ordinem à Deo inſtitutum, cujus eum nunquam pœnitet, requirit, vt non ſinatur dedecus culpæ, ſine decore cōdignæ vindictæ;* Alterum ergo fuit neceſſe, aut ut totū genus humanum in æternum maneret damnatum, aut ut juſto pretio ira Dei placaretur, ut hominem dignaretur reparare. Quod pretium quia per puram creaturam ſolui non poterat, ipſemet Deus *venit in mundum peccatores ſalvos facere, propter nimiā charitatem ſuam quâ dilexit nos,* Unde D. Leo ſerm. 7. de Paſſ. *Aliter ab æternæ mortis vinculis non poſſemus abſolvi, niſi in noſtris fieret humilis, qui omnipotēs permaneret in ſuis.* Et ſerm. 5. *Niſi verbum Dei caro fieret, mors adhuc regnaret ab Adam.*

Aug. lib. 8. de lib. arb. cap. 15.

1. Tim. 1. Epheſ. 2.

Secundò. Magnitudo paſſionis Dominicæ penſatur: 1. Ex univerſalitate paſſionis. Paſſus eſt enim ab omni genere hominum, Iudæis, gentibus, ſenioribus, plebe, militibus, civibus, adultis, pueris, pauperibus, divitibus, ſacerdotibus, laicis, regibus, principibus, viris, fœminis &c. 2. In omnibus rebus ſuis; in amicis, deſerentibus; in fama, per detractiones & blaſphemias; in honore & gloria, per irriſiones & contumelias; in rebus, per ablationem veſtium; in anima, per triſtitiam, tædium, & pavorem; in corpore, quoad omnia membra; in capite coronam ſpineam perferendo; in pedibus & manibus, vulnera clavorum; in facie, alapas; in toto corpore, flagella; in lingua, fel; in humeris, crucem; in barba, vulſionem. Sic & in omni alio ſenſu: de guſtu enim & tactu dictum eſt: in olfactu, per fœtorem in monte Calvariæ; in auditu, per blaſphemias; in viſu, quòd matrem & diſci-

Matth. 26. 27. Marc. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19

Pſal. 21.

Iſai. 50.

diſcipulum flentes, & inimicos laborantes ad ſui necem vidit. Ita autem Chriſtus ſuam paſſionem inſtituit, ut quicquid tandem & à quocunque pateretur Chriſtianus, ibi conſolationem inveniat; *graviora enim omnia expertus eſt, mundi factor & Dominus*, inquit D. Cyprian.

Cyprian. epiſt. 56.

2. Penſatur ejus magnitudo ex magnitudine cauſæ. Exterior quidem paſſio maxima fuit, quòd læſio corporalis crucifixorum, ſit maxima doloris cauſa, maximumque dolorem adferat, quia durat ſupplicium, eò quòd in locis remotis à corde configantur, & quia gravitas corporis continuò auget dolorem pondere ſuo. Interior etiam paſſio maxima fuit, quòd ea de quibus Chriſtus triſtabatur, eſſent maximæ triſtitiæ cauſæ. Erant autem mors & omnis afflictio imminens; quæ omnia tanquam præſentia efficaciſſimè apprehendebat; caſus Iudæ, Petri, & reliquorum diſcipulorum; excæcatio electi populi Iudaici; omnia mundi peccata, ſibi impoſita, ut pro iis ſatisfaceret, tanquam ſi ea ipſe perpetraſſet; ingratitudo tot Chriſtianorum, qui ejus ſanguine abluti, poſteà eum polluerent, atque contemnerent.

Hebr. 10.

Matth. 1.

3. Paſſionis magnitudo penſatur ex nobilitate complexionis Chriſti, qui tanquam conceptus de Spiritu ſancto, nec ullo peccato corruptus, optimè apprehendit cauſas triſtitiæ, & optimè percipiebat læſionem corporalem, nuſquam ſtupens, aut ſine ſenſu. Vnde major dolor non ſtupefaciebat eum, quo minus perciperet minorem. Sicut homo qui comburitur, non percipit dolorem digiti; ſed Chriſtus etiam pendens in cruce, optimè & ſummo cum dolore percipiebat ſitim, veſtium

Digitized by Google

ſtium ablationem, & contumelias: non ſtupefactus ad hoc perſentiendum maiori tormento.

4. Penſatur ex doloris puritate, quia nimirum mitigatus non fuit: nec per Divinitatis operationem, (unde ſe dicit *derelictum à Deo:*) nec per rationis conſiderationem, ſicut fit in nobis, dum conſideramus bonum, propter quod patimur, & avertimus oculos mentis à malo ipſo. Quinimò ipſe ex judicio rationis aſſumpſit conſiderationem malorum ſuorum, atque triſtitiam in naturali voluntate, ſinens omnes partes ſibi ſine conſolatione. *Quæ triſtitia duravit uſque ad mortem.* Unde tunc dicit *ſe derelictum.* Mitigatio doloris per conſiderationem rationis non habet locum in interiori triſtitia Chriſti; quia quod voluntariè quis aſſumit, non mitigat, eò quòd mitigatio eſt ejus quod irruit in invitum. Dolorem corporis non mitigavit per rationem, quia & eum voluntariè aſſumpſit, & permittebat carnem ſibi, ut, juxta Iſaïam, eſſet *vir dolorum & ſciens infirmitatem.*

Matth. 27.

Matt. 26. 27.

Iſaiæ 53.

Alioqui ſi ſeipſum conſolatus eſſet per rationem, non præſtitiſſet perfectum exemplum miſeris peccatoribus. Nec differentia eſſet inter Martyres & ipſum, quam ponere videtur David in Pſal. 21. Vbi dicitur; *Ad te clamaverunt & ſalvi facti ſunt*, etiam temporaliter, ut Ionas, Daniel, tres pueri, &c. *In te ſperaverunt, & non ſunt confuſi*, ob interiorem conſolationem & lætitiam, etiam cùm occiderentur, ut Iſaias, Ieremias, Machabæi, &c. ego autem nec temporaliter adjuvor, nec ſpiritualiter reficior. Dicit S. Damaſcenus: *Divinæ voluntatis beneplacito, & volente Verbo permiſſum fuiſſe carni, pati & ea agere quæ ipſi*

Pſalm. 88.

De fide Orth. lib. 3. ca 15 19.

ipſi erant propria, ut per opera naturæ crederetur veritas.

Hanc autem triſtitiam aſſumpſit Chriſtus, ut Leo Ser. 16. de paſſ. rectè D. Leo de paſſ. *ad humanæ formidinis excuſationem:* & ut S. Auguſt. Pſalm. 103. *Suſcepit hîc perſonam infirmorum, quos videbat poſſe conturbari*, ne ipſi deficerent aut deſperarent. Fuit ergo opus S. Andreæ, qui gaviſus eſt ad crucem, ſublimius opere Chriſti, qui triſtatur ad crucem? Non, ſed opus Chriſti ſublimius, quia miſericordius. Triſtatus eſt enim ex charitate propter infirmos, quos videbat in paſſione fore triſtes, ne dejicerentur, cogitantes multos gaudentes iviſſe vel ire ad paſſionem, ſed potiùs voluntatem humanam voluntati creatoris conjungerent.

Aug. in Pſal. 3. Con. 3.

Tertiò, cauſa cogitanda eſt paſſionis Domini, cur hæc tanta perſona tanta & talia ſuſtinuit; nempe, ut hominem impium & ad æternam mortem condemnatum, faceret perfectè juſtum & in æternum viventem. Atque ut hæc cauſa meliùs expendatur, cogitare oportet omnes omnino homines naſci peccatores & æternæ mortis reos: & adultos fieri praviores, ac magis reos, niſi hæc medicina ſuccurrat: & eis quibus ſuccurrit, ita ſuccurrere, ut tamen adhuc in multis peccent, & medicinæ hujus ſint indigni. Cogitandum eſt ipſos tam eſſe infirmos, ut in maximam abeant pravitatem, niſi hæc medicina aſſiduè ſuccurrat. Tam potens eſt autem hæc medicina, ut maxima peccata, etiamſi unus omnia haberet, deleat; tam neceſſaria, ut ſine hac nec minimum peccatum ignoſci, nec minimum vitium curari poſſit. Medetur autem hominibus, & præterita peccata remittendo, & à futuris cuſtodiendo, &

Pſal. 50. Rom. 5. Epheſ. 2

obedien-

obedientiam erga Deum præſtando, & tandem ad impeccabilitatem, & vitam felicem & æternam corporis & animæ ducendo.

Unde intelligitur magnum eſſe diſcrimen inter mortem Chriſti & aliorum Sanctorum. Unde præclarè D. Ambroſ. *Hæc*, inquit, *eſt fidei gloria, ſi verè intelligas crucem Chriſti: aliæ cruces nihil mihi proſunt, ſola crux Chriſti mihi utilis eſt; & verè utilis, per quam mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, &c.* Ubi Ambroſius non ad exemplum reſpicit. Quis enim neſciat aliorum ſanctorum cruces plurimum exempli utilitate profuiſſe? ſed altiore conſideratione, & inſigni illâ fidei gloriâ, quam in eo dicit eſſe ſitam, ut verè crux Chriſti intelligatur, myſterium nobis crucis mortiſquè aperire voluit. Hoc autem myſterium & arcanum in eo planè poſitum eſt, ſi in illa quamvis probroſa cruce, pretium cogites infinitum, quo & mundus redemptus eſt, & mille, ſi tot fuiſſent, alii redimi potuiſſent. Sic & D. Leo; *Quamvis in conſpectu Domini multorum Sanctorum pretioſa mors fuerit*, inquit, *nullius tamen inſontis occiſio propitiatio fuit mundi; accepêre juſti, nō dedere coronas; & de fidelium fortitudine exempla nata ſunt patientiæ, non dona juſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt: nec alterius quiſquam debitum ſuo funere ſolvit; cùm inter filios hominum ſolus Dominus noſter Ieſus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſuſcitati.*

Lib. 6. in Lucam in fine.

Galat. 6.

Serm. 12. de Paſſ. epiſt. 83. & 79.

Non oportet autem ſic cogitare: Hæc eſt medicina generis humani, ſed fortè non mea. Imò quia jam ad Chriſtum vocaris, fit & tua, neç minoris eam facere debes, quàm ſi tibi ſoli eſſet impenſa: ſicut non minus commodi habes ex ſole

orien

oriente, quàm ſi tu ſolus eo fruereris. Quid enim minus habes, quam ſi nullus alius à ſole videret? Ne igitur inveniaris ingratus, imitare Paulum dicentem; *Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetiſum pro me.*

Galat. 2.

Hic eſt, ait D. Chryſoſtomus, *affectus ſervi fidelis, ut beneficia domini ſui, quæ communiter data ſunt omnibus, quaſi ſibi ſoli præſtita reputet, & quaſi ipſe ſit omniũ debitor, & pro omnibus ipſe ſolus habeatur obnoxius. Hoc fecit & Paulus qui mortem Domini & Salvatoris noſtri, quæ pro univerſo expenſa eſt mundo, ſibi ſoli præſtitam dicit. Quaſi enim de ſe ſolo loquens, ita ſcribit; Quod enim nunc vivo in carne, in fide vivo Filij Dei, qui tradidit ſemeptipſum pro me. Hæc autem decebat, non coanguſtare volens ampliſſima, & per omnem orbem diffuſa Chriſti munera, ſed quaſi qui (ut diximus) pro omnibus ſe ſolum judicaret obnoxium: Et reverá quid intereſt, ſi & alij præſtitit, cùm quæ tibi præſtita ſunt, ita integra ſint & ita perfecta, quaſi nulli alij ex his aliquid fuerit præſtitum? Ideò denique & in illa boni Paſtoris parabola, non dicitur, quia venit oves multas quærere, ſed unam. Vna namque eſt, quia ſic omnibus, quaſi uni, divina beneficia conferuntur.*

Lib. 2. de compunct. cordis.

Galat. 2.

Luc. 15.

Digitized by Google

MONITVM LXVI.

Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis, &c.

Ioan. 3.

LEges ordinatæ id habent, ſecundùm quas Deus gubernat hunc mundum, ut inter juſtos & injuſtos diſcretio ſit; & ſicut nullum bonum manet irremuneratum, ita nullum malum impunitum relinquatur. Cujus ſuæ juſtitiæ Deus, quâ reddit cuique ſecundùm opera, veſtigia quædam impreſſit cordibus noſtris. Et ſecundùm hunc quidem primæ inſtitutionis ordinem, damnandum erat proculdubio genus humanum: ſicut è contrà Angeli qui perſtiterunt, vitam beatam ſunt conſecuti; *qui verò deſeruerunt Deum per ſuperbiam, æternis ſunt mancipati tormentis.* Sicque nos quoque juſto judicio damnari univerſi poteramus, damnatique fuiſſemus, ſi in hoc Deus juſtitiæ ſuæ rationem fuiſſet ſecutus. At voluit ille nos altiori conſilio ſapientiæ bonitatiſque ſuæ liberare, parteque humani generis in damnatione relictâ, partem ad ſalutem & conſortium angelicum reducere. In quo proficiendo, ſi voluiſſet *potentiâ ſola uti*, deturbando diabolum de ſuo principatu, quis ei dicere potuiſſet, quare ſic faceret? Hoc enim feciſſet præter leges conſtitutas in rebus, ſupraque naturalem ordinem, cui ſubjici non poterat. Sed noluit à *juſtitiæ ratione diſcedere,*

Vide Proſp. contra collat. cap. 22.

2. Petri. 2. Iudas in ep.

Aug. li. 3 de Trinit. cap. 13. Leo ſerm. 14. de paſſ.

diſcedere, quæ in eo fulget, quod noluerit peccata hominum prorſus impunita relinqui, ſed juſtitiæ ſatisfieri, pretio condigno oblato.

Quia igitur meriti eramus mortem, Filius Dei, Deus ipſe mortem noſtri cauſa ſuſcepit. Vt quemadmodum D. Ambroſ. ait, *quia non queunt Divina decreta ſolui, perſona magis quàm ſententia mutaretur*. Lex enim naturæ primò requirit obſervationem ſui, quâ in obſervatione, juſtitia eſt: ſin violetur, exigit pœnam, quam tranſgredientibus comminatur, atque in eo quoque juſtitia eſt, vt pro meritis quiſque ſuis puniatur; aut ſi legiſlatoris ſingulari diſpenſatione fiat, ut is qui peccavit, non luat ſupplicium, ſaltem alius pro eo ſatisfaciat, & pœnas, quas ille merebatur, expendat. Et quia innocentem pro nocente ad pœnam trahi, injuſtum erat, idcirco Deus ipſe homo factus eſt, ut pati pro nobis poſſet: iſtoque modo judex ipſe cauſam reorum in ſe ſuſcepit. Ita nec violata juſtitia eſt, damnatione inſontis, quia judex ipſe pati pro reo dignatus eſt: & eſt juſtitiæ cumulatè ſatisfactum, quæ pœnam pro peccato requirebat.

Lib. 4. in Luc. ca. 24.

Crucis autem mortem & corporis vulnerationem elegit Chriſtus, præ aliis mortis generibus, tanquam magis convenientia noſtræ redemptioni. Primus enim Adam ſuperbâ & libidinoſâ extenſione manuum *ad arborem ſcientiæ boni & mali* vitiavit genus humanum: ſecundus Adam aſcendendo arborem ſtultitiæ, & manus in ea extendendo, idem ſanavit à ſuperbia, & libidine. Deinde diabolus, per lignum vicerat, & ex ligno *Chirographum ſcriptum* contra nos obtinebat; idem per lignum victus eſt, & illud Chirographum deletum, & in ſuam

Geneſ. 3.

Coloſſ. 2.

ſuam ignominiam *cruci affixum vidit*. 3. Meritò exaltatus eſt, quia ſe hoſtiam Deo ſuaviſſimi odoris exhibebat. Quæ autem Deo offeruntur, ſurſum extolluntur. 4. Meritò exaltatus eſt, qui alios profundo peccatorum demerſos ad ſe in altum tracturus erat; & ad quem, qui attrahi incipiunt, oculos fidei erigere, & gemitus emittere debet, ut à veneno antiqui ſerpentis ſanentur. *Ego*, inquit: *ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum* Et: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*, &c. 5. Conveniebat, ut confoderetur manus, pedes, & latus; qui affectus noſtros, greſſus & actus, timore ſui velut clavis, per paſſionis ſuæ meritum erat confixurus, ne in eis libido dominium obtineret.

Levit. 23. Ioan. 12. Ioan. 3. Pſal. 118.

6. Dictus eſt per Prophetam, *fons patens domui David, & habitatoribus Ieruſalem in ablutionem peccatorum*; Sic eum ergo pati oportebat, ut per ſanguinis effuſionem hoc ipſum pateſceret. 7. Ipſe eſt *altare holocauſti & thymiamatis, in cornibus & extremitatibus ſuis ſanguine aſperſum*, capite ſpineam coronam geſtans, manus pedeſque clavis confixus, quæ ſunt ejus extrema. 8. Eum, per quem omnes à diluvio venturi judicii liberarentur, ita mori conveniebat, ut velut vera Noë arca, oſtium in latere haberet, per quod in ſalutem intrarent omnes. 9. Denique qui Eccleſiam ſibi ſponſam ſociare cupiebat, ac ex ea vitæ filios generare, ita conveniebat eum obdormire & vulnerari, ut ex ejus latere mater viventium ſumi poſſet. Quæ univerſa licet prædicta, non congruiſſent, ſi Chriſtus vel ſtrangulatus in aëre, vel in aquis ſubmerſus, aut ſub terra defoſſus, vel decollatus exuſtúſve fuiſſet.

Zachar. 13. Levit. 16. Geneſ. 6. Geneſ. 2. Aug. li. 2. de ſymb. ad catechũ cap. 6.

At nec ullum talium ſuppliciorum corpus ejus decebat, quod videlicet, in ſignum unitatis integrum atque ſanctitatis ſuæ merito incorruptum manere debebat.

Hic igitur eſt illud noſtræ redemptionis pretium, de quo toties Scriptura: *Scientes*, inquit Petrus, *quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis*, &c. *ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti*, &c. Et Iſaias; *Pro eo quod laboravit anima ejus, juſtificabit ipſe multos, diſpertiam ei plurimos, & fortium dividet ſpolia*, &c. *Cornua*, ait Propheta, *in manibus ejus*, id eſt, *trophæum crucis*, interprete D. Auguſtino. *Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Erat enim vis in cruce maxima, ad diabolum è cordibus hominum deturbandum: ſed vis hæc abſcondita & tecta fuit crucis humilitate. Hinc omnes omnino gratiæ accipiuntur. *Haurietis*, ait Iſaias, *aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*, id eſt, ſpiritales gratias de vulneribus Chriſti. Hujus enim intuitu Pater, & fidem incredulis, & bonam voluntatem depravatis, ſuperbis humilitatem, immundis caſtitatem, charitatem invidis, rebellibus denique obedientiam, mira benignitate largitur. *Gloria noſtra caput & origo beatitudinis, libertas & corona, crux eſt*, inquit S. Chryſoſt.

1. Pet. 1.
Iſai. 53.
Abac. 3.
Lib. 8. de Civit. c. 32.
Iſai. 12.
Homili. 55. in Matth.

Ex hac morte & paſſione Domini, 1. Diſcit Chriſtianus, quàm ſit abominabile peccatum, pro quo debuit pati Filius Dei tam indigna, & veriſſimum eſſe quod de æterno igne impœnitentibus præparato, dixit Filius Dei. 2. Diſcit divinæ juſtitiæ conſtantiam, dum is ipſe pœnam ſubire mavult, quàm peccatum relinquere impunitum. Vnde juſtus Iob, *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non*

Iob. 9.

parceres

Digitized by Google

parceres diliquenti. Diſcit & redamare eum à quo ſic eſt amatus, ut pro ſalute ejus hæc pateretur Filius Dei. *Nimis* enim *durus eſt animus; qui ſi nolebat impendere amorem, nolit & rependere*, inquit S. Auguſt. Diſcit obedire & humiliari, cùm videt Filium Dei humiliatum & obedientem uſque ad mortem crucis. Deus humilis eſt, homóne ſuperbus erit? *Remedium elationis contuitus eſt Dominicæ crucis.* Diſcit & adverſa pati, cùm ille *paſſus ſit, nobis relinquens exemplũ ut ſequamur veſtigia ejus.* Quale exempluũ rogat Beda? *Tribulationum, non delitiarum; contumeliarũ, flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerũ, mortis.* De catech. rudib. cap. 4. Philip. 2. D. Auguſt. 1. Pet. 2. In illum locum Petri.

Diſcit quoque in eo ſperare, & ei ſanandum ſe præbere, qui uſque ad peccatorum ſupplicium ſe demiſit. Qui enim ſeipſum dat in mortem tam acerbam, tam ignominioſam, quid non dabit? Et ſi *Pater proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit?* Denique diſcere debet Chriſtianus, hæc & alia omnia ex paſſione & cruce Chriſti haberi, quia ideò Filius Dei mortuus eſt, ut nos juſtificaret, & ſalvaret. Unde Apoſtolus; *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti;* quæ ut ait D. Leo, *fons eſt omnium benedictionum, cauſa omnium gratiarum: per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.* Rom. 8. Galat. 5. Ser. 8. de paſſ.

Clamant hæretici; Chriſtus plenè ſatisfecit, & ſolvit omnia, quid ergo ampliùs à nobis requiritur? Audite Apoſtolum dicentem; *Adimpleo ea quæ deſunt preſſurarũ Chriſti in carne mea. Adimpleo. Quid? quæ deſunt. Cui deſunt? preſſurarum Chriſti. Et ubi deſunt? in carne mea. Numquid aliquid preſſurarum deerat in illo homine, quod factum eſt Verbum Dei, natũ ex Maria virgine?* Coloſſ. 1. Aug. in Pſalm. 86.

Digitized by Google

gine? Paſſus enim eſt, quicquid pati debuerat, ex ſua volũtate, non ex peccati neceſſitate: & videtur, quia omnia
Ioan. 19. *In cruce enim dixit; Conſummatum eſt. Et inclinato capite; emiſit ſpiritum. Quid eſt, Conſummatum eſt? Iam de menſura paſſionum nihil deeſt, quia omnia quæ de me dicta ſunt completa ſunt, tanquam ideò expectaret, ut complerentur, Ergo impleta erant paſſiones, ſed in capite: reſtabant adhuc Chriſti paſſiones in corpore. Vos autem eſtis corpus Chriſti & membra. In his ergo membris cùm eſſet Apoſtolus, dixit; Vt adimpleam quæ deſunt paſſio-*
1. Cor. 12. *num Chriſti in carne mea.* Ita Auguſt.

Mors Filij Dei eſt quidem verum, potens, & ſingulare remedium contra vulnus peccati originalis, & omnia quæcunque illi adjici poſſunt; ſuper multos tamen manet ira Dei, quia hujus mortis participes non ſunt. *Poculum quippe immortalitatis*
Artic. 1. falſo impoſito Auguſtin. ait D. Proſp. *quod confectum eſt de infirmitate noſtra, & virtute divina, habet quidem in ſe, ut omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.* Semel Chriſtus mortuus eſt: tamen *pro unoquoque tunc primùm moritur*, inquit S.
Cont. Iulia. lib. 6. ca. 5. Auguſt. *quando in ejus morte, quantalibet ætatis fuerit, baptizatur, id eſt, tunc ei proderit mors ejus qui fuit ſine peccato, quando in morte ejus baptizatus, mortuus etiam fuerit ipſe peccato, qui mortuus fuerat in peccato.* Opus ergo eſt, vt quod ſemel pro omnibus geſtum eſt, cuilibet ſigillatim communicetur, ſingulari circa vnumquemque operatione Spiritus ſancti.

MONI-

Digitized by Google

MONITVM LXVII.

Vnuſquiſque uxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, uxor autem timeat virum ſuum.

Epheſ. 6.

DE mutuo conjugum inter ſe officio, nobis ſermo erit. Primò de officio viri, qui *mulieris eſt caput*. Debet hic uxorem ſuam liberaliter & honorificè tractare; quâ in re meminiſſe oportet Evam ab Adamo ſociam appellatam eſſe, cùm inquit, *Mulier quam dediſti mihi ſociam*. Socia autem eſt viri, 1. in generatione prolis. 2. in ejuſdem educatione. 3. in re familiari adminiſtranda: ideoque ad mulierem etiam regimen pertinet, neque ancillæ loco haberi debet, ſed interim ſub viro, tanquam primario gubernatore hoc illi regimen eſt attributum; tum quòd vir ejus principium ſit, de quo ſumpta eſt; tum quòd naturâ præſtantior & ſapientior exiſtat. Ideò de latere viri facta eſt, ex coſta viri, *ut oſtenderetur* ait S. Auguſt. *quia in conſortium creabatur dilectionis; ne fortè ſi fuiſſet de capite facta, viro ad dominationem videretur præferenda; aut ſi de pedibus, ad ſervitutem ſubijcienda: quia, ſcilicet, viro, nec domina, nec ancilla eſt uxor, ſed ſocia. Ideo nec de capite, nec de pedibus, ſed de latere fuerat producenda, ut juxta ſe ponendam agnoſceret, quam de ſuo latere ſumptam didiciſſet.*

Epheſ. 5. 1. Cor. 11. Geneſ. 3. Geneſ. 2. De Civit. lib. 12. cap. 20. de bono conjug. c. 1. De Geneſ. cont. Manich. ca. 12. Ad liter. lib. 9. c. 13.

Decet præterea virum in alicujus rei honeſtæ

Digitized by Google

ſtudio ſemper occupatum eſſe; tum ne inerti otio langueſcat, à quo vitia ferè omnia fluxerunt: tum ut ea ſuppeditet, quæ ad familiam ſuſtentandam neceſſaria ſunt; debet enim *vir uxorem*, ut Paulus ait, *nutrire atque fovere*, præbens ei, ſcilicet, victum & amictum, & ea quæ ſunt neceſſaria. *Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus.*

Epheſ. 5.

Deinde debet diligere uxorem ſuam, non turpi amore; *Nihil enim*, inq. S. Hieron. *fœdius, quàm uxorē amare, quaſi adulteram: ſapiens vir judicio debet amare conjugem, non affectu, ſed ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam*, id eſt, amore ſpirituali, ad pietatem, ad ſalutem. Debent itaque eas pios mores edocere, ſicut ait Apoſtolus; *Si quid mulieres diſcere volunt, domi viros ſuos interrogent. Debent eis praire ad Dominum, ſeq; illis præbere imitandos in ſanctitate atque pietate, ut vir gloriam de fœmina habeat, ut loquitur Apoſt. ſicut ipſe eſt gloria Dei, cùm ejus ſapientiam ſequitur.*

Lib. 1. in Iovinian.

1. Cor. 14.
Aug de catech. rudib. cap. 12.
1. Cor. 11.

Docet Chryſ. uxorem malam non ſtatim ejiciendam, ſed corrigendam lenitate. *Audacia enim*, inquit, *non ſolvitur audacia, ſed lenitate.* Quod ſi non corrigitur, imitandum exemplum Philoſophi, qui propterea ſe malam uxorē ſuſtinere, imò duxiſſe dicebat, ut domi haberet gymnaſium, & palæſtram Philoſophiæ. *Ero enim*, inquit, *cæteris mitior, ſe in ea quoque erudiar.* Ita Chryſoſt. oratio. 26. in 1. ad Corinth.

Epheſ. 5.

Vxor autem ſubjecta debet eſſe atque obediens viro ſuo, *ſicut Domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus caput Eccleſiæ, ipſe Salvator corporis ejus. Et ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Unde etiā D. Petrus; *Mulieres ſub-*

dit*æ*

ditæ ſint viris. Maritum habere dominum meruit mulieris non natura, ſed culpa. Quod tamen niſi ſervetur, depravabitur amplius natura, & augebitur culpa, inquit ſanctus Auguſtinus. Hæc ſubjectio ante peccatum fuiſſet ſuaviſſima, & plena dilectionis, nunc moleſta & oneroſa. Sicut antè, partus citra dolorem, & geſtatio citra faſtidium ac moleſtiam, ſed peccato factum eſt, ut utrumque haberet gravem pœnam adhærentem. Vir ſpecialiter dicitur *Imago Dei*, quia Dei eſt, præeſſe univerſæ creaturæ; ita & viri eſt præeſſe, &c. ut Divus Auguſtinus. De Geneſ. ad lit. li. 11. cap. 27. 1. Cor. 11. Ibidem de catechiz.

Debet quoque *mulier timere virum*, id eſt, revereri, eique meritò honorem deferre. *Sic aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, ornabant ſe ſubjectæ propriis viris; ſicut Sara Abrahæ obediebat, Dominũ eũ vocãs.* Quod intuens S. Ignatius, *Mulieres*, inq. *honorificēt viros ſuos, & nõ audeat proprio nomine eos vocare.* Epheſ. 5. 1. Per. 3. Ad Antioc.

Debet etiam mulier, ut Apoſtolus ait, *Materfamilias eſſe*, id eſt; regere familiam, & gubernare domum ſuam; ſicut Raguel Saram uxorem Tobiæ junioris docebat: Domi igitur libenter ſe continere debet, ejuſque præcipuum ſit ſtudium, filios in religionis cultu educare, res domeſticas diligenter curare, &c. ut nihil mali ex otio admittat, ſed in Dei timore permaneat. Sic alibi dicit Paulus; *Domus curam habentes.* 1. Tim 5. Tob. 10. Tit. 2.

Docuit etiam Raguel filiam *honorare ſaceros* Quod optimè præſtitit Monica Auguſt. mater, quæ ſocrum ſuam primò ſuſurriis malarum ancillarum adverſus ſe irritatam, ſic vicit obſequiis perſeverans tolerantia & manſuetudine, ut illa ultrò filio ſuo medias linguas famularum proderet, quibus inter ſe & nurum pax domeſtica turbabatur, expeteret- Tob. 10.

que vindictã. Itaque poſteaquam ille & matri obtemperans & curans familiæ diſciplinam, & cõcordiæ ſuorũ conſulens, proditas ad prodentis arbitrium verberibus coërcuit, promiſit illa, *talia de ſe præmia ſperare deberi, quæcunq; de ſua nuru ſibi quo placeret, mali aliquid loqueretur*; nullaq; jam audẽte memorabili inter ſe benevolẽtiæ ſuavitate vixerũt. Sic Aug. in Conf. li. 9. c. 9.

2. Tim. 2. Tametſi autem non permittatur mulieri docere, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio, ob duas rationes. 1. Quia vir eſt prior creatione. 2. Quia mentis vigore antecellit. *Adam*, inq. Apoſt. *primus formatus eſt, deinde Eva: & Adam nõ eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricationem fuit.*

Ibid. 2. Pet. 3. Aug. de Civit. li. 10. cap. 11.

Debet nihilominus viro ſuo caſtâ ac piâ ſuâ converſatione exemplum præbere: ut etiamſi impius ſit, conſideratione caſtitatis & pietatis lucrifiat.

Debet virum ſuum obſecrando blandè monere, non dum iratus aut ebrius eſt, ſed more prudentiſſimæ Abigail, & ſanctiſſimæ Monicæ, dum eſt oportunum. Illa monuit maritum non ebrium, ſed *mane cum digeſſiſſet vinum*; hæc verò ut Auguſt. ejus filius refert, *noverat non reſiſtere irato viro, non tantùm facto, ſed ne verbo quidem: jam verò refracto & quieto, cùm oportunum videbatur, rationem facti ſui reddebat, ſi fortè ille inconſideratius commotus fuiſſet. Erat verò ille ſicut benevolẽtia præcipuus, ita ira ſervidus.* An cõjuges in omnibus ſint pares? Unũ quiddam eſt, in quo jure pares ſunt, in reliquis impares, pluſque vir autoritate & poteſtate valet. Pares ſunt in eo, in quo efficiuntur una caro, ſive in reddendo atq; exigendo debito. Nã uterq; & exigere pari poteſt jure, & reddere petenti pari jure debet. Unde Paulus *Mulier corporis ſui poteſtatẽ non habet, neque vir; ſed uterque alterius.* Idcirco & S. Chryſ. *in hoc maritali negotio vtrumq; alterius & ſervũ*

Lib. 9. cõf. cap. 9.

1. Cor 7.

In cap. 7. 1. ad Cor.

& dominum eſſe dicit. Hinc & Sara juſſit Abrahæ, ut ex ancilla ſibi filios generaret, nō *inordinata ſuperbia, ſed quia corporis mariti poteſtatē haberet*, inq. S. Aug. Unde & Ariſtoteles in Metaphyſicis, de modis habendi agens, eum dicit eſſe impropriiſſimum, quo quis habet uxorem. Qui enim ſic habet, etiam ipſe habetur. Et ut hæc ſignificaretur æqualitas, *nō de pedibus, nec de capite, ſed de latere facta eſt*, ut ſuprà. In reliquis autē rebus vir caput eſt mulieris, id eſt, moderator & rector, cui parendum ſit, ut ſæpè Apoſt. & D. Ignatius, ut ſuprà. Geneſ. 16. Cont. Fauſt. li. 22. ca. 31. Epheſ. 5.

Eſt tamen hîc etiam ad ſexum proportionata quædam æqualitas; Mulier enim in adminiſtratione rei familiaris haberi debet, non ancillæ loco, ſed ut domina domus; pro ratione ſexus tamen, quem ſexū ob imperfectionem decet virili eſſe ſubditum. Hinc Petrus admonēs viros ſuis uxoribus tanquam ſervis abuti nō debere; *Viri*, inq. *ſimiliter cohabitantes ſecundū ſcientiā, quaſi infirmiori vaſculo impartiētes honorē, tanquā & cohæredibus gratiæ*. Quocirca & in 12. tabulis hoc intelligitur eſſe damnandum, quòd vxores ancillas facerent quarū legum authoritatem ſecuta gentilitas, tantò liberiùs in miſeras conjuges ſæviebant. Qua de re eſt locus elegans in Conf. D. Aug. ubi agit de Monicæ erga virum patientia. *Cū enim Matronæ multæ, quarum viri māſuetiores erāt, plagarū veſtigia etiā dehoneſtatâ facie gererēt, inter amica colloquia illæ arguebāt maritorū vitā, hæc earū linguā: veluti per jocū graviter admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocātur, recitari audiſsēt tānquā inſtrumēta, quibus ancillæ factæ eſſēt, deputare debuiſſēt: proinde memores cōditionis, ſuperbire adverſus dominos nō oportere. Cūq; mirarētur illæ, ſciētes quā ferocem cōjugē ſuſtineret, nunquā fuiſſe auditū, aut aliquo indicio claruiſſe, quòd Patricius ceciderit uxorē, aut quòd à ſe* 1. Pet. 3. Lib. 9. c. 9.

invicem

vicem vel unum diem domeſticâ lite diſſenſerint & cauſā familiariter quærerent, docebat illa inſtitutum ſuum, quod ſuprà memoravi. Quæ obſervabant, expertæ gratulabantur; quæ non obſervabant. ſubjectæ vexabantur.

Ad matrimonii etiam depravationem pertinebat, quod de Gallis ſcribit Cæſar, *Eorum in moribus fuiſſe, ut viri in uxores, ſicuti & in liberos, vitæ neciſq; haberent poteſtatem.* Et addit; *Cùm paterfamilias illuſtriore loco deceſſiſſet, ejus propinquos convenire ſolitos, & de morte, ſi res in ſuſpicionem venit, de uxoribus ſervilem in modum quæſtionem habere, & ſi compertum eſſet, igni atq; omnibus tormentis excruciatas interficere.* Mitius erat illud inter Germanos quod refert Tacitus; *Pœna*, inquit, *adulteriorum & maritis permiſſa, acciſis crinibus, nudatam coràm propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.*

Lib. 6. de bello Gallico.

In Hiſtoria.

Sed unde hæc æqualitas & inæqualitas? Ex prima ante lapſum inſtitutione manavit, ſed utraque tunc fuiſſet cum ſumma felicitate conjuncta. Nam ob debitum uxorium nullæ moleſtiæ, nullæ rixæ, ſemperque id ex ratione, non ex libidine, concordiſſima voluntas: in re quoque domeſtica, jucunda & tranquilla omnia, cùm & viro mite imperium, & mulieri ſuavis obedientia fuiſſet. Ac merito peccati dictum eſt mulieri; *Sub viri poteſtate eris*: id quod ad ſervilem quandam ejus coërtionem pertinet, maleſtamque & duram ſubjectionem, quæ in pœnam peccati poſt primæ inobedientiæ lapſum ſecuta, quod expreſſit Prudentius, in hymno ante cibum:

Geneſ. 3.

Conſcia culpa Deum pavitans
Sede piâ procul exigitur:
Innuba fœmina quæ fuerat

Digitized by Google

Conjugis excipit imperium.
Fœdera triſtia juſſa pati.

A natura etiam Matrimonii aliena eſt Poligamia. Patet ex verbis Domini; *Erunt duo in carne una*, ubi planum fit Matrimonium ita à Deo inſtitutum eſſe, ut duorum tantum, non plurium conjunctione definiretur. Quod Chriſtus etiam docuit in Evang. Et ratio ſuffragatur; ſi enim abſurdum eſt, ut uni mulieri plures viri copulentur, etiam abſurdum erit ſi uni viro multæ uxores, cùm in hac cauſa ſint pares. Atque eſt hujus argumenti vis in ratione juſtitiæ ſita, atque ideò in lege naturæ conſtituta, quam expreſſit Apoſt. *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier*, &c. Sicut igitur mulier viro injuriam faceret, ſi alium virum ſuperinduceret, ita vir ſi aliam uxorem; cùm neuter habeat ſui corporis poteſtatem, ſed ille cui ſe primò tradidit.

Geneſ. 2. Matth. 19. Marc. 10. 1. Cor. 7.

Imò in veteri teſtamento nulli unquam licuit ſimul plures habere uxores niſi cui fuit divina revelatione conceſſum, inquit Innoc. tametſi enim lex de unitate uxoris naturalis ſit & divina, ejuſmodi tamen eſt, ut in ea à Deo diſpenſari potuerit quando voluit. Cauſa diſpenſandi fuit, Prophetica futurorum prænuntiatio. In aliis fuit toleratum, non cōceſſum. Etiam apud Gentiles notati infamia duas habentes uxores. Et iſta obſcœnitas ab hiſtoricis Romanis in barbaris deriſa; & in Romano Imp. id tentante improbata à Sueton. De Valentiniano Imp. id concedente, fabula eſt, ut Baro. Polygamia turbat domiſticam pacem (de quo Iuſt. hiſt. lib. 28.) rectam prolium educationem, &c.

Innoc. III. C. Gaudemus. tit. de divo. Innoc. I. ap. S. Nic. 1. in reſp. ad conſulta Bulgar. Chryſ. ho. 10. in Matth ho. 13. in ad Rom. l. 18. C. Ad leg. Iul. de adul. Saluſt. in bel. Iugur. Sueto. in C. Iul. ca. 52.

MONI

MONITVM LXVIII.

Puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

Matth. 8.

TRactandum hîc erit de mutuo dominorum & ſervorum officio erga ſe. Debent ſervi inprimis ſuis dominis timorem. Unde Paulus; *Ser-*
Epheſ. 5. *vi ſubditi eſtote dominis carnalibus cum timore & tremo-*
1. Pet. 2. *re.* Addit Petrus, *non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* Debent enim in illis Dominum cogitare.
Epheſ. 5. Unde Paulus; *Sicut Domino, & non hominibus. Non igitur quia Chriſtianus factus es, dedigneris ſervire,* inquit
In Pſal. 124. S. Auguſt. *Cùm enim Chriſto jubente ſervis homini, non ei ſervis, ſed illi qui juſſit.* Proinde ſi quid à terreno Domino præcipitur, quod fieri poſſit citra offenſionem Domini ſuperioris, hoc tanquam ab ipſo ſupremo Domino imperatum accipiunt. Quo fit, ut neque id ſegniter, neque gravatim; ſed promptè libenterque effectum reddant, *ut ſe in corde,* ait
In Pſal. 70. D. Auguſt. *faciant liberos, libenter ſerviendo.*

Secundò ergo debent illis ſinceram obedientiam. Solent enim ſervi ferè muſſitare, & contradicere imperio dominorum; quod prohibet Apo-
Tit. 2. ſtolus; *Non contradicentes. Vbi Titum admonet,* inquit,
In illum locum. Apoſt. D. Hieron. *ut per doctrinam ſanam à ſervis Chriſtianis hujuſmodi auferat paſſionem. Si enim quæ dominus imperat, neceſſe habet ſervus implere; cur hoc ipſum non cùm bonâ voluntate faciat, ſed & dominum offendat, & tan-*

dem

dem faciat quod jubetur: maximè cùm & Dominus ad aquas contradictionis offenſus ſit. Deinde ſervi non ſolent exequi imperium domini, niſi cùm ille viderit; eo autem abſente, ſive dum non eſt inquiſiturus, otiari, & mandata negligere, quod Apoſtolus vocat *ad oculum ſervire.* Boni autem ſervi ſemper officium ſuum faciunt, ſive præſens, ſive abſens ſit Dominus; non ignari Dominum ſe habere in cælo, cujus animadverſionem & conſpectum nulli effugere queant. Num er. 20. Epheſ. 6.

Tertiò, debent dominis fidelitatem. Familiaria vitia ſervorum ſunt furta & mendacia. Unde Apoſtolus; *Non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes.* Lacæna quædam cùm venderetur, rogata quid ſciret; fidelis eſſe, reſpondit. Denique ſolent ſervi ægrè ferre ſervitutem, ſibique ipſis diſplicere ſuper conditione ſuâ, quaſi ſententia domini iniqua ſit. Contra quos Apoſtolus; *Vt ſint ſibi placentes,* id eſt, ſint ſuâ ſorte contenti, *quod unuſquiſque quodcunque fecerit bonum, recipiet à Domino, ſive ſervus ſit, ſive liber.* Imò oſtendit multis utiliorem eſſe ſervitutem libertate. *Servus vocatus es?* inquit, *non ſit tibi curæ; ſed etſi potes fieri liber, magis utere,* videlicet, *ſervitute,* ait D. Chryſoſt. *Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini.* Habent ſervi quos ſibi imitandos proponant; pudicum imprimis Ioſeph & fidelem, de quo ſcribit Moyſes, quòd creditis omnibus ei, nihil noverat dominus ejus, niſi panem quo veſcebatur: ipſum etiam Patriarcham Jacob, qui diutiſſimè & fideliſſimè ſervivit Laban. Tit. 3. 1. Cor. 7. In illu locum Pauli. Geneſ. 39.

Sed nónne dicit Apoſtolus, *Nolite fieri ſervi hominum?* Ita. Sed vetat ibi ad hominis tantùm, non Dei 1. Cor. 7.

Dei reſpicere voluntatem, atque ita ad nutum hominis carnalis ſe accommodare, ut ſuperiorem ſe dominum, cui potiſſimùm ſerviendum ſit, habere non cogitent. Ex quo vitioſè facta multa naſcuntur. Primùm, quòd ad oculum ſerviat; ſi ſperet forte clàm, redit ad ingenium. Eum enim *timor humanus* bonum facit, *non diuturnus* (ut ille ait) *magiſter officii*. Deinde quòd gravatè, animoque reluctante faciet multa, mercedem laboris nullam exſpectans. Poſtremò, qualecunque imperium Domini ſuſcipiet, & exequetur, etſi id erit inhoneſtum, Divinæque voluntati contrarium.

Viciſſim autem debet Dominus ſervo eſſe benevolus, & æquanimis, magiſque ſe amabilem exhibere, quàm terribilem; propenſiorem ad beneficia exhibenda, quàm ad infligenda verbera: ſicut
Epheſ. 6. hortatur Apoſtolus; *Et vos domini*, inquit, *eadem facite illis*, videlicet, quod æquum & juſtum eſt, *remittentes minas, ſcientes, quòd & illorum & veſter Dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum* Prudens autem dominus, prout varii ſunt ſervi, ita
Eccleſ. 7. vario modo eos tractabit. Sicut ait Sapiens; *Non lædas ſervum in veritate operantem. Servus ſenſatus ſit*
Ibi. 33. *tibi dilectus, tanquam anima tua*, &c. At de malo: *Panis, diſciplina, & opus ſervo. Servo malevolo tortura; & compedes: mitte illùm in operationem, ſi non obaudierit,*
De civit. *curva illũ compedibus*, &c. *Si quis*, ait Auguſt. *malus &*
l. 19. ca. 16. *inobediens ſit, corripitur ſeu verbo, ſeu verbere, ſeu alio pœnæ genere, juſto & licito. Pertinet enim ad innocentis officium, non ſolùm nemini malum inferre, ſed & cohibere à peccato, vel punire peccatum.*

2. Tim. 5. Debet etiam Dominus potiſſimùm curare, ut ſervi ſint ſanæ fidei & vitæ bonæ. *Qui enim ſuorum,*

&

& maximè domeſticorum curã non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior. Curam vocat providentiam, tam quæ eſt circa corpus, quàm quæ eſt circa animam. Negatio autem fidei pertinet propriè ad apertam Dei blaſphemiam vel ea facta, ex quibus Deus blaſphematur, & ab eo, veraque fide homines avertuntur: ut ſi quis inter gentiles conſtitutus, parentes, filios, aut domeſticos negligeret, mox id in Chriſtianam religionem reijceretur. Quia igitur hoc, ſimiliaque ad abnegationem fidei invitent, meritò vocantur negationes fidei. *Et eſt infideli deterior*, in hac, ſcilicet, re, quia infidelis naturalem habet affectum erga ſuos, & in hoc legem naturæ non violat; item infidelis, etſi peccet, neſcius peccat, fidelis ſciens; *Servus autem ſciens voluntatẽ domini ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis.* Confidenter dicebat ille bonus Paterfamilias; *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam; ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.* Et pater Abraham, omnes viros domus ſuæ tam vernaculos quàm emptitios & alienigenas, ſecum tanquam unius religionis & fidei, pariter eodem die circuncidit; præcipiebatque domui ſuæ, ut cuſtodiret viam Domini.

Lucæ. 12.
Pſal. 100.
Geneſ. 17.
Geneſ. 18.

Qui veri patresfamilias ſunt, inquit S. Auguſt. *omnibus in familia ſua tanquam filiis ad colendum & promerendum Deum, conſulunt, deſiderantes venire ad cœleſtem domum, ubi imperandi neceſſarium non ſit officium: quò donec veniatur, magis debent patres quòd dominantur, quã ſervi tolerare, quòd ſerviunt.* Et rurſum, *In domo juſti etiã qui imperant, ei ſerviunt, quibus videntur imperare: quia non dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi; nec principandi ſuperbiâ, ſed providendi beneficen-*

De civit. li. 19. ca. 16.
Apud. Proſp. ſent. 163.

Digitized by Google

tiâ. Abſit à dominis ea ratio dominandi, de qua dicitur, *Reges gentium dominantur eorum*, &, *Non dominantes in cleris.* Sic enim dominatur, qui ex præfectura ſuam privatam gloriam, & commoda quærunt, non ſubditorum utilitati conſulunt.

Matth. 20. 1. Pet. 5.

In Paſtor. parte. 2. cap. 6.

Homo, inquit D. Gregorius, *brutis naturâ prælatus eſt, non hominibus, & idcirco ei dicitur ut non ab hominibus, ſed animalibus timeatur, quia contra naturam ſuperbire eſt ab æquali velle timeri. Et tamen neceſſe eſt, ut rectores à ſubditis timeantur, quando ab eis Deum minimè timeri deprehendunt, ut humanâ ſaltem formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant. In eo quod metum ſibi à perveſe viventibus exigunt, quaſi non hominibus, ſed animalibus dominantur. Quia videlicet, qua parte beſtiales ſunt ſubditi, ex ea debeant etiam formidini ſubjacere proſtrati.* Ita Gregorius.

Audi Poëtam gentilem;

Nihil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt, &c. Et rurſum;
Ergo miſer trepidas ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici,
Ne perfuſa luto ſit porticus. ———
Illud non agitas ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, vitioq; carentem?

Iuvenal. Sat. 14.

Vult Poëta patres familias ita domum ſuam curare, ut liberi nihil videant vel audiant, vel à parentibus ipſis, vel à famulis, & ancillis, quod eos poſſit offendere, ac bonis moribus nocumentum adferre. Sæpè grave damnum infert toti familiæ, unus ſervulus, vel ancillula malæ fidei vel exempli. *Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?* ait Apoſt. Et Poëta:

1. Cor. 5.

Iuvenal.

Grex

Digitized by Google

—— Grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit,& prurigine porci.
Vnaq; conſpectu livorem ducit ab una.

Natura rerum ſic habet, inquit Chryſoſt. *ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioratur, ſed ex malo bonus contaminatur.* Et Seneca, *Vnum exemplum avaritiæ aut luxuriæ multum mali facit. Reverà noxiæ ſunt amicitiæ*, inquit S. Baſil. *quæ cum malitia contrahuntur; nã ea eſt amicitiæ hujus lex & vis, ut per ſimilitudinem malitiam conjunctis inſerat. Quamobrem rectè proverbium dicit; Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Quemadmodum enim in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem corporibus morbum inficit; ſic item in prava conſuetudine & converſatione, maxima nobis mala hauriuntur, etiam ſi ſtatim incommodum non ſentiatur.* Citatus in Methodo Conf. Epiſt. 7. Hom. quòd Deus non ſit author malor.

MONITVM LXIX.

Miſericordiam volo, & non Sacrificium.

Matth. 9.

SAcrificium nullus hominum eſt qui audeat dicere deberi, niſi Deo ſoli: Multa quidem de cultu divino uſurpata ſunt, quæ honoribus defe- Aug. de civit. Dei. lib. 10. cap. 4

runtur humanis: ſive humilitate nimiâ, ſive adulatione peſtiferâ: ita tamen, ut quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: ſi autem eis multum additur, & adorandi. Quis verò ſacrificandum cenſuit; niſi ei quem Deum aut ſcivit, aut putavit, aut finxit? *Quàm porrò antiquus ſit in ſacrificando Dei cultus, duo illi fratres, Cain & Abel, ſatis indicant, quorum majoris Deus reprobavit Sacrificium, minoris aſpexit.* Quis autem ita deſipiat, ut exiſtimet aliquibus uſibus Dei eſſe neceſſaria, quæ in Sacrificiis offeruntur? Quod cùm multis locis Divina Scriptura teſtetur, ne longum faciamus, breve illud de Pſalmo commemorare ſuffecerit: *Dixi Domino; Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Non ſolùm igitur peccore, vel qualibet aliâ re corruptibili atque terrenâ, ſed ne ipſâ quidem juſtitiâ hominis Deum egere credendum eſt, totumque quo rectè colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo. Neque enim fonti ſe quiſquam dixerit profuiſſe ſi biberit, aut luci ſi viderit. Nec quod ab antiquis patribus talia Sacrificia facta ſunt, in victimis pecorum, quæ nunc Dei populus legitimè non facit, aliud intelligendum eſt, niſi rebus illis eas res fuiſſe ſignificatas, quæ aguntur in nobis, ad hoc ut inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximo conſulamus.

Geneſ. 4.

De civi. eodem li. c. 5.

Pſal. 15.

Sacrificium ergo viſibile, inviſibilis Sacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt. Vnde ille pœnitens apud Prophetam, vel ipſe Propheta quærens Deum peccatis ſuis habere propitium: *Si voluiſſes*, inquit, *Sacrificium dediſſem: utique holocauſtis nō delectaberis. Sacrificium Deo, ſcriptus contribulatus;* cor

Pſal. 50.

cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Intueamur quemadmodum ubi Deum dixit nolle Sacrificium, ibi Deum oſtendit velle Sacrificium. Non vult ergo Sacrificium trucidati pecoris, ſed vult Sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc ſignificatur, quod eum velle ſubjecit. Sic itaque illa Deum nolle dixit, quomodo ab ſtultis ea velle creditur, velut ſuæ gratia voluptatis. Nam ſi ea Sacrificia quæ vult, quorum hoc unum eſt, cor contritum & humiliatum dolore pœnitendi, nollet eis ſacrificiis ſignificari, quæ velut ſibi delectabilia, deſiderare putatus eſt, non utique de his offerendis in lege veteri præcepiſſet: & ideò mutanda erant opportuno certoque jam tempore, ne ipſi Deo deſiderabilia, vel certè in nobis delectabilia, ac non potiùs quæ his ſignificata ſunt, crederentur.

Hinc & alio loco Pſalmi alterius; *Si eſuriero*, inquit, *non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* Tanquam diceret; Vtique ſi mihi neceſſaria eſſent, non à te peterem, quæ habeo in poteſtate. Deinde ſubjungens quid illa ſignificent: *Immola*, inquit, *Deo Sacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis & eximam te, & glorificabis me.* Item apud alium Prophetam, *Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelſo? Nunquid offeram ei holocautomata, & vitulos anniculos? Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei*

Pſal. 49.

Michææ. 6.

Digitized by Google

pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te; Vtique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo.

Et in hujus Prophetæ verbis utrumque diſtinctum eſt, ſatiſque declaratum, illa Sacrificia non requirere Deum: quibus ſignificantur hæc ſacrificia, quæ requirit Deus. In epiſtola ad Hebræos, *Benefacere*, inquit, *& communicatores eſſe nolite oblivisci: talibus enim hoſtiis placatur Deus.* Ac per hoc ubi ſcriptum eſt, *Miſericordiam magis volo, quàm Sacrificium*; nihil aliud quàm Sacrifio Sacrificium prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ad hominibus appellatur Sacrificium, ſignum eſt veri Sacrificij. Porrò autem miſericordia verum Sacrificium eſt; unde dictum eſt, quod paulò antè commemoraravi; *Talibus enim hoſtiis placatur Deus.* Quæcunque igitur in miniſterio tabernaculi ſive templi multis modis de Sacrificiis leguntur eſſe præcepta, ad dilectionem Dei & proximi ſignificandam referuntur. *In his enim duobus præceptis, ut ſcriptum eſt, tota lex pendet & prophetæ.* Vnde pulchrè D. Auguſt. in Ser. de laudibus charitatis; *Ille tenet & quod patet, & quod latet in divinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.*

Heb. 13. Oseæ. 6. Heb. 13. Matth. 22. In Serm. de laudib. charit.

Proinde verum ſacrificium eſt, omne opus, quod agitur, ut ſanctâ ſocietate inhæreamus Deo; relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſimus. Vnde & ipſa miſericordia, quâ homini ſubvenitur, ſi propter Deum non fit, non eſt ſacrificium. Etſi enim ab homine fit, vel offertur, tamen ſacrificium res divina eſt: ita ut hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellaverint.

De Civit. ibid. cap. 6. lib. 10.

Vnde

Vnde ipſe homo Dei nomini conſecratus, & Deo devotus, in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, ſacrificium eſt. Nam & hoc ad miſericordiam pertinet, quam quiſque in ſeipſum facit. Propterea ſcriptum eſt; *Miſere animæ tuæ placens Deo.* Corpus etiam noſtrum, cùm per temperantiam caſtigamus, ſi hoc quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut *non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma juſtitiæ Deo*, ſacrificium eſt. Ad quod exhortans Apoſtolus ait; *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctã, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Si ergo corpus, quo inferiore, tanquam famulo, vel tanquam inſtrumento, utitur anima, cùm ejus bonus & rectus uſus ad Deum refertur, ſacrificium eſt; quanto magis anima ipſa cùm ſe refert ad Deum, ut igne amoris ejus accenſa, formam concupiſcentiæ ſæcularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ ſubdita, reformetur: hinc ei placens, quod ex ejus pluchritudine acceperit, fit ſacrificium. Quod idem Apoſtolus conſequenter adjungens. *Et nolite*, inquit, *conformari huic ſæculo, ſed reformamini in novitate mentis veſtræ, ad probandum, quæ ſit volũtas Dei, quod bonũ, & beneplacitũ, & perfectũ.* Hoc enim eſt renovatũ eſſe, probare voluntatem Dei, & quæ ei placent. Voluntas enim Dei eſt in præceptis ejus & conſiliis.

Ecclеſ. 30. Rom. 6. Rom. 12. Rom. ibid.

Cùm igitur vera ſacrificia opera ſint miſericordiæ, ſive in nos ipſos, ſive in proximos, quæ referuntur ad Deum: opera verò miſericordiæ non ob aliud fiant, niſi ut à miſeria liberemur, ac per hoc ut beati ſimus: quod non fit niſi à bono illo, de quo dictum eſt; *Mihi au-*

De Civit. ibid. Pſal. 72.

tem adhærere Deo bonum eſt: profectò efficitur ut tota ipſa redempta civitas, hoc eſt, congregatio ſocietaſque Sanctorum, vniverſale ſacrificium offeratur Deo per ſacerdotem magnum, qui etiam ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis, ut tanti capitis corpus eſſemus ſecundum formam ſervi. Hanc enim obtulit, in hac oblatus eſt, quia ſecundùm hanc mediator eſt; in hac Sacerdos, in hac Sacrificium eſt.

Cùm itaque nos hortatus eſſet Apoſtolus, *ut exhibeamus corpora noſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo*
Rom. 12. *placentem, rationabile obſequium noſtrum, & non conformemur huic ſæculo, ſed reformemur in novitate mentis noſtræ; ad probandum quæ ſit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum, quod totum Sacrificium, nos-ipſi ſumus. Dico enim,* inquit, *per gratiam Dei, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt in vobis, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; ſicut unicuique Deus partitus eſt menſuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eoſdem actus habent; ita multi unum corpus ſumus in Chriſto; ſinguli autem alter alterius membra, habentes dona diverſa, ſecundùm gratiam quæ data eſt nobis.* Hoc eſt Sacrificium Chriſtianorum, multi unum corpus ſumus in Chriſto: quod etiam Sacramento Altaris fidelibus noto frequentat Eccleſia, ubi ei demonſtratur, quòd in ea oblatione quam offert ipſa offeratur. Hactenus Auguſtinus.

MONI-

MONITVM LXX.

Hoc eſt primum & maximum mandatum.

Matth. 22.

PRæceptum de dilectione Dei & proximi, dicitur primum & maximum mandatum; Ex duabus potiſſimùm cauſis. Prima eſt, quòd ſit generale, reliqua omnia in ſe ſummatim complectens. *Non concupiſces, vox legis eſt*, inquit Divus Auguſtinus, *ab omni peccato prohibentis.* Prohibetur enim ne quid fiat aut deſideretur contra Dei beneplacitum. Sic præceptum *Diliges*, exigit, ut omne illud faciat homo, quod Deo gratum & acceptum eſt. *Qui diligit me, ſermonem meum ſervabit*, inquit. Qui ergo diligit, non occidet, non mœchabitur, non furabitur, non periurabit, &c. ſed hiſce peccatis virtutes contrarias omninò exercere ſtudebit. Hinc Dominus in Deuteron. *Et nunc Iſrael audi, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas & diligas eum?* Quid? nónne etiam petit, ut quis verum iuret, feſta ſanctificet, honorèt parentes, caſtitatem ſervet, juſtitiam exerceat, & miſericordiam? &c. hæc omnia præcepto dilectionis includuntur. Unde & Divus Auguſtinus in Ioan. *Semel ergo breve præceptum tibi præcipitur; Dilige, & quod vis fac. Dilectio enim malum non operatur*, inquit Paulus. &, *Qui natus eſt ex Deo, non peccat.* ait Ioannes. Imò, *Qui diligit, legem implevit*, inq. Apoſt.

De ſpir. & lit cap. 4.

Ioan. 14.

Deut. 10.

Tract. 7. in Canon. Ioan.

Rom. 13.

1. Ioan. 3.

Rom. 15.

Sed dices, Nónne etiam homo juſtus, qui diligit peccat? Variè accipi poteſt dictum Ioannis. Primò, ut loquatur de prædeſtinato, qui non peccat, peccato videlicet ad mortem, id eſt, quod ad mortem uſque corporalem durat, de quo ibi loquitur Ioannes, Deo illum conſervante. Deinde, peccatum non facit, ſcilicet, grande, ſive mortale, *quod nos alienat à Deo, & conciliat diabolo*, ut Divus Baſilius, quandiu ſcilicet in Deo manet ejuſque dilectione. Denique ut S. Proſper: *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quia per legem mentis, id eſt, per charitatem, quæ Dei ſemen eſt, peccatum non facit. Charitas enim operit multitudinem peccatorũ, & ſine qua nullum prodeſt bonum, per quam deletur omne peccatum.*

In Moral. reg. 22. c. 1. Hieron. li. 2 in Ioan. In epiſt. ad Demetr. 1. Pet. 4.

Charitas non ſolùm opera indifferentia, ut ſunt comedere, ambulare, fodere, &c. ſed etiam quæ mala videntur, bona facit; v. g. dicit Chriſtus in Evangelio, *Omnis qui dixerit fratri ſuo, Fatue, reus erit gehennæ ignis:* tamen hoc dixit ipſemet Chriſtus, diſcipulis euntibus in Emmaus; *O ſtulti & tardi corde ad credendum.* Et ejus diſcipulus, Galatis, *O inſenſati Galatæ.* Sed utrumque profectum eſt ex charitate; ut videntes ſua vitia, confunderentur, & corrigerentur. Sicut pater filium, magiſter diſcipulum, Prælatus ſubditum vocat interdum fatuum, diſciplinæ cauſa. Sic exponere ſe periculo gravis morbi, aut mortis, malum eſt; verùm ſi id faciat quis ex charitate proximi, ut ei ſit ſolatio & auxilio in tribulatione & neceſſitate, jam virtus eſt. Sicut faciebant Chriſtiani, de quibus Euſeb. qui aliis peſte laborantibus ſuccurrentes, contagione mali extincti ſunt. Unde S. Cyprian. in Tract. de- Mortalitate

Matth. 5. Lucæ 24. Gal. 2. Exéplum. lib. 7. Hiſt. ca. 7. & 17.

Mortalitate dicit, *Illa lues temperat juſtitiam ſingulorũ & mentes examinat, an infirmis ſerviant ſani, an propinqui cognatos piè diligant, an miſereantur ſervorũ languẽtium domini, an deprecantes ægros non deſerant medici*, &c. De Mortal

Altera cauſa eſt, quòd Charitas reliqua præcepta perficiat, & conſummet. Hinc dicit Apoſtolus, *Finis præcepti eſt Charitas.* Finis, inquam, conſummans, perficiens. Hinc dicitur is, *qui diligit, legem implere.* Qui ſolùm opus facit, aliquid facit, totum non facit. Dicit Sanctus Auguſtinus: *Qui terrenorum adipiſcendorum amore, & amittendorum timore, Dei præcepta ſervant, non ſervant, ſed ſibi ſervare videntur. Non enim fides in eis per charitatem operatur, ſed terrena cupiditas, metuſq; carnalis. Non eſt autem fructus bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. Certè qui ſic præcepta facit, procul dubio invitus facit, ac per hoc in animo non facit; mavult enim omnino non facere, ſi ſecundùm ea quæ cupit & metuit permittatur impunè: ac per hoc in ipſa voluntate intus eſt reus, ubi ipſe, qui præcipit, inſpicit Deus.* 1. Tim. 1. Rom. 13. Cont. 2. epiſt. Pelag. lib. 3. ca. 4. De ſpir. & lit. cap. 14.

Similiter qui ſolo timore gehennæ rectè agit, nondum agit quemadmodum debet. *Audit homo, Noli fornicari, noli inebriari, timet gehennas, mallet non eſſe gehennas, in quas ebrioſi & fornicatores mitterentur. Quando autem incipit amare juſtitiam, niſi quando mallet, fornicationes & ebrietates non eſſe, etſi gehenna non eſſet, in quas ebrioſi & fornicatores mitterentur?* Bonum tamen eſt, ut ſi necdum amor juſtitiæ te à malo revocat, ſaltem timor gehennæ coërceat: *Si enim timendo diſcis non facere iniqua, diſces & amando non facere*, inquit Auguſt. Aug. in Pſal. 118. Conc. 11. De ſpir. & lit. cap. 31. De verb. Apoſt. ſer. 19. Ibidem.

In vera virtute, & in plena obſervatione mandatorum Dei, duo ſunt conſideranda; Officium & Finis. *Officium, quod faciendum; Finis vero, propter quod faciendum. Finibus autem, non officiis diſcernuntur à vitiis virtutes.* Poſſunt enim eadem habere officia, ut diſtribuere facultates in pauperes, tradere corpus ſuum ita ut quis ardeat. Si ex charitate fiant, virtutes ſunt; ſi ex mala cupiditate, vitia ſunt: atque ita fieri poſſe, docet Apoſtolus. *Sola ergo dilectio eſt*, inquit Sanctus Auguſtinus, *quæ diſcernit* inter virtutes & vitia, *inter filios Dei, & filios diaboli*; non fides, non baptiſmus, non opus bonum, &c. quæ etiam in malis eſſe poſſunt.

Cont. Iulia. lib. 4. ca. 3.

1. Cor. 13. Tract. 5. in. Canon. Ioan.

Præceptis Decalogi ſolùm exprimuntur officia, quæ etiam ab impiis & infidelibus, qui Deum ignorant, aut non colunt, præſtari poſſunt, prælucente quâdam ſcintillâ luminis naturalis, & amore recto ac honeſto impellente. Ut in Romanis, quorum virtutibus civilibus tributa dicit eſſe Divus Auguſtinus imperia, honores, gloriam: ſed ad ſublimia illa virtutum verarum præmia non aſſurgebant, quæ ſolùm dantur iis, quæ à charitate proficiſcuntur. *Sicut enim*, ait Divus Proſper, *non impediunt ab æterna vita juſtum quædam peccata, ſine quibus hæc vita non ducitur; ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè vita cujuſlibet peſſimi hominis invenitur.* Niſi intelligas opera bona, abſolutâ officii bonitate, & charitate formatâ, quomodo dicit Sanctus Auguſtinus *nullum eſſe opus bonum ante fidem*, quod videlicet homini proſit ad vitam æternam.

De civit. li. 5. ca. 25. Epiſt. 5. ad Marcel. Sent. 46.

In Pſal. 31.

In charitate, inquit Divus, Proſper, *eſt omnium ſumma*

De vocat.

Digitized by Google

ſumma donorum, & quædam cunctarum vitæ virtutum. Unde & Sanctus Leo, *nudas eſſe*, ait, *virtutes omnes ſine charitate, nec poſſe dici in qualibet morum excellentia fructuoſum, quod non charitatis partus ediderit.* Denique idem Proſper de vita contemplat. explicans Apoſtolum ubi de charitate loquitur: *Si linguis hominum loquar & angelorum*, &c. *Non ad hoc*, inquit, *iſta dicit Apoſtolus, quaſi aliqua bona ſine charitate habere aliqui nō poſſint; ſed quia nihil proſint habentibus, ſi à charitate defecerint. Non enim quid, ſed propter quid faciamus, in illa ultima examinatione quærendum eſt. Ipſa ergo habenda eſt, ipſa ſectanda, ſine qua nec eleëmoſynæ, nec occiſio corporis nec alia quævis bona perducunt ad ſalutē: quia qualibet actio bona vel paſſio, niſi ex fide, quæ per dilectionē operatur, extiterit, nobis prodeſſe non poterit.* Meritò ergo hortatur Apoſtolus Chriſtianos; *Omnia veſtra in charitate fiant*, id eſt, ſtudio placendi Deo & proximo ſubveniendi. Et Divus Leo; *Meminerit homo omnes affectus ſuos hac lege dirigendos, ut nec à cultu recedat Domini, nec ab utilitate conſervi.*

gent. lib. 2. cap. 11.
Ser. 10. de Quad.
1. Cor. 13.
De vir. cōt. lib. 3. c. 14.
Gal. 6.
1. Cor. 16.
Ser. 8. de jeju. 10. menſ.

MONITVM LXXI.

Propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem.

Hebr. 12.

BReviter nobis dicendum eſt, quid imago crucis, ſeu picta, ſeu ſculpta, eam intuentibus debeat

Vide Gretſerum de Cruce.

Digitized by Google

debeat ſuggerere. Primò, Crux ad imitationem crucifixi nos commonefacit & excitat. Unde Petrus; *Chriſto igitur paſſo in carne*, inquit, *& vos eadem cogitatione armamini*, id eſt, conſideratis Salvatoris noſtri cruciatibus, ad eoſdem vel ſimiles, pro Chriſti gloria fortiter ſubeundos, animum inducite. Eundem crucis fructum deſcribit Paulus; Cùm enim hortaretur Hebræos, ut *per patientiam currerent ad propoſitum certamen*, juſſit ut *aſpicerent in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contemptâ.*

1. Pet. 4.

Heb. 12.

Secundò, non ſolùm valet ad hoc, aſpectus crucifixi, ut Chriſto patienti nos conformemus, ſed ut in ipſa etiam cruce perſeveremus. Quod ibidem ſignificat Apoſtolus; *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris deficientes.* Quid quòd ipſe Chriſtus in cruce paſſus; præter cæteros fines, etiam hunc ſpectavit, ut patiendo imitaremur veſtigia ejus. Quia & *Chriſtus paſſus eſt pro nobis*, inquit Petrus, *vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. Exemplum*, ait V. Beda, *non delitiarum ſed tribulationum, laborum, contumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerum, mortis.*

Ibidem.

1. Pet. 2.

In illum locum Petri.

Tertiò, aſpectus crucifixi charitatem in animis hominum mirificè accendit. Quis enim tam ferreus ſit, qui tantum Chriſti in cruce pendentis erga nos amorem cogitans, toto pectore non redamet, charitatemque qualem qualem immenſæ illi charitati rependere non cupit? *Nimis durus eſt animus*, inquit Divus Auguſtinus *qui ſi nolebat impendere*

De catech. rud. cap. 4.

dere amorem, *nolit & rependere*. Quod verò in cruce potiſſimùm Dei charitas erga nos eluceſcat, docet etiam Apoſtolus, cùm ait; *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. Et Divus Auguſtinus: *Quomodo nos amaſti, Pater bone, qui Filio tuo unico nō pepercisti, ſed pro nobis impiis tradidiſti illum. Quomodo nos amaſti, pro quibus ille, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis tibi, factus eſt ſubditus uſque ad mortē crucis, unus ille in mortuis liber.*&c. Cupio, ait S. Bern. *eum qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, quibuſdam brachiis vicariæ dilectionis amplecti. Amor meus crucifixus eſt*, dicit S. Ignat. Rom. 5. Lib. 10. conf. cap. vlt. Rom. 8. Philip. 2. Pſal. 87. Epiſt. 189. Ad Rom.

Quartò, ſpem ſalutis obtinendæ crucis ſignum acuit. Ad erigendam ſpem noſtram plurimum valet, conſiderare, quanti nos pendat Deus, quantumque diligat: ejus autem rei manifeſtiſſimum indicium eſt, quod per incarnationem ſuam noſtrum dignatus inire conſortium, ſine ullo ſuo malo merito, noſtra in cruce ac paſſione ſua mala pertulit. Quid autem non ſperet ille, qui ſibi Filium Dei, non ſolùm donatum, ſed & pro ſe in ara crucis immolatum videt? Hinc Paulus; *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Meritò mihi ſpes valida in illo eſt*, inquit Sanctus Auguſtinus, *quòd ſanabis omnes languores meos, per eum qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis; alioquin deſperarem. Multi enim ſunt & magni iidem languores mei; multi ſunt & magni, ſed major & amplior eſt medicina tua.* Aug. li. 13. Trinit. c. 10. Rom. 8. Ibidem in confeſſ.

Quintò, à peccatis & flagitiis, velut injectâ manu

nu retrahi; tum quia pretium illud immenſum, quo redempti ſumus; tum etiam quia finem quendam, ob quem Chriſtus crucis ſupplicium ſubiit, memoriæ noſtræ ſubjicit. Pretium illud eſt, de quo Petrus; *Scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti.* Et Paulus; *Empti enim eſtis pretio magno; glorificate, & portate Deum in corpore veſtro* Quo pretio? niſi ſangnine Chriſti? Etſi ipſa etiam crux, noſtrum etiam ſit pretium. *Pretium hîc crucem appellat*, inq. D. Chryſoſt. At quis dum crucem conſpicit, hocque infiniti valoris pretium, quo à peccati jugo redemptus eſt, mente revolvit, iterum prioribus noxis ſe obſtringat, & in priſtinam ſervitutem dedat? maximè ſi & finem, quo Chriſtus inductus eſt, ut pro nobis ſupplicium crucis ſubiret, ardentiùs ſecum perpendat: qui eſt; *ut peccatis mortui, juſtitiæ vivamus*, teſte Petro. In hunc enim ſcopum intuens, *peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*, ut idem ait. Cui conſentit Paulus, ideò Chriſtum *ſemetipſum dediſſe pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilẽ, ſectatorem bonorum operum.* Ut alibi eundem Salvatorem noſtrum pro peccatis noſtris oblatum aſſerit, *ut eriperet nos de præſenti ſæculo nequam.* Quando igitur cruce te ſignas vel eam intueris, *univerſam tecum crucis cauſam verte, & iræ ac reliquarum paſſionum incendia extingue*, inquit Chryſoſtomus.

1. Pet. 1. — 1. Cor. 6. — Hom. 55. in Matth. — 1. Pet. 2. — Tit. 2. — Galat. 1. — Hom. 55. in Matth.

Sextò, affectum mœroris, fletus & commiſerationis erga Chriſtum in nobis commovet, maximè ſi conſideretur ut in ſe eſt, & repræſentetur, ut præſens ac ut effectus peccatorum noſtrorum. Si enim Sanctus Gregorius Nyſſenus, viſâ imagine, qua

Orat. de Abrah. ci-

quâ immolatio Iſaac repræſentabatur, ubertim lachrymas fundebat, ut ipſemet teſtatur; quid eum feciſſe credendum eſt, conſpectâ crucis imagine, quæ ipſius Salvatoris noſtri per illam Iſaaci immolationem præſignificatum Sacrificium, oculis & animo quaſi præſens ſiſtebat? Quid item alios Chriſtianos facere par eſt, quoties paſſionis expreſſa monumenta contemplantur? tatur in 7. Syn. act. 2. & 4.

Septimò, etiam gaudium & exultationem in cordibus excitat ſi conſideretur ut præterita, & ut cauſa redemptionis generis humani, nec non ut clavis aperiens credentibus regna cælorum, atque ut triumphus de mundi principe. Hinc D. Leo, indicat paſſionem Domini cum exaltatione celebrandam, & in ejus contemplatione mentem oblectari: loquens de exultatione & oblectatione, quam ſecum ferunt lachrymæ ſanctæ. Et Bonaventura, qui paſſim hortatur homines ad lachrymas in paſſione Domini meditanda, conjungit cum ſimilibus lachrymis gaudium magnum; Sic enim loquitur in ſtimulo divini amoris; *Intuens Chriſtum crucifixum, devotionis & compaſſionis lachrymis uberiùs irrigatur, & lacrymando ſuaviſſimè delectatur.* Sic paſſiones Sanctorum cum gaudio & exultatione recoluntur ſolùm ut præteritæ, & ut fuerunt cauſa meritorum & triumphi. Eccleſia verò paſſionem Chriſti etiam in ſe conſiderat ac veluti præſentem; & ſic fletum excitat & mœrorem.

Ser. 10. de paſſ.

Par. 1. ca. 1.

Denique ut ait D. Cyrillus, poſtquam retuliſſet pleraſque has conſiderationes: *hæc omnia recordari nos facit ſalutare lignum: & ſuadet, ut cogitemus, ſicut divinus ait Paulus, unus pro omnibus mortuus eſt, ut viventes non ſibi ipſis ultrà vivant, ſed ei qui pro ipſis*

Lib. 6. cont. Iulian.

2. Cor. 5.

 mortuus

Digitized by Google

Cant. 2. *mortuus eſt*. Vnde ſponſa in Cant. *Dilectus meus mihi*
Serm. 68. in Cant. *& ego illi. Ille meæ liberationi*, inquit S. Bernard. *ego illius honori: ille meæ ſaluti, ego illius voluntati*. Et alios monet; *Deus ſe tibi* totum impendit, ad tuam utilitatem & ſalutem; *tute Deo* viciſſim totum impende, ad ejus cultum & honorem.

Crux Spiritualis. Aug. in Pſal. 30. 45. Addendum hîc eſt aliquid de cruce ſpirituali; quæ eſt omnis tribulatio ſeu adverſitas, ſive animi, ſive corporis, ſive ſit in re familiari, ſive in ſalute corporis, ſive ſit de periculo chariſſimorum, ſive de re aliqua ad hujus vitæ ſuſtentationem neceſſaria: ſive dicatur morbus, peſtis, mors, paupertas, infamia, ignominia, bellum, triſtitia, &c. Hæc enim omnia cruciant, quare & cruces ſunt. Quas & calicis
Pſal. 115. Matth. 20. 26. Heb. 12. Pſalm. 22. Iac. 1. Matth. 16. 10. nomine, & diſciplinæ, & virgæ, baculi, tentationis quoq; ſignificat Scriptura. Hanc ferendam monet ſæpè Chriſtus; Ut; *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. &, *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*.

De civit. li. 14. ca. 9. Pſal. 25. 114. Ierem. 10. in Abac. cap. 1. Abac. 3. Sed eſtne hæc etiam quærenda? *Qui firmiores ſunt*, inquit Auguſtinus, *cupiunt tentari*. Ut David, *Proba me, Domine, & tenta me, ure renes meos & cor meum*. Ieremias, *Corripe me, Domine, veruntamen non in furore, ſed in judicio*. De quo Propheta ait S. Hieronymus: *Sanctus vir, & bellator invictus, ad exercēdum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam venire deſiderat*. Sic & Abacuc; *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis, & aſ-*
Lib. 1. cont. Pelag. Ser. 16. de paſſ. *cendam ad populum accinctum noſtrum*. Quid aliud ait idem Hieron. Propheta hic, *quàm tribulationes, & anguſtias, afflictionemq; animi deprecatur, ut in futuro, cœtui virorum cum Chriſto regnantium ſocietur*? Hinc

monet

Digitized by Google

monet Divus Leo; *Inter præſentis vitæ pericula, non tam optandũ eſſe declinando iſta effugere, quàm tolerando ſuperare.* Et cum ſanctis ſuis eſt *Deus uſque ad conſummationem ſæculi, non ſic ut nihil patiantur adverſi, ſed ut nulla ſævientium crudelitate ſuperentur,* ait Divus Proſper.

De voc. gent. lib. 2. cap. 2.

Matth. 28.

Sed cur quærunt? ob variam ejus utilitatem. Primò enim inducit contemptum & odium mundi, & deſiderium futurorum. Sic Sanctus Chryſoſtomus: *Ideò Dominus laborioſam iſtam ſtatuit vitam; ut præſenti tribulatione compulſi, futurorum deſiderium capiamus. Si enim cùm hic tot ſint triſtia, tam libenter huic vitæ immoramur: ſi nihil horum eſſet, quando futura deſideraremus? Sicut enim corpus laboribus feſſum, non niſi quietem quærit: ſic & anima tot obſita malis, ad requiem feſtinat.* Sic & Divus Auguſtinus: *O infelicitas generis humani; amarus eſt mundus, & diligitur; putas ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur? turbatur mundus, & amatur mundus; quid ſi tranquillus eſſet mundus? formoſo quomodo hæreres, qui ſic amplecteris fœdum? flores ejus quomodo colligeres, qui à ſpinis non revocas manum?*

Hom. 6. ad popul.

Serm. 111 & 145. de temp. ca. 8.

Secundò ſciunt *tunſionibus & preſſuris expoliri lapides, & ſuis coaptari locis per manus artificis.* Iuſtus enim ſic eſt ſub tribulatione, quomodo aurum in igne, per quem probatur & purgatur, ut mundius clariuſque efficiatur: quomodo triticum in area, quod percuſſionibus à paleis ſeparatur, ſicut juſtus à cupiditatibus malis, & imperfectionibus ſuis: quomodo uva in torculari, quæ per illud premitur & calcatur, & ſic fructuoſa efficitur emanante vino: denique quomodo palmites ſub falce, quâ purgantur, ut fructum plus adferant.

In hymno Dedicat. Eccleſiæ.

Ioan. 15.

3. Deinde, ſciunt crucem, ſeu tribulationem, inter ipſa præclarè facta, ſuperbiæ tumorem reprimere: quod *vicinum rectis actionibus ſuperbia malum ſit, & è proximo ſemper virtutibus inſidietur elatio*, ut ait Divus Leo. Hinc & Apoſtolo *datus erat angelus Satana, qui eũ colaphizaret, ne extolleret magnitudo revelationum*; *ad revelationum humiliandam ſuperbiam*, inq. S. Hieron. *monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in ſimilitudinem triumphantium, quibus in curru retrò comes adhærebat, per ſingulas acclamationes civium dicens, Hominem te eſſe memento.*

Ser. 4. de Quadrag.
2. Cor. 12.
De obitu Bleſillæ ad Paulam.

4. Denique ſciunt adverſitatibus animos probari, illiſque viros probos eluceſcere. Vt enim nauclerum procella, athletam ſtadium, exercitus Imperatorem, acies fortem, & calamitas magnanimum; ita tentatio Chriſtianum probare conſuevit. *Ac ſicut arbor altâ radice fundata ventis incumbentibus non movetur; & navis quæ forti compage ſolidata eſt, pulſatur fluctibus, nec foratur; & quando area fruges terit, ventos ſpirantes grana fortia & robuſta contemnunt, inanes verò paleæ, vento commovente, & agitante rapiuntur*: ita quis ſolidus fortiſque Chriſtianus, adverſitatis quâdam exercitatione monſtratur. Quomodo enim eſſet pietas, & patientia Iob, Tobiæ, &c. nota orbi, niſi fuiſſet tribulationibus probata? Vnde Tobiæ dixit Angelus; *Et quia acceptus eras Deos, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.*

Similium congeries.
Cypr. de mortalita. 3
Tob. 12.

5. Poſtremò, tribulatio conſideratione mortis appropinquantis, oſcitantes exſtimulat, atque ad Deum ire compellit: aperit oculos cordis, quos facilè claudit proſperitas, propriæque fragilitates admonitos, in adjutorio Altiſſimi cogit habitare. Quid ea lues quæ tempore D. Cypriani graſſabatur

Pſal. 90.

tur Chriſtianis contulerit, ſic oſtendit: *Pavore mortalitatis accenduntur tipedi, conſtringuntur remiſſi, excitantur ignavi, deſertores compelluntur ut redeant, gentiles coguntur ut credant; verus fidelium populus ad quietem vocatur, ad aciem recens & copioſus exercitus robore fortiore colligitur, pugnaturus ſine metu mortis cùm prælium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit.* Sic Cyprian. Cypria. de Mortalit.

MONITVM LXXII.

Duo homines aſcendebant in templum, ut orarent: &c.

Lucæ 18.

VAriæ ſunt ſuperbiæ ſpecies in Phariſæo attendendæ: omnia enim quæ dicit, ſuperbiam ſpirant. Nam ut fingamus eum quas in ſe prædicavit habuiſſe virtutes, magnæ fuit ſuperbiæ, cæteros ſine diſcrimine homines tanquam peccatores, ſibi tanquam juſto poſtponere.

Quæ una eſt ſpecies ſuperbiæ ex quatuor, quas Ven. Beda hîc, & Divus Gregorius in Moralibus Lib. 23. commemorant, & tantò quidem aliis pejor, quan- Mor. ca. 7. tò & ſtultior ſibi, & aliis injurioſior eſt, ſingularem ſe putare, & cæteris præſtare omnibus. *Diceret* Ser. 36. de *ſaltem*, inquit Sanctus Auguſtinus, *Sicut multi* verb. Dom. *homines. Quid eſt, cæteri homines? niſi omnes præter ipſum? Ego, inquit, juſtus ſum, cæteri peccatores.* Talis fuit & Eliæ Prophetæ tentatio; *Ego relictus*

 ſum

Digitized by Google

ſum ſolus,qui videlicet, genua meo non curvavi ante
Rom. 11. Baal; ſed Deus illius errorem corrigens,*Reliqui*, inquit, *mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal.* Et tali tentatione etiam alij ſancti interdum pulſantur, ut docet Auguſtinus expli-
Pſal. 30. Aug. in illū Pſal. conc. 2. cans illud Pſalmi; *Et timor notis meis.* Quando vident illos,de quibus optimè ſperabant, cadere, aut in peccatis inveniri,facilè ſuſpicantur omnes, fortè, tales eſſe. Sed dat contra eam remedium; *Interroga*, inquit, *teipſum,an tu talis ſis. Si non;ergo ſolus es. Vide ne pejor ſit iſta ſuperbia,quàm illa nequitia.Sed humiliter eſto quod vis alium eſſe, & non putabis eum eſſe, quod tu non es.*

Secunda ſpecies ſuperbiæ fuit, quòd ſolas virtutes commemoraverit, duas, videlicet, quas Phariſæi maximo in pretio habebant, quibuſque ſe cæteris hominibus antecellere gloriabantur, Jeju-
Math. 23. nium & Decimarum ſolutionem, ut apparet ex Matthæo; de vitijs quibus utique non carebat, nullam mentionem fecerit: tanquam ſi æger, non quid morbi, ſed quid ſanitatis habeat, medico ex-
Hom. 7. in Ezech. ponat. Hoc ſuperbiæ genus etiam Divus Grego-
Rom. 3. rius in illo notavit, *Non eſt juſtus quiſquam, ait Lex, ut omne os obſtruatur,* prætendendo juſtitiam, *& ſubditus*,id eſt, reus fiat, ſive reum ſe agnoſcat *omnis*
Pſal. 142. *mundus Deo.* Hinc David; *Non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Et Diuus Auguſtinus: *Væ etiam*
In conf. li. 9. cap. ult. *laudabili vitæ hominum*,ait Deo,*ſi remota miſericordia diſcutias eam.*

Tertia ſpecies eſt, quòd eas fortaſſe jactaverit, quas non habebat; quemadmodum hujuſmodi fatuis hominibus ſolet accidere, qui

dum

Digitized by Google

dum neglectis aut diſſimulatis vitiis, ſolas in ſe virtutes conſiderant, eas ſibi, etiam quas re ipſa non habent, habere videantur. Vt ille cui dicitur in Apocal. *Tu dicis quia dives ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia miſer es & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Prodigus vult videri liberalis; avarus vult haberi frugalis; temerarius, fortis; verboſus, eloquens, &c. De Moab per Prophetam dicitur; *Superbiam & arrogantiam ejus ego novi, & quòd non ſit ad eam virtus ejus.* Apoc. 3. Vide Proſp. li. 3. ca. 1. de vit. contempl. Ierem. 48.

Quarta, quod Deo ſimulatè gratias egiſſe credendus ſit: ita enim loquitur, ita tota ſibi oratione placet, ut minimè obſcurum ſit, cùm ſibi eas virtutes attribuiſſet, quaſi ſuâ illas diligentia eſſet conſecutus, nec Deo gratias egiſſe, ut illi gratias ageret, ſed ut ſe laudaret; ſibi ergo, non Deo gratias agebat. Hoc aliud ſuperbiæ artificium eſt, ſæpè ut nos laudemus, Deo gratias agimus. Deum laudo, quòd nunquam hoc aut illud fecerim; quòd ſemper hoc, ſemper illud fecerim. Deinde Iudæi *gloriabantur in Deo* tanquam Doctore, qui legem dediſſet, cujus habita cognitione ſe ſibi ad eam implendam ſufficere perſuaſum habebant. *Nemo ex eo quod videtur habere*, inquit Conc. Arauſic, *glorietur tanquam non acceperit, aut ideo ſe putet accepiſſe quia litera extrinſecus vel ut legeretur apparuit; vel ut audiretur inſonuit. Nam Sicut Apoſtolus dicit; Si per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt;* Galat. 2. Rom. 2. Conc. Arauſ. c. 16. ex Aug. de Spir. & lit. cap. 28.

Quinta fuit, quòd tanto ſtudio, & aliorum vitia, & virtutes ſuas enumeraverit. Non eſt tam ingenioſa & ſubtilis humilitas: nec alio-

rum vitia,nec ſuas virtutes videt. *Raptores*, inquit, *adulteri*, *injuſti*. Quàm diſertus aliorum accuſator, quàm facundus laudator ſui. Maxima quæque peccata nominavit, quibus cæteros homines

Aug.de civit.li.5. c.5.

omnes præter ſe oneratos eſſe dicit. Verè pius & humilis plus intendit in mala ſua, quam in bona propria, vel in mala aliena: propria mala ponderat, expendit; aliena diſſimulat, excuſat, elevat. Cum Apoſtolo, *quæ retro ſunt obliviſcitur*, *in anteriora ſe extendit*. Cum Divo Antonio & Franciſco, *ſe ſemper in principiis conſtituit*, ſe jam primùm incipere, hactenus ſe nihil aut parum feciſſe, aut profeciſſe exiſtimat. Et ut monet Dominus, *cùm omnia quæ ei juſſa ſunt*, *fecerit*, *adhuc ſe ſervum inutilem reputat*.

Phil. 3.1.

Monit.16. Athan. & Bona. in vitis eorum.

Luc. 17.

Varia item indicia humilitatis attendenda ſunt in Publicano. 1. *Stabat à longè*, quaſi non auſus templum ingredi, aut certè verſus arcam accedere, indignum ſe tam religioſo loco iudicans, ſed aut in templi veſtibulo, aut in prima atrii populi parte conſtiterit. Sic Centurio & Petrus, conſiderantes ſuam vilitatem, Chriſti Majeſtatem, ex humilitate, ſe ejus præſentiâ & conſpectu indignos judicabant; cùm ille diceret, *Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum*; hic verò, *Exi à me*, *Domine*, *quia homo peccator ſum*.

Matth.8.

Lucæ. 5. v.8.

2. *Nolebat nec oculos ad cælum levare*, id eſt, non audebat ad Deum levare; quia eos pudor illi & reverentia Divinæ Majeſtatis in tertam defixerat: ſic Manaſſes rex pœnitentiam agens, *Non ſum*, inquit, *dignus videre altitudinem cæli*, *præ multitudine iniquitatum mearum*. Et Eſdras; *Deus meus confundor*, & *erubeſco levare faciem meam ad te*, *quia multiplicatæ ſunt iniquita-*

In orat. ſua. 1. Eſdr.9. 2. Eſd.1. & 9.

iniquitates noſtræ. Et Daniel, cùm oraret pro ſuis, & aliorum peccatis; *Tibi, Domine, juſtitia, nobis autem confuſio faciei, & patribus noſtris qui peccaverunt.* Dan. 9.

3. *Percutiebat pectus ſuum*, in deteſtationem peccatorum ſuorum, & quandam quaſi vindictam. *Percutiebat pectus ſuum*, inquit Divus Auguſtinus, *pœnas de ſeipſo exigens, proptereaq; Deus cōfitenti parcebat.* Et alibi: *Tundere enim pectus, quid eſt, niſi arguere quod latet in peſtore, & evidenti pulſu occultum caſtigare peccatum? Peccata enim ſive magna, ſive parva impunita eſſe non poſſunt*, ait S. Proſp. *quia aut homine pœnitente, aut Deo judicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta divina, ſi converſio præcedat humana. Amat enim Deus confitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant, non judicare.* Ser. 36. de verb. Dom. Ser. 8. ibid. Sent. 210. 1. Cor. 11.

4 *Dixit; Deus propitius eſto mihi peccatori.* Paucis utitur peccator verbis; altero ſe peccatorem confitetur; altero veniam petit. *Orantes*, ait Chriſtus, *nolite multum loqui, ſicut Ethnici. Putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur*, id eſt, ob externam multorum verborum pronuntiationem. Satis apud Deum loquitur, ſatiſque apud Deum cauſam ſuam agit diſertè, qui ſe humiliter peccatorem agnoſcit. Docetur autem homo ſe quotidie peccare, quando jubetur quotidie pro peccatis Deum orare, ait D. Cyprian. Peccatum autem agnoſcere medium optimum eſt, ad remiſſionem Deiq; gratiam impetrandam, unde de Publicano dicit Evang. *deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam.* Quam etiam petens David pœnitens; *Quoniam*, inq. *iniquitatem meam ego cognoſco.* Et ſic orat D. Auguſt. in confeſſ. *Hei mihi Domine miſerere mei. Ecce vulnera mea nō abſcōdo. Medicus es, æger ſum: medere. Miſericors es, miſer ſum: miſerere.* Matth. 6. Aug. epiſt. 121. ca. 10. Matth 6. De orat. Dominica. Pſal. 50. Lib. 10. cap. 28.

5. Notan

Matth. 6. 5. Notandum, quòd quando Chriſtus dicit, *Orantes nolite multum loqui*, prohibet imitari gentiles, qui non propter orationem Deo in intimo cordis effuſam, ſed propter externam multorum verborum pronuntiationem ſe exaudiri putant. *At cùm* Epiſt. 121. cap.10. *diu orare vacat*, inquit S. Auguſt. *id eſt, cum alia bonarũ & neceſſariarum actionum nõ impediuntur officia (quamvis & in eis ſancto deſiderio ſemper orandum ſit) non eſt improbum, nec inutile. Neque enim hoc eſt orare in multiloquio, ſi diutiùs oretur. Aliud eſt ſermo multus aliud* Luc. 6. *diuturnus affectus. Nam & de ipſo Domino ſcriptum eſt,* Luc. 22. *quod pernoctaverit in orando, & quod prolixiùs ora-* Ibidem. *verit: ubi quid aliud quàm nobis præbebat exemplum?*

Intentio ergo mentis, ſicut non eſt obtundenda, ſi perdurare non poteſt; ita ſi perduraverit non citò eſt rumpenda. Abſit enim ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi fervens perſeveret intentio. Nam multum loqui eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis: multum autem precari, eſt ad eum quem precamur, diuturna, & pia cordis excitatione pulſare. Nam plerumq; hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agitur; plus fletu quàm afflatu. Sic Auguſtinus.

MONI

MONITVM LXXIII.

Nemo poteſt duobus dominis. ſervire.

Matth. 6.

DIcit Chriſtus diabolo eum tentanti; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Vnus Dominus: unus Deus,* ait Apoſtolus, & Athanaſ. Qui tametſi trinus in perſonis ſit, Pater, Filius, Spiritus S. tamen *hi tres unum ſunt,* inquit Ioannes: inter illos eſt perfectiſſima unitas naturæ, ſapientiæ, potentiæ, voluntatis, bonitatis, &c. Cujus regnum diviſionem non habet, ideoque ſtabile eſt ac perpetuum. Huic ergo nos jungere, ac ſervire debemus; cui & reliquæ omnes creaturæ ſerviunt, qui eas creavit, gubernat, conſervat: maximè autem homo, ſi conſideret, præter creationem, quo pretio ſit emptus, quo ſanguine redemptus.

Matth. 4. Epheſ. 4. In Symb. 1. Ioan. 5. Luc. 11. Pſal. 118.

Sed nónne multi ſunt alii domini, ſeu ſpirituales, ut Epiſcopi, Paſtores; ſeu ſæculares, ut Reges, Principes; quibus omnibus ſervire & obedire debent? Sicut & filii parentibus, uxores maritis, ſervi heris? Ita: ſed illi omnes unum ſunt quodammodo cum ſummo Domino, & unum computantur, quia ab illo ſunt conſtituti, ab illo authoritatem habent, & quicquid præcipiunt, ejus vice præcipiunt. Hinc Scriptura; *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* &, *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,* id eſt, rei à Deo ordinatæ. Sic eadem Scriptura docet, dum Moyſes, & Samuel con-

Matth. 10. Rom. 13. Exod. 16. 1. Reg. 8.

2. Par. 19. contempti ſunt, *non ipſos, ſed Deum fuiſſe contemptum.*
Eccleſ. 9. Et dicebat Ioſaphat Rex; *Non hominis exercent judicium judices, ſed Dei.* Ideò monet Sapiens; *Ne judices contra judicem, quia ſecundùm quod juſtum eſt, judicat.*

Sic dicitur unum ovile, & unus paſtor. Quia omnes paſtores, qui in Eccleſia ſunt, unum omnes ſunt cum ſummo paſtore, unum docent, jubent, & ex ejus ſuggeſtione. Et tam diu audiendi ſunt, quamdiu hoc faciunt. Si verò ſua incipiant
Act. 5. docere & præcipere, & quæ Paſtori ſummo ſunt contraria; jam dicendum cum Petro; *Oportet Deo magis obedire quàm hominibus.* Nec tunc reſiſtitur poteſtati, quæ ſe ad hoc non extendit, ſed homini.
Luc 14 Sic filiis mandatur, etiam *parentes odiſſe*, quando videlicet aliquid conſulunt vel præcipiunt contra
Li. 18. Antiq. cap. 2. conſilia & præcepta Dei. Fuerunt apud Iudæos ut refert Joſeph, qui conſtantiſſimo libertatis amore flagrantes, omnia perpeti maluerunt, quàm alium
Epiphan. hæreſ. 85. Aug. in lib. de hæreſ. 1. Pet. 2. Galat. 4. quempiam, præter Deum, Dominum appellare. Fuerunt hæretici, qui prætextu libertatis nobis à Chriſto donatæ, contemnebant poteſtatem à Deo inſtitutam, *velamen habentes malitiæ libertatem, eamq; dantes in occaſionem carnis*, ut dicunt Apoſtoli.

Sed ſi unus eſt Dominus, quomodo hîc duo dicuntur; *Nemo poteſt duobus dominis ſervire?* Non quod reverà plures ſint, ſed quia homines ſibi plures conſtituunt, unicum & verum Dominum relinquentes, & alteri non vero adhærentes, ut diabolo, mundo, carni.
Ioan. 8. *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati*,
1. Pet. 2. ait Chriſtus. &, *A quo quis ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt*, inquit Petrus. Tot ergo dominos ſibi peccatores conſtituunt, quot vitiis & cupiditatibus ſerviunt. Sicut homo ad Dei imaginem creatus eſt,

ſed

Digitized by Google

ſed ſæpè illam ſuâ pravitate, quaſi exuit, & aliam induit, vel leonis ob crudelitatem; vel porci, ob immunditiem; vel lupi, ob rapacitatem, &c. Sic *homo comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Hieron. ad Marcellam. Pſal. 48.

Hoc autem notandum, quando quis concupiſcentiis pravis ſervit, diabolo ſervit, qui per eas nos tentat & ſuperat, ſicut per Evam vicit Adamum, ſic ut vincente concupiſcentiâ, vincat diabolus; illâ autem victâ, vincatur diabolus. Unde David Deum precatur; *Ne tradas me, Domine, à deſiderio meo, peccatori,* ſcilicet, diabolo. *Deſiderio enim tuo,* ait D. Auguſtinus, *facis locum diabolo: fræna ergo deſiderium, & diabolum ſuperaſti.* Unde & Paulus, *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus.* Peccatum vocans ipſam concupiſcentiam, quia ex peccato eſt, ad peccatum inclinat, & peccatum, ſi vincit, facit. Si ergo ad luxuriam incitat, vide ne conſentias; ſi ad ſuperbiam, &c. reſiſtas. Poſſidet autem concupiſcentia totum hominem, in ſpiritu excitans deſideria prava, & illicita ſuperbiæ, invidiæ, luxuriæ, &c. in corpore pravos motus, ac titillationes, Deo ejuſque legi contrarias. Pſal. 139. & ibi Aug. Rom. 6. Aug. variis locis.

Iſti ergo duo domini, quibus impoſſibile eſt ſimul ſervire, ſunt, Deus, & diabolus; Chriſtus & mundus; Spiritus & caro. Quia ſibi mutuò contraria docent & præcipiunt. *Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum; & ſpiritus adverſus carnem. Quæ participatio juſtitiæ cū iniquitate? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conventio Chriſti ad Belial? Amicus mūdi, inimicus Dei conſtituitur. Qui non eſt mecum, contra me eſt.* Manichæus duo principia inter ſe diverſa atque Galat. 5. 2. Cor. 6. Jac. 4. Luc. 11.

adverſa,

In lib. de hæreſib. adverſa, eademque æterna, & coæterna compoſuit, ut teſtatur D. Auguſt. Herodes in Iudæa quidem Deum verum, alibi verò alienum Deum colebat, ut author eſt Ioſephus.

Lib. 15. ca. 14. & lib. 16. cap. 9. Antiq. 4. Reg. 17. Eccleſ. 2. Stultè putabant Samaritæ ſe Dominum & idola ſimul colere poſſe. *Væ duplici corde*, ait Scriptura, id eſt, homini placere volenti Deo & mundo, & peccatori terram ingredienti *duabus viis*, id eſt, in fictâ juſtitiâ, & duplicatâ intentione volenti duobus dominis ſervire. De quibus etiam Propheta: Oſeæ 10. *Diviſum eſt cor eorum*, partim ad Deum, partim ad mundum, *nunc interibunt*. Dicebat Helias ad Iſraël; 3. Reg. 18. *Vt quid claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi Baal, ſequimini illum. Ego*, inquit Lib. 10. conf. cap. 41. Auguſt. Deo, *per avaritiam meam non amittere te volui, ſed volui tecum poſſidere mendacium: itaque amiſi te, quia non dignaris cum mendacio poſſideri*, Denique S. Hieron. Lib. 2. in Iovinian. *Quomodo dies & nox miſceri nequeunt, ſic nec juſtitia, & iniquitas; peccatum, & bona opera; Chriſtus, & Antichriſtus. Si ſuſceperimus. Chriſtum in hoſpitio noſtri pectoris, illicò fugamus diabolum. Si peccaverimus, & per peccati januam ingreſſus fuerit diabolus, protinus Chriſtus recedit.*

Exploduntur ergo illi, qui putant facta hominum, & communionem Sacramentorum Chriſti, nihil de interiore hominis fide ſignificare. Ex quo conſequitur pio viro licitum eſſe nunc Calvino, nunc Luthero, nunc aliis, prout in variis locis fuerit, communicare ſicut faciebat Herodes, ut jam M. 84. P. 3 Euſeb li. 6. hiſt. cap. 18. dictum eſt: aut Helchiſitas ſupergredientes putant non ſolùm in perſecutione, ſed etiam in communicando Sacramentis Chriſti & divino cultu, non eſſe crimen, aliud in corde gerere, aliud facto ſignificare.

Digitized by Google

ſignificare. Nos in Catholica Eccleſia aliter inſtituti ſumus, & factum martyris Ermigildi imitandum alibi docuimus, quod narrat S. Gregorius in Dialogis. Part. 1. Mon. 3. Lib. 3. c. 31.

MONITVM LXXIV.

Quæ pacis ſunt ſectemur.

Rom. 14.

DUo ſunt genera hominum, quæ linguæ abuſu maximè turbant pacem. Primò Suſurrones, qui videlicet verbis ſuis vel factis diſſeminant inter fratres vel amicos diſcordias. De quibus Sapiens; *Suſurro & bilinguis, maledictus: multos enim turbavit pacem habentes.* &, *Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis; & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcunt.* Nec refert, an ſuſurro narret aliqua bona, quæ tamen amicis diſpliceant, an mala: an verum dicat, an falſum. Hic bilinguis dicitur, quia cùm amicitia ut minimum inter duos conſiſtat, is ex utraque parte ſtudet eam diſſolvere, ob hoc utens duabus linguis apud diverſos, & aliud clàm, aliud coràm loquitur. Suſurro autem detractore & contumelioſo ſceleratior eſt, quia majus bonum honore & famâ, proximo tollit, amicum ſcilicet; de quo Divus Hieronymus, *Amicus diu quæritur, vix invenitur, difficilè ſervatur.* Eccleſ. 28. Prov. 26.

Digitized by Google

vatur. Sapiens verò; *Amicus fidelis*, inquit, *protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius, &c.* Et alibi, *Ne*, inquit, *appelleris ſuſurro* (in vita tua) *& lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt* (id eſt, ſequitur) *confuſio & pœnitentia: & devotatio* (id eſt, damnatio, vituperatio) *peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.*

In Epiſt. ad Ruffin. Eccleſ. 6. Ibid. cap. 5.

Salomon quoque inter ſeptem ſceleratos pronuntiat peſſimum, *qui ſeminat inter fratres diſcordias. Animo enim humano parum eſſe debet*, ait D: Auguſtinus, *inimicitias hominum nec excitare nec augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit.* Hâc gratiâ ornata erat à Deo mater Auguſtini S. Monica: quod *inter diſſidentes atque diſcordes quaſlibet animas, ubi poterat, tam ſe præbebat pacificam, ut cùm ab utrâque multa de invicem audiret amariſſima, nihil tamen alteri proderet, niſi quod ad eas recõciliandas valeret. Parvum mihi hoc bonum*, inquit Auguſtinus, *videretur, niſi turbas innumerabiles triſtis experirer, neſcio quâ horrendâ peſtilentiâ peccatorum latiſſimè pervagante, non ſolùm iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, ſed etiam quæ non dicta ſunt, addere.*

Prov. 6. Lib. 9. confeſſ. cap. 9. Ibidem.

Dirimere autem amicitiam vel pacem, quâ mali in malo, & iniquitate fruuntur, magni eſt meriti. Cujus rei gratiâ venit pacificator hominis cum Deo in hunc mundum, ſicut ait; *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: Non veni pacem mittere, ſed gladium*, vel, ut habet Lucas, *ſeparationem; Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici ejus.*

Matth. 10. Luc. 12.

Quantum

Digitized by Google

Quantum autem malum ſit ſuſurratio [l], ex eo etiam patet, quòd diſcordiam quam ſeminat ſuſurro, numeret Apoſtolus inter peccata à regno Dei hominem excludentia: quâ fit ut quis non conſentiat in bonum proximo debitum. Quam autem ſit nociva, aperit Dominus in Evangelio, dicens: *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & omnis civitas vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit. En quò diſcordia cives perduxit miſeros,* dicebat ille. — Galat. 5. — Matth. 12.

Quemadmodum enim concordiâ res paruæ creſcunt, ita diſcordiâ maximæ dilabuntur. Narrat Plutarch. in Apophtheg. de Sciluro cùm obiturus eſſet cuique filiorum quos multos relinquebat faſciculum jaculorum proponens confringere jubebat: ſingulis ſe id poſſe negantibus ipſe cùm ſingula jacula excepiſſet, facilè omnia perfregit; ſic illos docens, ſi concordes eſſent, firmos validoſque fore; ſi autem diſſidentes, infirmos ac debiles. Sic & Micipſa apud Saluſt. moriens ad filios; *Ego regnum vobis trado firmum, ſi boni eritis; ſi mali, imbecillum. Nam concordia res paruæ creſcunt,* &c. ut ſup. — Saluſt. in Iugurt.

Diſcordes, inquit D. Gregorius, *tam diu nullum boni operis Deo ſacrificium offerunt, quamdiu à proximo per iracundiam diſcordant. Et mala alia bonis ſequentibus diluuntur; tanta autem ſunt mala diſcordiæ, ut niſi extincta funditus, bonum ſubſequi non permittant.* Propterea ſedulò Scriptura dehortatur ab hoc malo: ut Paulus Corinthios; *Obſecro vos fratres per nomẽ Domini noſtri Ieſus Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſciſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.* Et Philippenſes; *Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudiũ meũ, ut idem ſapiatis,* — In Paſtor. part. 3. ad monit. 23. — 1. Cor. 1. — Philip. 2.

eamdẽ charitatẽ habentes, unanimes, id ipſum ſentientes.

Alterum genus eorum qui pacem turbant, ſunt contentioſi. Eſt autem contentio, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris; quæ docente Apoſt. etiam ſeparat hominẽ à regno Dei, redditq; æternæ iræ obnoxium. *Qui ſunt ex cõtẽtione, & qui non acquieſcũt veritati, credunt autẽ iniquitati, ira & indignatio,* ſcilicet erit. Idq; tunc maximè cùm quis impugnat eam veritatẽ, quæ ad ſalutem æternã utilis eſt, aut ad famam, aut aliud proximi bonũ pertinet. *Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint inter vos,* ait Iacobu, *non eſt iſta ſapientia de ſurſum, ſed terrena, animalis, diabolica.* Et Paulus, *Si quis videtur contentioſus eſſe,* id eſt, traditæ veritati non acquieſcere, ſed quærere argumenta, contra; *Nos talem conſuetudinẽ non habemus,* videlicet ut cõtendamus, ait Chryſoſt. *neque Eccleſia Dei.*

Rom. 2.

Iac. 3.

1. Cor. 11.

Et ibi Chryſ.

Ea autem contentio, quâ quis falſitatem impugnat, aut cauſa explicandæ veritatis, contentioſi partes ſubit, abſit ut inter peccata numeretur, quum legatur & Chriſtum, & Paulum tali diſputatione uſos: ac ab Epiſcopo exigatur, *ut contradicentes veritati poſſit redarguere* & omnes Doctores Eccleſiæ per diſputationes contra hæreſes multò facti ſunt illuſtriores. Unde & diabolus, teſte Aug. per ſervum ſuum Julianum Apoſtatam interdicere conatus eſt Chriſtianorum filiis uſum Philoſophicarum artium, ne eas docerent aut diſcerent. *Ex noſtris enim libris,* inquit, *arma capiunt, quibus in bello adverſus nos utantur.* Si quis tamen falſitatem impugnet, ut proximo pariat invidiam, rectè contentioſus vocabitur. Sicut ait Apoſt. *Quidam ex contentione Chriſtum annuntiant, non ſincerè, exiſtimantes ſe preſſuram ſuſcitare vinculis meis. Sunt nonnulli,* inquit D. Gregor. *qui idcirco bona facere ſtudent, ut gratiam*

Tit. 1.

Aug. de civit. li. 18. cap. 52. li 8. Conf. ca. 5. Hiſt. Trip. lib. 6. cap. 71.

Philip. 1.

Li. 1. Dialog. cap. 9.

Digitized by Google

gratiam alienæ operationis obnubilent,nec paſcuntur bono quod faciunt,ſed laude boni, quâ alios premunt.

Pueriliter quoque oſtentans ingenium, vel ſcientiam, aut ſophiſticâ malignitate, lucri ſui cauſa, paratus pro omnibus, & contrà omnia dicere, aut magis de verborum quàm rerum diverſitate confligens,rectè contentioſus diſputator vocatur,ut Auguſt. contra Creſcon.Grammat. de quo etiam Scriptura,*Qui ſophiſticè loquitur,odibilis eſt* &; *Qui tantùm verba ſectatur,nihil habebit.* &;*Noli contendere verbis*; *ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium.* De qualibus & Tullius ait, *Verbi controverſia iam dudum torquet Græculos,contentionis cupidiores,quàm veritatis.* Demoſthenes, cùm ei nonnullam locutionis inſolentiam objeciſſet Æſchines, *negavit in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ,illone an illo verbo uſus fuerit,& an huc an illuc manum porrexerit*;quin potiùs rem accuratiùs perpendendam.Quod & D.Ambroſ. & Auguſt.recitant.Cicero ipſe ad Atticum ſcribẽs; *Illa tua horridula,*inq.*mihi & incompta viſa ſunt,ſed tamẽ erant hoc ipſo ornata,quòd ornamenta neglexerant;& ut mulieres,ideò benè olere,quia nihil oleant,videbantur. Ingenita levitas,erudita vanitas.Hoc de doctiſſimis Græcorum Cicero pro Flacco luculenter dixit,*ait Hieron. *qui principũ ac regum ſuorum laudes, acceptâ mercede,dicebant. Non ideò dictum eſt,*inquit D.Auguſt.*Noli contẽdere verbis, ut adverſariis oppugnantibus veritatẽ,nihil nos pro veritate dicamus. Verbis enim contendere,eſt,non curare,quomodo error vincatur veritate,ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. Abſit autem ut exiſtimetur is verbis contendere,qui neceſſaria dixerit, quantalibet ſermonum & argumentorum multitudine ac prolixitate id effecerit.*

Lib.1.uſque ad cap. 20. Eccleſ. 37. Prov.19. 2.Tim. 2. Aug.in prolog Retract. Amb. in Luc. lib.2. cap. 2. Aug. contr. Creſco.lib.2.ca.1 Epiſt. 1.

In Epiſt. ad Paulum. Concord. Lib. 4. de doct. Chriſtia.cap. 28.

MONITVM LXXV.

Jurabis, Vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in juſtitia.

Jerem. 4.

Jerem. 4.

PRopheta, ut juramentum rectè fiat, tres ei aſſignat comites. Primò requiritur veritas, ut verum ſit quod juratur; ſi aliter ſe habeat, juramentum fit falſum, in aſſertorio, ſi in re non ita ſit, dum quis jurat; in promiſſorio, ſi non ſit ita in voluntate jurantis, ut dicit; & poſteà in executione, niſi ſubſit ratio cur non impleatur. Quotieſcumque autem juramento deeſt veritas, non dubitatur eſſe mortale, ſive materia levis ſit, ſive gravis; eò quòd ſumma Veritas aſſumatur ad confirmationem falſi.

Lib. 3. Offic. cap. 12. Vide Concil. Tolet. 8. cap. 2. Soter Pap. ep. 2. ad Epiſc. Italiæ. Vide Aug. ſer. 117. in Nov.

Secundò requiritur juſtitia, ut juſtum, bonum, licitum ſit quod juratur. Unde D. Ambroſius: *Purum ac ſyncerum oportet eſſe affectum, ut unuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, nihil promittat inhoneſtum: at ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm facere quod turpe ſit.* Atque hoc quidem periurium vocatur, non propter periurij veritatem, ſed ſimilitudinem, quia non fit, quod iuratum eſt. Ipſa autem periurij veritas iam in eo ipſo erat, quòd nefariam rem quis iurat.

Tertiò, requiritur judicium, ut non fiat ſine cauſa, ſine neceſſitate, aut utilitate. Ob hoc, etiam ſepoſito periculo periurij, cavendum eſt juramentum; ne jurando nomen Dei in vanum aſſumatur, id eſt, ne ſine cauſa iuſtaque ratione iuretur. Non enim citra neceſſita

neceſſitatem tam magnus teſtis vocandus eſt, ideoque neceſſitas ſi abſit, non honor defertur Deo, ſed irreverentia temerè, & ſine cauſa committitur.

Quid ergo Chriſtus in Evangelio; *Ego autem dico vobis, non jurare omnino?* Hoc non ſic intelligendum, quaſi omne juramentum prohiberetur, (ut quidam hæretici dixerunt,) quo & ipſum Deum, & Angelos, & Apoſtolum in ſeriis Epiſtolis uſos legimus frequenter, ſed ſupplenda altera vox in textu, nempe, falſum, aut jurare pro perjurare ponitur. Ut ſæpè in Script. Ut; *Omnis jurans judicabitur.* ubi Propheta manifeſtè de perjuro loquitur. Unde ſubditur, *ad domum jurantis mendaciter.* Et apud Sapientem, juxta 70. *Vt jurans, ita & ille qui juramentum timet*, id eſt, ut pejerans, aut perjurus, ut noſter textus. Et in Levitico: *Si peccaverit anima, & audierit vocem jurantis*, nempe, falſum, ut Auguſtinus interpretatur, & textus exigit. Math. 5. Zach. 5. Eccleſ. 9. Levit. 5.

Ipſe Chriſtus ſatis clarè oſtendit ſe de perjuro locutum, dum poſito negativo præcepto de omninò non jurando, ſubjecit affirmatiuum, ut ſermo noſter ſit perjurio contrarius, id eſt, verax; dicens, *ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non.* id eſt, de re quæ eſt, ſermo veſter ſit eſt, id eſt, aſſertorius: & de re quæ non eſt, ſit ſermo veſter, non, id eſt, negativus; exigens, ut ſermo noſter ſit rebus ipſis ſemper conformis. *Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt*, id eſt, quod amplius in ſermone tribuitur rei, quam ei verè conveniat, & quod amplius negatur de re, quàm ei deſit, hoc eſt ex inſigniter malo, nempe diabolo, *qui mendax eſt, & mendacii pater.* Vide Baſil. in Pſal. 14. Math. 5. Ioan. 8.

Deinde ſi quis propriè accipiat, jurare, intelligat illud ſimpliciter prohiberi à Chriſto, propter Aug. li. 11. cap. 15. de Civit.

 periculum

Ecclеſ. 42. periculum perjurii:ſicut ſimpliciter dicitur; *In medio mulierum noli commorari*, propter periculum libidinis. Ergo libido per ſe prohibetur, converſatio cum mulieribus propter finem. Sic per ſe prohibetur periurium, juramentum ob finem. Sicut puero dicitur, ne ambulet juxta ripam fluminis ob imbecillitatem ætatis, ne in illud incidat. Secluſo autem periculo, & neceſſitate exiſtente, quæ cogat hoc periculum ſubire, ſicut licet converſari cum mulieribus, ita & juramentum præſtare.

In Pſal. 118. Vnde D. Ambroſ. *Dicit Dominus non jurandum omninò, quia infirmis loquebatur: voluit enim, te non jurare, ne periures.* Et D. Auguſt. *Quia jurare proclive eſt ad perjurium, maluit nos Dominus & non jurantes nõ recedere à vero, quàm verum jurãtes, propinquare perjurio.* Et alibi: *Iurationem cave, quantum potes. Melius quippe nec verum juratur, quia jurandi conſuetudine & in periculũ ſæpè caditur, & sẽper perjurio propinquatur. Multò ergo tutiùs quantum ad nos attinet, nunquam iuramus; non quia peccatum eſt, verum jurare; ſed quia graviſſimũ peccatum eſt, falſum jurare, quò citiùs cadit, qui conſuevit jurare.*

Cõt. Fauſt. lib. 19. cap. 23

Epiſt. 89. q. 5. in Pſal. 109.

Ser. 116. in Nov. Et rurſum: *Falſa juratio non eſt leve peccatum; imò tam magnum peccatum eſt, falſum jurare, ut propter reatum falſæ jurationis Dominus prohibuerit omnẽ juratione. Non eſt peccatum, verum jurare, ſed quia grande peccatũ eſt falsũ jurare, lõgè eſt à peccato falsũ jurandi, qui omnino non jurat. Propinquat falſæ jurationi, qui vel verum jurat. Dominus ergo qui prohibuit jurare, ſupra ripam te noluit ambulare, ne pes tuus in anguſto labatur, & cadas.*

In Pſal. 14. Denique D. Baſil. *Dominus*, inquit, *occaſionem reſecat perjurii. Qui enim vel rectè jurat, fortè & is falli interdum poſſet; qui verò non jurat, periculũ vitavit perjurii.*

Poſtre-

Poſtremò ita intelligitur Dominum prohibuiſſe à jurando omnino, ait idem Auguſtinus, *ut quantum in ipſo eſt, quiſque non juret, id eſt, non affectet, non amet, non quaſi pro bono cum aliqua delectatione appetat iusiurandum. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum, aut ſuave aliquid. Nam utique Apoſtolus noverat præceptum Domini, & juravit tamen. Et quid iſtâ iuratione ſanctius? Sed non eſt contra præceptum iuratio, quæ à malo eſt, non iurantis, ſed incrodulitatis eius cui iurare cogitur. Quantum ergo in ipſo eſt, non iurat Apoſtolus: non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi; amplius eſt enim, quàm eſt, eſt, non, non. Et ideò á malo eſt, ſed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter moventur ad fidem.* In expoſit. ep. ad Ga. cap. 1. De mendac. cap. 5.

Et iterum: *Ita intelligitur præcepiſſe Dominum ne iuretur, ne quiſquam ſicut bonum appetat iuramentum, & aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis iurationem habendam, refrænet ſe, quantum poteſt, ut nõ eâ utatur, niſi neceſſitate: cùm videt pigros eſſe homines ad credendum, quod eis utile eſt credere, niſi iuratione firmentur. Ad hoc itaque pertinet quod ſic dicitur, Sit ſermo veſter eſt, eſt, &c. hoc bonum eſt, & appetendum, quod autem amplius eſt, à malo eſt. Non dicit, malum eſt; hinc nõ malum facit qui bene utitur iuratione, quæ etſi non bona, tamen neceſſaria, ut alteri perſuadeat, quod utiliter perſuadet; ſed à malo eſt illius, cuius infirmitate iurare cogitur. Quæ utique infirmitas malũ eſt, unde quotidie liberari petimus, &c.* Lib. 1. de ſer. Domin. in monte. cap. 30. D. Baſilius narrat de quodam Pythagoræo, quód cùm trium talentorum iacturâ iureiurando poſſet effugere, ſolvere maluit quã jurare; cum tamen veriſſimum iuſiurãdum facere poſſet, non ſecus ac ſi præceptũ illud quo nos jurare prohibemur audiſſet, Hom. 24.

Digitized by Google

Ex dictis patet periculum eorum, qui in communi ſermone iurare aſſueſcunt. Unde Sapiens? *Iurationi non aſſueſcat os tuum; multi enim caſus in illa.* &, *Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga.* Nec putandum eſt conſuetudinem hac in re excuſare: ſicut enim conſuetudo nocendi, non extenuat, ſed aggravat iniquitatem: ita etiam hæc conſuetudo irreverentiæ in Deum. Ideò eam vocat D. Auguſtinus *peſſimam, deterrimam, mortiferam.* Et Patres ſcientes eam peccatis plenam, ad eamque reſpicientes, ita aliquando loquuntur, tanquam omne juramentum damnarent, certò tamen ſcientes non omnia iuramenta Deo diſplicere.

Ser. 28. de verb. Apoſ.

Chryſ. in 1. cap. ad Ro. & in 1. cap. ad Philip. in 6. cap. 1. ad Timoth. & hom. 9. in Act.

Contra quam conſuetudinem D. Iac. dat remedium, ita monens; *Ante omnia nolite jurare*, id eſt, cavete ab omni periurio, maloque iuramento. *Quomodo ante omnia? quia qui hâc conſuetudine oppreſſi iacent, ſicut quatriduanus mortuus ſub lapide,* inquit. Aug. *in hoc præ cæteris cauti eſſe debent plus ad hoc intenti quàm ad alia; maior enim conſuetudo maiorem intentionem flagitat. Lingua facilitatem habet motus, in udo poſita eſt, facilè in lubrico labitur. Quantò illa citiùs & faciliùs movetur, tanto tu adverſus illam fixiùs eſto. Domabis, ſi vigilabis; vigilabis, ſi timebis; timebis, ſi te Chriſtianum eſſe cogitaveris. Non fiat iuramentum hodie, pigriùs fit cras, ſi & cras factum non fuerit, minùs laboraturus eſt, qui cuſtodit; adiuvatur enim conſuetudine ſuperioris diei. Triduo moritur peſtis, de qua laboramus, & gaudebimus de fructu, quia magno bono abundabimus, ſi tam magno malo carebimus.*

Iac 5.

Aug. ſer. 2. de ver. Apoſt.

Scribit idem Auguſt. ſe ante converſionem, iſtam jurandi conſuetudinem habuiſſe, ſimulque modum tradit, quo eam ſuperavit. *Iuravimus & nos*, inquit, *paſſim*

Ser. eodem & ſer. 116. in Nov.

paſſim habuimus iſtam teterrimam & mortiferam conſuetudinem. Ex quo Deo ſervire cœpimus, & quantum malum in perjurio ſit vidimus, timuimus vehementer, & veternoſiſſimam conſuetudinem timore frænavimus; frænata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malæ conſuetudini bona ſuccedit.

Aliud remedium contra hanc improbam jurandi conſuetudinem dat S. Chryſoſt. *Ego te quendam docebo modum,* ait, *quem ſi tenueris, ſuperabis omnino. Cùm videris te ipſum vel alium quemquam, vel ſervorum, vel filiorum: vel uxorem hoc malo captos, & continuè commonefactos, neque correctos, iube non pranſos cubare; & hanc tibi & illis damnationem impone, damnationem non damnum, ſed lucrum ferentem.* Narrat de S. Auguſt. Poſſidonius, ne quiſquam facili juratione etiam ad perjurium decideret, & in Eccleſia populo prædicabat, & ſuos inſtituerat, ne quis juraret, ne ad modicum quidem. Quod ſi prolapſus fuiſſet, unam de ſtatutis perdebat portionem.

Hom. 5. ad Pop.

In vita cap. 25.

Exod. 20.

Nemo autem ſic exiſtimare debet: Dicit Dominus, *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* &, *Non perjurabis in nomine meo.* Ergo juramenta per creaturas facta, quia in illis non expreſſè nominatur Deus, non obligare nihilque eſſe, ſi quis per creaturas pejeret. Ita ſentiebant Scribæ & Phariſæi fœdiſſimè errantes; qui tamen excipiebant quaſdam creaturas avaritiæ ſuæ ſervientes, nempe aurum templi, & dona quæ Deo offerebantur, ideoque Sacerdotum erant. Quem errorem eis improperat Dominus. Conſtat enim ex Scripturis juramentum per creaturas factum, ita obligare, quemadmodum quod fit expreſſo Dei nomine. Iuravit enim Iacob ipſi Laban, *per timorem*

Levit. 19.

Matth. 23.

Gen. 31.

Digitized by Google

Ex dictis patet periculum eorum, qui in communi ſermone iurare aſſueſcunt. Unde Sapiens? *Iurationi non aſſueſcat os tuum;multi enim caſus in illa.* &, *Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga.* Nec putandum eſt conſuetudinem hac in re excuſare: ſicut enim conſuetudo nocendi, non extenuat, ſed aggravat iniquitatem:ita etiam hæc conſuetudo irreverentiæ in Deum. Ideò eam vocat D. Auguſtinus *peſſimam,deterrimam,mortiferam.* Et Patres ſcientes eam peccatis plenam, ad eamque reſpicientes, ita aliquando loquuntur, tanquam omne juramentum damnarent, certò tamen ſcientes non omnia iuramenta Deo diſplicere.

Ser. 28. de verb. Apoſ.

Chryſ. in 1. cap. ad Ro. & in 1. cap. ad Philip. in 6. cap. 1. ad Timoth. & hom. 9. in Act.

Contra quam conſuetudinem D. Iac. dat remedium, ita monens; *Ante omnia nolite jurare*, id eſt, cavete ab omni periurio, maloque iuramento. *Quomodo ante omnia? quia qui hàc conſuetudine oppreſſi iacent,ſicut quatriduanus mortuus ſub lapide,*inquit.Aug. *in hoc præ cæteris cauti eſſe debent plus ad hoc intenti quàm ad alia; maior enim conſuetudo maiorem intentionem flagitat.Lingua facilitatem habet motus,in udo poſita eſt, facilè in lubrico labitur. Quantò illa citiùs & faciliùs movetur, tanto tu adverſus illam fixiùs eſto. Domabis, ſi vigilabis;vigilabis,ſi timebis;timebis,ſi te Chriſtianum eſſe cogitaveris. Non fiat iuramentum hodie, pigriùs fit cras, ſi & cras factum non fuerit, minùs laboraturus eſt, qui cuſtodit; adiuvatur enim conſuetudine ſuperioris diei. Triduo moritur peſtis, de qua laboramus,& gaudebimus de fructu, quia magno bono abundabimus, ſi tam magno malo carebimus.*

Iac 5. Aug. ſer. 2. de ver. Apoſt.

Scribit idem Auguſt. ſe ante converſionem, iſtam jurandi conſuetudinem habuiſſe, ſimulque modum tradit, quo eam ſuperavit. *Iuravimus & nos*, inquit, *paſſim*

Ser. eodem & ſer. 116. in Nov.

Digitized by Google

paſſim habuimus iſtam teterrimam & mortiferam conſuetudinem. Ex quo Deo ſervire cœpimus, & quantum malum in perjurio ſit vidimus, timuimus vehementer, & veternoſiſſimam conſuetudinem timore frænavimus; frænata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malæ conſuetudini bona ſuccedit.

Aliud remedium contra hanc improbam jurandi conſuetudinem dat S. Chryſoſt. *Ego te quendam docebo modum*, ait, *quem ſi tenueris, ſuperabis omnino. Cùm videris te ipſum vel alium quemquam, vel ſervorum, vel filiorum: vel uxorem hoc malo captos, & continuè commonefactos, neque correctos, iube non pranſos cubare; & hanc tibi & illis damnationem impone, damnationem non damnum, ſed lucrum ferentem.* Narrat de S. Auguſt. Poſſidonius, ne quiſquam facili juratione etiam ad perjurium decideret, & in Eccleſia populo prædicabat, & ſuos inſtituerat, ne quis juraret, ne ad modicum quidem. Quod ſi prolapſus fuiſſet, unam de ſtatutis perdebat portionem. Hom. 5. ad Pop. In vita cap. 25.

Nemo autem ſic exiſtimare debet: Dicit Dominus, *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* &, *Non perjurabis in nomine meo.* Ergo juramenta per creaturas facta, quia in illis non expreſſè nominatur Deus, non obligare nihilque eſſe, ſi quis per creaturas pejeret. Ita ſentiebant Scribæ & Phariſæi fœdiſſimè errantes; qui tamen excipiebant quaſdam creaturas avaritiæ ſuæ ſervientes, nempe aurum templi, & dona quæ Deo offerebantur, ideoque Sacerdotum erant. Quem errorem eis improperat Dominus. Conſtat enim ex Scripturis juramentum per creaturas factum, ita obligare, quemadmodum quod fit expreſſo Dei nomine. Iuravit enim Iacob ipſi Laban, *per timorem* Exod. 20. Levit. 19. Matth. 23. Gen. 31.

Deut. 30. *patri ſui Iſaac*, nec alteri dubium fuit, quin juramentum eſſet obligatorium. Et Moyſes *teſtes invocat cœlum & terram*. Rhaab quoque exigit juramentum ab

Ioſue 2. exploratoribus *per Dominum*; illi autem juraverunt: *Anima noſtra ſit pro vobis in mortem*, utique volentes ſe obligare hoc juramento. Nullo modo ergo falſum jurandum, ne quidem per aliquam creaturam. In omni enim creatura quantumvis vili elucet ſumma Dei veritas. Non enim jurat Moyſes per cœlum, tanquam cœlum omnia noſſet, & ipſam veritatem intueretur; ſed quia in cœlo Dei Majeſtas elucet, & nos qui ſenſibilibus velut manu ducimur, hinc ſuſtollimur in ejus memoriam qui cœlum fecit, & gubernat. In juramento ergo meminit cœli ut oſtenderet quanti faceret veracitatem, & ſcientiam atq; potentiam gubernatoris cœli. Hactenuſq; adhibetur creatura à jurante ad confirmationem dicti. Alioqui falſi Dei cultus eſſet, ſi quis per creaturam ſecundum ſe, & non quatenus in ea Deus agnoſcitur, juraret.

Matth. 23. Clarum eſt igitur in juramento per creaturam aſſumi nomen Domini. *Qui* inquit Chriſtus, *iurat in templo, iurat in eo qui habitat in illo: & qui jurat in cœlo, jurat in illo qui ſedet ſuper cœlum. Quari poteſt*, ait D. Auguſt. *cùm diceretur, Ego autem dico vobis, Non jurare omnino: cur additum ſit, neque per cœlum, &c. Credo propterea, quia non putabant Iudæi teneri ſe juramento, ſi per iſta juraſſent, quod non vitio præcipientis, ſed illis malè intelligentibus factum eſt. Itaque Dominus docet, nihil eſſe tam vile in creaturis Dei, ut per hoc quiſquam perjurandum arbitretur, quando à ſummis uſque ad infima divina providentia, creata regerentur, incipiens à throno Dei uſque ad capillum album aut nigrum.*

Lib. 1. cap. 31. de ſer. Dom. in mont.

Quæri-

Quæritur an exigi poſſit juramentum à pejeraturis? Dicit S. Auguſt. *In ſcripturis nuſquam legiſſe me memini, ne ab alio juratione accipiamus. Sed qui exigit juramentum, multum intereſt ſi neſcit illum falſũ juraturũ; an ſcit. Si enim neſcit & ideò dicit, Iura mihi, ut fides ei fiat, non audeo dicere non eſſe peccatum, tamẽ humana tentatio eſt. Si autẽ ſcit eum feciſſe, vidit feciſſe, & cogit jurare, homicida eſt. Ille enim ſuo perjurio ſe peremit, ſed iſte manum interficientis & expreſſit, & preſſit.* Et alibi; *Ille qui hominem provocavit ad jurationem, & ſcit eum falſum juraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam; imò duas animas, & ejus quem provocavit jurare, & ſuam.* Et quanquam qui paratus eſt pejerare, ſe jam peremerit, ſine cauſa tamen non licet permittere, ut expreſſis verbis perjurio polluatur nomen Dei. Nulla verò utilitas provenit homini, ſi debitorem ſuum pejerare permittat; ideoque propter honorem Dei potiùs impedire, quàm admittere perjurium debet.

Epiſt. 154.

Ser. 117. in Nov.

Eod. ſerm.

Narrat S. Auguſtinus terribile exemplum de quodam cive Hipponenſi (ex cujus ore ſe audiſſe teſtatur) qui cùm alium quem pejeraturum ſciebat, ad jurandum provocaſſet, ipſâ nocte dicebat ſe exibitum fuiſſe ad Iudicem, & cum magno impetu atque terrore ſe perveniſſe ad præſidentem excelſum quendam & admirabilem virum, & interrogatum fuiſſe his verbis; *Quare provocaſti hominem ad jurationem, quem ſciebas falſum eſſe juraturum?* Reſpondit ille; *Negavit mihi rem meam.* Reſponſum eſt illi; *Et nonne melius erat*

ut rem

ut rem tuam quam exigebas, perderes, quàm animã hominis iſtius falſa juratione perimeres? Proſtratus eſt: iuſſus eſt cædi: Cæſus eſt tam graviter, ut in dorſo evigilantis veſtigia plagarum apparerent. Sed dictum eſt illi, poſtquam emendatus eſt; *Parcitur innocentiæ tuæ; de cætero cave ne facias.*

MONITVM LXXVI.

Vovete & reddite.

Pſal. 76.

Heſth. 14. NEmo exiſtimet Deo aliquid voveri, vel promitti; quaſi inde fieret certior; ipſe enim omnium habet ſcientiam, & novit omnia antequam

Pſal. 15. fiant; aut quaſi nos voti expletione aliquid ei conferamus; *bonorum enim noſtrorum non indiget*, ne ipſâ quidem iuſtitiâ hominis. Cur ergo pro-

Epiſt. 45. miſſum exigit? *Benignus exactor eſt Dominus*, ait S. Auguſt. *non egenus, & qui non creſcit ex redditis, ſed in ſe creſcere facit redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur; quod autem redditur, reddendo additur.*

Promittimus autem Deo, quia hoc modo vo-

Augu. ibid. luntatem noſtram à bono propoſito valde labilem, conſtringimus; *felici quadam neceſſitate, quæ ad meliora compellit.* Mens enim hominis tametſi ſæpè multa bene proponat, *tam mutabilitatis ſuæ pondere ad aliud ſemper impellit, quàm eſt: quæ enim ſemper ſtantem deſeruit, ſtatum quem habere potuit, amiſit*, in-

11. 11. Mo. quit Gregorius. Ideò vovet, ideò promittit, vt in

ſancto

ſancto propoſito roboretur, ac confirmetur: firmiùs enim fixiuſque bonum retinemus, quod nos ſine gravi periculo amittere non poſſe videmus.

ral.cap. 27. 28.

Deinde vovemus, ut opus noſtrum gratius atque acceptius Deo ſit; quò enim eſt voluntas in ſancto propoſito conſtantior atque ſtabilior, eò melius gratiuſque eſt quod ex ea boni proficiſcitur: ſicut è contrà quò voluntas eſt in malo obfirmatior, eo ipſo redditur peius quod agitur ex ea. Ex eo etiam longè melius facit, qui ex voto aliquod opus ad Dei honorem facit, quàm qui non ex voto: Non ſolùm enim is Deo offert ipſum opus bonum, ſed & poteſtatem & libertatem ſuam; ſicut ille multo plus dat, qui arborem unà cum fructibus dat, quàm qui ſolùm fructus.

Denique qui caſtitatem vovet, eâ ratione ipſam concupiſcentiam valde minuit; *Plus enim ardenter ferunt libidinem*, inquit S. Auguſt. *quæ non deſperant ejus voluptatem: quæ autem caſtitatem Deo vovent, ipſam ſpem ſubtrahunt, quæ fomes amoris eſt; Unde faciliùs concupiſcentia refrænatur, quæ nullâ exſpectatione ſuccenditur. Contra quam tamen* (addit) *niſi oretur ut ſuperetur, ipſa illicita exoptatur ardentiùs.*

De bono viduit. cap. 20.

D. Ambroſ. in Symmachum, dicit quòd *Veſtalium virginitas eſſet emptitia, tẽporaria, ac faſtu plena: eaſdemque poſt emeritacaſtitatis ſtipendia, annorum videlicet 30. nubere conſuevisſe* lib. 1. de Virginib. De quibus & Prudent. *Non totum ſpes ſalva interficit ignem, Nam reſides quandoque faces adolere licebat*, &c. *Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam. Qualis eſt iſta non morum pudicitia, ſed annorum, quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur?* inquit Ambroſius.

An

Digitized by Google

Deut.23. An voto aliquid obligationis accedat? Multum ſanè Vnde Dominus in Script. *Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolveris polliceri, abſque peccato eris. Quod autem ſemel egreſſũ eſt de labiis tuis, obſervabis, & facies* Eccleſ.5. *ſicut promiſiſti Domino Deo tuo.* Et rurſum: *Diſplicet Deo ſtulta & infidelis promiſſio: multoq; melius eſt non vovere quàm poſt votum promiſſa non reddere,* Dicit Apoſto- 1.Timoth. 5. lus; quód viduæ quæ voverant Deo caſtitatem, humanas poſteà appetentes nuptias, *damnationem haberent: quòd primam fidem*, Deo videlicet datam de ſervanda caſtitate, *irritam feciſſent.* Vocant autem Patres, eas quæ votum caſtitatis violant, *Chriſti adulteras*, ut S. Cypr. Sic & Auguſt. *Virgo*, inquit, *quæ ſi nuberet, non peccaret: ſanctimonialis, ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur.*

De habit. virg & Epiſt.62. In Pſal.83. De bo.viduit.cap.11. De cuſtod. virg.& lib. 1.in Iov.& ad Sabinia. In epiſt.ad Regem Angl. anno Chri.745. apud Baro. Epiſt. 45. De bo. vid. cap.9.

Imò ait idem Aug. *Planè non dubitaverim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ Deo vovetur, adulteriis eſſe pejores.* Et D.Hieron. *Virgines, quæ poſt cõſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm incœſtæ.* D. Chryſoſt. Theodorum Monachum increpans; *Vxoris*, inquit, *laqueis implicari, adulterii crimen eſt admittere.* D.Bonif.Epiſc.Mog. *Quantâ, ait, pœna afficeretur ſervus, qui uxorẽ domini ſui violaret: multò ſanè graviori afficiendus, qui ſponſam & uxorem Dei violat,* &c. Reſcriptum Ioviniani capitali pœna ferit eos *qui non dicam rapere, ſed attentare tantùm, jungendi cauſa matrimonii, ſacratiſſimas virgines auſi fuerint.*

Epiſt.199. Rurſum D. Auguſt. *Quia jam voviſti*, inquit, *quia te obſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet Non talis eris, ſi nõ feciſti quod voviſti, qualis mãſiſſes, ſi nihil tale voviſſes: minor enim tunc eſſes, non pejor; modò autẽ tantò, quod abſit*

ſit, miſerior, ſi fidem Deo fregeris, quantò beatior, ſi perſolveris. Et iterum; *Quicunque continentiam voviſtis, reddite quod voviſtis: quia non exigeretur, ſi non voviſſetis. Quod potuit licere, non licet: non quia nuptiæ damnantur, ſed qui retroſpicit, damnatur.*

Ser. 13. in Nov. Vide Baſil. de Virg. Ambr. ad lapſam. ca. 5. & 9. Chryſ. ho. 13. ad Hebr. De veland. vir. cap. 16. Lib. 6. con. Donat. Ad virg. lapſ. cap. 5.

De his nuptiis ſpiritualibus, Tertul. *Nupſiſti*, inquit, *Chriſto, illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti nativitatem tuam. Incede ſecundùm ſponſi tui voluntatem.* Et optatus Milev. *Spirituale nubendi hoc genus eſt: in nuptias ſponſi jam venerant voluntate & profeſſione ſuâ, & ut ſæcularibus nuptiis ſe renuntiaſſe monſtrarent, ſpirituali ſponſo ſolverant crinem. Iam cœleſtes celebraverant nuptias.* D. quoque Ambroſ. *Quæ ſe ſpopondit Chriſto, jam nupſit, jam immortali juncta eſt viro: & ſi voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.* De velamine autem ſacro, virginitatis inſigni quod Virginibus dari ſolet, & aliis, vide Baron. tomo 1. an. Chriſti 57.

An temerarium & periculi plenum ſit vovere, cùm donum Dei ſit caſtitas, quod dat cui vult, maximè cum ruinâ multorum ſit manifeſta, &c. Quòd ſi quia periculum eſt in vovendo, vovendum non eſt, *ergo nemo militet*, inquit Ambroſ. *ne aliquando vincatur, nec pedis utatur obſequio, qui gradiendi periculum reformidat, nec oculi intendat officio, cui concupiſcentia timet lapſum.* Tamen ut nec ruinam veriſimiliter impendere putemus (quod ratio periculi poſtulat) confirmat nos Apoſt. dicens; *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſque in finem.* &; *Non patietur Deus vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiã cũ tentatione proventũ, ut poſſitis ſuſtinere.* De Domini ergo miſericordia confidentes, auxilium adfore ſperamus, quo in ſtudio virtutis perſeveremus quam cœpimus.

De viduis. Philip. 1. 1. Cor. 10.

Neq; enim hoc noſtrarum eſt virium, ſed ejus à

Digitized by Google

Iac. 1. *quo omne datum optimum & omne donum perfectum eſt; qui dat omnibus affluenter petentibus, & non improperat*: ut qui poſt votum alicujus virtutis eam ſe non habere perſpexerit, non id authori & inſpiratori Deo, qui dare noluerit, ſed ſibi qui à propoſito ſancto turpiter langueſcendo defecerit, adſcribere debeat. Quomodo autem petenti & vigilanti non ſit daturus, rem poſt votum neceſſariam; qui ſe petentem exauditurum promiſit: *Petite*, inquit, *& accipietis: pulſate, & aperietur vobis.* Aut cur hoc aggredi propter incertum exitum, temerarium ſit, quod ipſe Dominus adhortando & conſulendo vocat fideles ſuos?

Matth. 7.

Matth. 19. 1. Cor. 7.

Nec ad periculi demonſtrationem quicquam valet ruina multorum, qui ſi nollent, profectò non ruerent. Aut ſi aliquando non poſſe dicantur, hoc ideò, quia *non tantum volunt, quantum ſat eſt ut valeant.* A Deo ergo petenda, magna voluntas & robuſta, ut tantum velint, quantum ſat eſt vt poſſint. Sicut autem periculoſa non eſt, ſed omninò ſalutaris, ſecura, & optabilis Chriſtianæ religionis ſuſceptio (cujus & rectè fit promiſſio cujus exemplum eſt apud D. Auguſtinum, qui ſcribit *quendam voviſſe ſe Chriſtianum fore, ſi filia ejus ſana fieret: quod votum cùm non impleſſet, ideoq; eſſet cæcitate percuſſus, voviſſe iterum, ſi viſum recuperaret; ſe incunctàter ſuſcepturum Chriſtianiſmum, recepit, & implevit,*) Sicut ergo ejus eſt ſalutaris & ſecura ſuſceptio, etſi multos, eâ ſemel ſuſceptâ, ruere graviùs videamus, quòd vitam nolint agere ſuæ profeſſioni congruentem; de quibus D. Petrus: ſic nec ejus ſtatus, qui conſulitur tantùm; niſi fortè ex perſonæ qualitate voventis, & conditione, emergat metuendi

Li. 10. conf. cap. 23.

De grat. & lib. arb. ca. 15. 16. 17.

Epiſt. 67.

2. Pet. 2.

Digitized by Google

metuendi cauſa periculi, quia, videlicet, non ſe antè præparârit, rebuſque neceſſariis inſtruxerit, nec proficiendi ſtudium præ oculis habuerit, ſed vitæ otium, & ventris cultum.

Quamuis autem præcepti aut conſilii viam, niſi Deo donante, & opitulante ingredi nequeamus? *non tamen ratione caret*, ait S. Auguſtinus, *ut nos promittamus, & Deus faciat: præſertim cùm hoc ita faciat, ut id in noſtra poteſtate, ſi vigilemus & oremus, eſſe voluerit. Debet ergo*, ait idem Auguſtinus, *impiger eſſe animus, ut & voveat & reddat: ne cùm ſe minùs putat idoneum ad reddendum, piger ſit ad vovendum.* Epiſt. 105. In Pſal. 131.

Dicunt præterea hæretici, laqueum illum iniicere, qui vota facienda exigit. Quod ſi intelligant, qui vota iam facta vult impleri, laqueum ergo iniecit, qui dixit; *Cùm votum voveris Domino, non tardabis reddere.* Sed ſi intelligant; qui mandat, ut quis voveat cœlibem vitam, verum dicunt: ſed ſub ſpecioſo verborum involucro, ac tinnitu perſuadere conantur, vota eſſe impiâ. Sicut non iniicit laqueum, qui conſulit virginitatem, ita nec ille qui conſulit votum. Is laqueum iniicit, qui invitum, ad quæ non obligatur, adigit, aut qui quempiam decipit, ut in perniciem ſuam ſponte incurrat. At qui ad maius bonum invitat, is non illaqueat. Deut. 23.

Deum noſtrum idolis ſimilem faciunt, de quibus ſcriptum eſt; *Si quis illis votum voverit, & non reddiderit, neque hoc requirunt.* Et illis rectè dicit Deus ipſe; *Suſcitavi de filiis veſtris in Prophetas, & de juvenibus veſtris Nazaræos, & propinabatis Nazaræis vinũ, & Prophetis mandabatis, dicentes; Ne prophetetis.* Sic hæretici habentibus votum caſtitatis, propinant libidi- Baruc. 6. Amos. 2.

Digitized by Google

nem; cùm eam permittunt, ad eamque incitant eos, quibus uſus Veneris ob votum Deo factum planè
Pſal. 5. interdictus eſt. *Vovete ergo, ait David, & reddite Domino Deo veſtro.*

Ibi D. Aug. Ubi D. Auguſt. *Quid tibi dicat Pſalmus attende, Non dicit; Nolite vovere; ſed, Vovete & reddite. Quia audiſti, reddite, non vis vovere? Ergo vovere volebas, & non reddere? Imò utrumque fac. Vnum ſit ex profeſſione tuâ, aliud ex Dei adjutorio perficietur. Aſpice eum qui te ducit, & non reſpicies retrò, unde te educit. Qui ducit, ante te ambulat; unde te eduxit, poſt te eſt. Ama ducentem, & non te damnat retrò reſpicientem.* Et iterum; *Non ſitis pigri ad vovendum; non enim viribus veſtris implebitis: deficietis, ſi de vobis præſumitis; ſi autem de illo, cui vovetis, vovete ſecuri, reddetis.*

MONITVM LXXVII.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis.

Matth. 11.

Ioan. 12. DIxit Chriſtus in Evangelio: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Cogitetur ergo Chriſtus exaltatus à terra, & in cruce pendens, iſta verba conſolationis plena clamare generi huma-
Pſal. 33. no, *Venite ad me omnes, &c.* Venite imprimis Turcæ, hæretici, & infideles, *accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Exaltatus eſt enim à terra, ut omnes à profundo infidelitatis ad ſe
Luc. 17. traheret. Dicamus ergo ei; *Domine, adauge nobis fidem:*
Marc. 9. *Credimus, Domine, adjuva incredulitatem noſtram, tra-*
Cant. 1. *he nos* de profundis errorum *ad te, curremus in odorem*

dore unguentorum tuorum ; illuceſce his qui in tenebris Luc. 1.
ſedent,& in umbra mortis,& da eis fidem tui, Domine
Converte nos ad te,& convertemur.

Venite deſperantes præ multitudine peccatorum
veſtrorum. Exaltatus eſt enim ut nemo quantumvis Ioan. 3.
profundè jacet, deſperet, quin oculos ad eum eri- 2. Cor. 5.
gens,ſanetur. Ipſe *ſerpens,peccatum, maledictum factus* Galat. 3.
eſt, ut nos à maledicto peccatorum liberaret. A bun-
dè fluit ſanguis ad purgandos vos in remiſſionem
peccatorum veſtrorum. *Ipſe vulneratus eſt propter ini-* Iſai. 53.
quitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Di-
cite igitur ei; *Miſerere mei Deus, ſecundum magnam* Pſal. 50.
miſericordiam tuam. Aſperges me, Domine, hyſſopo &
mundabor lavabis me,& ſuper nivem dealbabor. Agnus
Dei,qui tollis peccata mundi,miſerere nobis. En pen-
det expanſis manibus, atque confixus, ut neminem
venientem poſſit repellere, ſed omnes magno amo-
re ſuſcipiat.

Venite ſuperbi, *humiliavit ſe filius Dei uſque ad pati-*
bulum crucis inter latrones,ut ſuperbiam veſtram ne-
caret,& diceretis ei; *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* Ve-
nite libidini & gulæ ſervientes; ipſe Chriſtus confi- Pſal. 35.
xus eſt clavis,ut vos diceretis ei,& impetraretis, *Con-* Pſal. 118.
fige timore tuo carnes meas ; à judiciis enim tuis timui
Ipſe ſanguine defluente exaruit, ut vos oraret-
tis, dicentes: *Vre renes meos, & cor meum. Cor* Pſal. 25.
mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova Pſal. 50.
in viſceribus meis. Venite avari inaniter glorioſi, &
terrenorum ſectatores, & videte quòd *non habet ubi* Matth. 8.
caput ſuum reclinet, & opprobrium eſt omnium homi- Pſal. 21.
num. Venite delicati,& torpidi, & videte, cur tanto
labore Chriſtus laboraverit: & cogitate quantum

debeatis laborare pro veſtra ipſorum ſalute, ſi ita Chriſtus laboravit pro aliena. Venite qui verbis & factis proximo eſtis injurii, & agnoſcite quid injuriarum in verbis & factis ſuſtineat Dominus.

Venite qui proximum non diligitis, ſed odio & invidiâ proſequimini, & videte *charitatem Filii Dei erga nos impios*, ut per eam & nos accenderet ad ſuum amorem. Venite immiſericordes, & videte quomodo Filius Dei inimicorum ſuorum miſertus ſit, orando etiam pro ſe crucifigentibus, & multos ex iis, etiam eo ſanguine quem effuderant, ſalvando. Venite inobedientes & rebelles, qui jugum ferre non vultis, neque cuiquam ſubeſſe, vel præcepta ſuperiorum ſervare, & videte quòd *Filius Dei obediverit uſque ad mortem crucis*, ut nobis obedientiam largiretur. Dicite igitur ei, *Noſtras rebelles ad te compelle propitius voluntates. Da Domine quod jubes: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.* Dictum eſt enim, ô Ieſu, de te, quòd *ſi poſueris pro peccato animam tuam videbis ſemen longævum, & voluntas Domini in manu tua dirigetur:* dictum eſt de te, quód *lex Domini in manu Mediatoris poſita eſt. Tu enim veniſti implere legem; tu miſſus es in ſimilitudinem carnis peccati, ut juſtitia Dei impleretur in nobis.*

(Rom. 5. — Luc. — Cyp. de bon. par. — Philip. 2. — Aug. lib. 10. conf. cap. 29 — Matth. 6. — Iſai. 5. — Galat. 3. — Matth. 5. — Rom. 8.)

Venite etiam pii & humiles, juſti, miſericordes, terrenorum contemptores, & agite gratias Domino, dicentes; *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Sed non ita gratias agatis, quaſi eâ cruce amplius non egeatis. Egetis enim multum per omnem modum. *Si enim iniquitates veſtras obſervare voluerit*, non ſuſtinebitis. *Si non laverit vos,*

(Gal. 6. — Pſal. 129.)

vos non habebitis partem cum eo. Sed ſpes veſtra eſt, quia hæc *redemptio copioſa eſt*, & quia *non exquirit delicta vehementer, fiducialiter ſperatis aliquem apud eum locum invenire indulgentiæ. Sed nolite judicare voſmetipſos antequam veniat Dominus, quia etſi conſcii vobis non eſtis, non tamen in hoc juſtificati eſtis*, id eſt, de iuſtitia ſecuri. Fortè occulta ſcelera Deo conſpicua in corde veſtro vos latent; *timete ergo occulta veſtra, quæ norunt oculi Domini, veſtri autem non.*

Ioan. 13. Aug. lib. 10. conf. cap. ult. 1. Cor. 4. In conf. ibid. ca. 37.

Deinde non poteritis antiquum ſerpentem, & laqueos ejus vincere, niſi per ſanguinem hujus agni. Dicite, *Amplius lava me ab iniquitate mea: aſperges me Domine hyſſopo: ab occultis meis munda me Domine. Proba me, Deus, & ſcito cor meum; interroga me, & cognoſce ſemitas meas:* &, *Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. Non des in commotionem pedem meum. Et ne nos inducas in tentationem.* Dicamus cum Eccleſia pro omnibus.

Pſal. 50. Pſal. 18. Pſal. 138. Pſal. 140. Matth. 6.

O crux ave ſpes unica,
Auge piis juſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Defenſor noſter aſpice,
Inſidiantes reprime,
Guberna tuos famulos,
Quos ſanguine mercatus es.

Crux enim tua, omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.

Leo ſer. 8. de paſſ.

Digitized by Google

MONITUM LXXVIII.

Domine ſalva nos, perimus.

Matth. 8.

DOcent nos Apoſtoli in omni tentatione, periculo, conflictu ad Chriſti auxilium eſſe confugiendum, ſub cujus alis & protectione liberationem, ac victoriam ſperare licebit, quemadmodum ſcriptum eſt: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis ejus ſperabis. Scutò circumdabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano.* Breviter commonſtrat Propheta pericula quæ nos circumvallant, ſive ex proſperis adverſiſque rebus, ſive per ignorantiam, & clara etiam illuſtrique ſcientia, per cupiditatis æſtum: ut diffiſi nobis, à potentiore quæramus auxilium. Si enim in nobis ipſis ſpem victoriæ conſtituerimus, ſuccumbamus neceſſe eſt. *Quia maledictus*, inquit Propheta, *qui ſpem ponit in homine, & firmat carnem brachii ſui, & à Deo recedit cor ejus.*

Pſal. 90.

Ierem. 17.

Quò loco nomine carnis intelligenda eſt humana fragilitas, ut is firmare cenſeatur carnem brachii ſui, qui potentiam fragilem atque invalidam, hoc eſt humanam, ſibi ſufficere putat ad reſiſtendum & vincendum, nec adjutorium ſperat à Domino. In hac carne, qui ædificium juſtitiæ, velut in arena, conatur exſtruere, cognoſce ex Evangelio, quam habeat adverſus diaboli machinamenta, firmitatem. *Venerunt*, ait, *flumina, & flaverunt venti, & facta eſt ruina domus*

Matth. 7.

mus illius magna. Apoſtolus autem cùm ædificare ſuper petram maluiſſet, *gratias agit Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum Ieſum Chriſtum.* Gal. 6. Vt victoria quâ peccatum vincitur, nihil aliud eſſe videatur, quàm Dei donum per Mediatorem Chriſtum, quo in ipſo certamine liberum arbitrium convaleſcit.

Sic itaque nos benigniſſimus Deus in libertatem aſſeruit, ut deinceps tamen in omni certamine, ſuo nos ab auxilio pendere vellet, crucemque ſpectare. Quod eſſe faciendum cùm fideliſſimus gratiæ prædicator Apoſtolus pulchrè perſpiceret: *Mihi*, inquit, *abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu* Galat. 6. *Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Gloriari, ergo de re quapiam, non nefas omni modo duxit. Quid autem eſt quòd gloriandi cauſam præbeat juſtiorem, quàm de diabolo & peccato parta victoria? ſed ne hoc ipſum cuiquam niſi Chriſto tribueretur, & in alio aliquo de hac ipſa victoria gloriaremur, hîc ſe principem ac ducem præbuit Apoſtolus, vehementer hoc ſui exemplo commendans, ut alienum vellemus à nobis eſſe gloriari, *niſi in cruce Domini noſtri Ieſu* Gal. 6. *Chriſti*; per quem, prorſus, ut illi erat, ita nobis crucifixus eſt mundus, noſque mundo. Non ergo in nobis noſtraque induſtria, ſed in Chriſto, atque ejus cruce ſpes victoriæ ponenda eſt, quæ ſi aliò reſpexerit, brevi labaſcet ac concidet, eventu fruſtrata felici.

Ea res & in populo Iudaico adumbrata reperitur, in quo omnis noſtra figurata actio eſt. 1. Cor. 10. Cùm enim Amalech, & omnis cum ſuo duce gens adver- Exod. 17. ſa occurreret, bellum rudi plebi indicens, quam

à ſe credebat facilè ſuperandam, conſertaque pugnâ adverſarii plurimùm prævalerent, extendens Moyſes manus ad Deum, crucifixi inſtar expreſſit. Quo ſigno cadentes hoſtes, dum manus Moyſi inclinarentur fortiter vincebant, ut autem ipſius manus ſtabiles fierent, Aaron & Hur ſuſtentabant. Quibus iſto modo quadam ſtabilitate firmatis, cadens fugienſque Amalech omnis extinctus eſt. Hîc ergo ſi reſpiciamus, ut debemus, noſtri Mediatoris ſignum, cùm per David canentem recordemur, *Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*; cujus in paſſione Sol & Luna habitum curſumque mutavit: quis ſpiritus adverſarius, quæve inimica poteſtas, huic ſigno queat obviare? ac non potiùs debilitata, metu aufugiat; ſi tamen ſpes pugnantis pendeat ex manibus crucifixi, per quem quotidie eruimur de poteſtate tenebrarum: ſi ad nos ipſos relabimur, crucemque deſerimus, vincamur neceſſe eſt, & viribus idoneis, & firmo ſatis præſidio deſtituti. Hinc definiunt Patres in omni tentatione, etſi illic habeamus propriam voluntatem, non ex illa tamen, ſed ex Crucifixi adjutorio provenire victoriam.

Pſal. 140.

Breviter hoc myſterium D. Auguſtinus aperuit contra Fauſtum ſcribens, *Ducitur*, inquit, *populus per deſertum, baptizati omnes, nondum perfruentes promiſſâ patriâ: ſed quod non vident ſperando, & per patientiam exſpectando, tanquam in deſerto ſunt. Et illic laborioſæ & periculoſæ tentationes, ne corde revertantur in Ægyptum, nec ibi tamẽ Chriſtus deſerit: nam & illa colũna non recedit, & amaræ aquæ ligno dulceſcunt, quoniam inimici populi, ſigno crucis Chriſti honorificato, manſueſcunt, & duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ arbores irrigan-*

Lib. 12. cap. 30.
Rom. 8.
Exod. 13.
Exod. 16.
Ibid.

irrrigantes. Apoſtolicam gratiam præfigurant, populo, in ſeptenario numero decuplato, rigantem; ut per ſeptiforme Spiritus donum, legis decalogus impleatur: & hoſtis intercludere moliens viam, extenſis Moyſi manibus, ſigno crucis Dominicæ ſuperatur; & morſus mortiferi ſerpentis, exaltato & reſpecto æneo ſerpente, ſanantur, quod verbis ipſis Domini declaratur, quibus ait: Sicut exaltavit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Sic Auguſtinus. Num. 21. Ioan. 3.

Nemo proinde ſic exiſtimetur à peccati dominatione liberatus, ut jam non indigeat ſui liberatoris auxilio; ſed ita potiùs, ut ab illo audiens, *Sine me nihil poteſtis facere*; dicat ei & ipſe, *Adjutor meus eſto, ne derelinquas me.* Namque liberatus erat Propheta David, magnâque juſtitiâ & virtute donatus: ſed cùm hinc exultaret, parumque perpenderet, non ſolùm ut juſtus ac liber fieret, verùm etiam ut juſtus liberque maneret, divinæ miſerationis opem adhærere ſibi ſemper oportere, *dixit in abundantia cordis ſui*, propriæ videlicet præſumptione virtutis, inſolenter elatus: *Non movebor in æternum.* Putaverat enim ſuum fuiſſe bonum, quòd ei ſic abundaverat, ut non moveretur; verùm ut oſtenderetur cujus eſſet id bonum, de quo tanquam ſuo cœperat gloriari, paululùm gratiâ Dei deſerente, admonitus dicit; *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem; avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Ioan. 15. Pſal. 26. Ambroſ. lib. 2. in Lucam. Pſal. 29. Pſal. 29.

Facilè ut hinc appareat neceſſarium eſſe homini, ut gratiâ Dei non ſolùm juſtificetur, verumetiam cùm jam fuerit ex fide juſtificatus, ambulet cum illo gratia, & in eam incumbat ipſe, ne cadat, ut gratulabundus, & de evitata ruina lætus, dicere

Pſal. 117. cùm Propheta poſſit; *Impulſus everſus ſum ut caderem, & Dominus ſuſcepit me: fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis juſtorum. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.* Ipſe enim

Iſai. 40. eſt, quemadmodum alius Propheta ſcripſit, *qui dat laſſis virtutem, & robur multiplicat; deficient pueri & laborabunt, & iuvenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.*

MONITVM LXXIX.

Aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.

Marc. 16.

PRimò dicendum quid Chriſtus egerit poſt ſuam reſurrectionem. Multis teſtimoniis per

Heſſ. in Symb. dies quadraginta eam apud diſcipulos ſuos probavit. Non ſolùm priſtinam effigiem ſuam & loquelam unà cum veſtigiis clavorum & lanceæ, oculis eorum & auribus offerens, *carnem & oſſa*

Luc. 24. *palpanda præbens*, coram eis priſtino more comedens; ſed & cœleſtibus divinitatis ſuæ miracu-

Ioan. 20. lis, ſive dum infuſo Spiritu ſancto mentem eorum cæcitate clauſam, *ad intelligentiam Scripturarum*

Ioan. 21 *aperuit*, ſive dum *jannis clauſis ad eos introivit*, ſive dum piſces magnos, & multos non rupto reti

Luc. 24. capi fecit. Imò *per Moyſen & Prophetas, tam paſſionem*

nem ſuam, quàm reſurrectionem probavit. Se verò ad immortalem vitam reſurrexiſſe monſtravit, dum cum diſcipulis non eſt more miſeris conſueto verſatus. In his autem cunctis apparitionibus hoc obſervavit ut à nemine videretur, qui non priùs nuntio aliquo reſurrectionis jam peractæ eſſet præparatus: ne res nova & incredibilis impræparatis fieret repentinâ ſui oſtenſione phantaſmati ſimilis.

Eorum verò quibus apparuit, nemo legitur credidiſſe reſurrectionem, donec ipſemet Dominus eis apparens, omne ambiguum à corde ejus per gratiam ſuam exemit: quia quantum ad ea quæ ſunt fidei perſuadenda, ut ea homo verè credat, *neque qui plantat* primò exteriùs nuntiando, 1.Cor. 3.
neque qui rigat poſteà exhortando, eſt aliquid, *ſed ſolus qui per gratiam ſuam incrementum dat Deus.* Ita porrò hiſce diebus fidem confirmavit reſurrectionis, *ut de regno Dei*, id eſt, Eccleſia ſua, ſimul interim inſtitueret diſcipulos, aperto ſenſu eorum, ut intelligerent Scripturas, de Chriſti myſteriis & Eccleſia loquentes, docenſque imprimis, quòd ipſe Deus, etiam ut homo jam poteſtatis ſuæ in omnia quæ in cœlo ſunt & in terra, executionem accepiſſet, impetraſſetque ut Deus hominibus dignaretur eſſe Deus & Pater: ideóque nulli homini aut genti tam lætum nuntium abſcondendum, ſed per omnes gentes diſſeminandum. Imò & hujus fructum, nempe remiſſionem peccatorum, & ſalutem per baptiſmum (ſub quo reliqua Sacramenta intelligenda ſunt) communicandum. Quin etiam donavit diſcipulis admirabili Spiritus ſancti munere, *ut peccata remittere poſſent*

Actor. 1. Luc. 24. Matth. 28. Ioan. 20. Matth. 28. Marc. 16. Ioan. 20.

Digitized by Google

poſſent & retinere: utque inter eos perpetuò cuſtodiretur unitas, unum eis vice ſuâ præfecit Paſtorem, promiſitque quòd *cum eis eſſet uſque ad conſummationem ſæculi.*

Matth. 28.

Luc. 24.

Act. 1.

Probatâ itaque quantum ſatis erat glorioſæ reſurrectionis in eodem in quo vixerat corpore, veritate, aſcendit in cœlum: *Eduxitq; diſcipulos ſuos ex Ieruſalem in Bethaniam*, & conſolatus eſt eos promiſſióne Spiritus ſancti, ſtatim adventuri, & ſuper eos in civitate Ieruſalem deſcenſuri: *ac elevatis manibus ſuis benedixit eis*, & manifeſtè omnibus videntibus receſſit ab eis aſcendens in cœlum, illis eum intuentibus & adorantibus, donec nubes exciperet ab oculis eorum, & angeli deinde jam eò receptum, & eâdem formâ quâ aſcenderat ad judicium venturum nuntiarent. Magno autem gaudio ex Chriſti aſcenſione, & ſui benedictione diſcipuli perfuſi ſunt, dum viderent omnia, quæ de Chriſto prædicta erant, eſſe completa, ſcirentque ſe ſtatim Spiritu Chriſti ampliùs donandos, & confiderent ſe brevi Chriſtum ad cœleſtia ſecuturos, eò quòd *ipſe jam ſuper omnes cœlos, & omnem principatum & poteſtatem, atque virtutem collocatus veluti verus & ſummus Sacerdos, atque ſedulus advocatus, pro eis vultui Dei appareret, & apud eum interpellaret.*

Epheſ. 4. Epheſ. 1. Heb. 7. & 9. 1. Ioan. 2.

Aug. ep. 119. ca. 15.

Quadrageſimo autem die poſt reſurrectionem ſuam aſcendit, eò quòd 40. *dierum numero, tempus miſeriæ hujus deſignetur*, in quo opus eſt conſolatione per ſpem reſurrectionis noſtræ, quam certam concipimus ex reſurrectione Domini. Decimo autem die pòſt demum miſit Spiritum ſanctum, ut eum qui Decalogi impletionem donat, diebus decem ardentibus votis exſpectarent. *Sicut autem Chriſtus in*

in humilitate ſua, noſtram ſuperbiam & malitiam eliſit, nos ab ea redimens: ita in gloria ſua redemptionis noſtræ myſterium peregit, & mentes infirmas, deſperatione juſtitiæ & immortalitatis dejectas, in ſpem juſtitiæ & æternitatis erexit: ad hoc reſurgens, ut mentes noſtras impietate mortuas, & ſepultas, ad novam & juſtam vitam in hoc ſæculo gerendam ſuſcitaret; corpuſq; hoc mortale tandem abſorpta morte, immortalitate renovaret: ad hoc aſcendens in cœlum, ut quæ ſuperna ſunt ſaperemus; illuc ſpem noſtram erigeremus, & tandem in cœlo cum illo conſederemus & regnaremus. Auguſt. li. 4. de Trinit. cap. 4.

Sed quærat aliquis, Vbi nunc eſt Chriſtus, & quid nunc agit? *Sedet*, id eſt, ſecundùm naturam humanam nunc regnat & judiciariam poteſtatem exercet ſupra omnem creaturam, idque non procul à Patre, ſed juxta Patrem, id eſt, in eodem throno regio cum Patre (qui thronus eſt cœlum) nec in ſiniſtra Patris, ſed *ad ejus dextram*, id eſt, in ſumma felicitate & gloria Patris. Quæ in hoc conſiſtit, quòd ipſe homo Chriſtus nunc perfectè beatus, eandem habet naturam cum Patre, unus Deus cum eo exiſtens: & tantus eſſe ab omnibus angelis & piis hominibus agnoſcitur, unáque cum Patre glorificatur. Qualem eum agnoſcent etiam impii omnes, cùm (ſicut in paſſione ſua minatus eſt) *videbunt Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei venientem in nubibus cœli.* Marc. 16. Aug. de fide & Symb. cap. 7. Matth. 26. Marc. 14.

Tunc pleniſſimè ſubjecta erunt ei omnia, & apertum exercebit judicium. De quo ita D. Greg. *Hoc nobis magnopere eſt perpendendum, quia is qui placidus aſcendit, terribilis redibit: & quicquid nobis cum manſuetudine præcepit, hoc à nobis cũ diſtractione exiget.* Sed ubi & quomodo in cœlo eſt corpus dominicum colloca- Hom. 29.

Aug. ibidẽ cap. 6. collatum? *Hoc quærere curioſiſſimum & ſupervacaneum eſt; tantummodo in cælo eſſe credendum eſt. Non enim eſt fragilitatis noſtræ cælorum ſecreta diſcutere, ſed eſt noſtræ fidei, de Dominici corporis dignitate ſublimia & honeſta ſapere*, inquit S. Auguſt.

MONITVM LXXX.

Cum ipſo ſum in tribulatione.

Pſalm. 90.

CVm ſuis futurum ſe eſſe Dominus pollicetur,
Matth. 28. dicens; *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Quærat aliquis, quomodo
Lenſ. de lib. Chriſt. hoc verum ſit, cùm electos ſuos permittat frequenter variorum afflictionibus malorum involvi, & exagitari, atque etiam interire? Viſibiliter quidem eos ſæpenumerò deſerit, ſed non inviſibiliter, ſed cum iis etiam in carceres deſcendit, & fideliter ad mortem uſque cuſtodit; ut fiat, quod per Iſaiam ſe
Iſai. 43. facturum promittit: *Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaveris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te: noli timere quia ego tecum ſum.* Promittit ergo ſe cum ſuis futurum, non ſic ut nihil eis mali accidat: Quid enim aliud aquæ & inundantia flumina, & ignis flammaque involvens, quàm graviſſimas tribulationes ſignificant, quibus & Chriſtum, qui inprimis in ea prophetia intelligitur, & membra ejus complura ad mortem uſque exercitata eſſe novimus?

Non

Non ergo viſibiliter ſe affuturum demonſtrat, ut nihil eos pati ſinat, aut protinus liberet: ſed inviſibiliter magis ſubminiſtratione auxilii ejus, quo fortes & invicti reddantur. Intus ergo confirmat & corroborat, & ſecundùm multitudinem dolorum quos patiuntur, conſolationum ſuarum varietate lætificat. Quod ſanè non ingratus agnoſcit & confitetur Apoſtolus, cùm ait; *Sicut abundant Chriſti paſſiones in nobis, ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Namque ut eſt à Divo Bernardo præclarè dictum; *In ſpirituali exercitio duplex divinitus præbetur auxilium: Correptio & Conſolatio. Altera foris exercet, altera viſitat intus: illa reprimit inſolentiam, iſta in fiduciam erigit: illa humilitatem operatur, iſta puſillanimitatem conſolatur: illa cautos, iſta devotos facit: timorem Domini docet illa, iſta ipſum timorem infuſo temperat gaudio ſalutari, ſicut ſcriptum eſt; Lætetur cor meũ, ut timeat nomen tuum.* Quinetiam ut D. ait Ambroſius, *præponderant conſolationes perturbationibus, quia & præſentium ſedationem afferunt, & ſpem futurorum. Unde & Apoſtolus Paulus; Indignæ ſunt, inquit, paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam: Indignæ utique ad conſolationis comparationem, non ad fructum redemptionis.*

Vide Proſ. de vocat. gent. lib. 2. cap. 2.

Pſal. 93.

2. Cor. 1.

Ser. 21. in Cant.

Pſal. 84.

Lib. 1. de interpell. cap. 1.

Rom. 8.

Hujus igitur conſideratione conſolationis & gloriæ, fit, ut cùm apud infideles impatientia lamentetur ſemper, & querula ſit, Chriſtiani non conſternentur, nec frangantur adverſis, ſed ſpiritu magis quàm carne viventes, firmitate animi infirmitatem corporis vincant, cæteraque damnorum incommoda fortiter ferant. *Proinde vinea licet fallat,* ut eſt apud Cyprianum, *& olea decipiat, & herbis ſiccitate morientibus, æſtuans campus areſcat, quid*

De Mortalit.

hoc

hoc ad Chriſtianos? quid ad Dei ſervos? quos Paradiſus invitat, quos gratia omnis, & copia regni cœleſtis exſpectat? Exultant ſemper in Domino, & lætantur, & gaudent in Deo ſuo, & mala atque adverſa mundi fortiter tolerant, dum bona & proſpera futura proſpectant.

Sed quæret aliquis. Si electis Dei multum plerumque proſit temporalis tribulatio (uti aliàs ſæpè oſtenſum eſt) cur quotidie à malo liberari petunt, hoc eſt, ab illis generatim malis omnibus, quæ ille, qui inſigniter malus eſt, infert, permiſsâ ſibi divinitus facultate: & quomodo exaudiantur, qui tam multis plerumque malis urgeantur? Primò reſponderi ad hoc non incommodè poteſt, benè liberari à malo ſanctos, quibus providetur ne adverſa noceant, ſed proſint potiùs, & ideò non eis mala ſint, ſed boni rationem ſubeant, cùm utilia reddantur. Sed quia ipſa etiam adverſa, ne accidant, deprecantur; mala enim ſunt per ſeipſa; non autem id ſolùm petunt, ne noceant, audiendus magis S. Auguſt. locis aliquot hac de re diſſerens.

Matth. 13.

Igitur in epiſt. ad Probam; *Moleſtiæ,* inquit, *temporaleſq; tribulationes, plerumque proſunt, vel ad ſanandum tumorem ſuperbiæ, vel ad probandam exercendamve patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces uberiorq; ſervatur, vel ad quæcunq; flagellanda & abolenda peccata: tamen nos, inquit, quid iſta proſint, neſcientes, ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorantia nec ſeipſum Apoſtolus oſtendit alienum, niſi fortè quid oraret, ſicut oportet, ſciebat, quando ne magnitudine revelationum extolleretur, datus eſt illi ſtimulus carnis angelus ſatanæ, qui eum colaphizaret: propter quod ter Dominum rogavit, ut eum auferret ab eo; utique ſicut oportet, neſciens quid oraret. Denique Dei reſponſum cur non fieret,*

Epiſt. 121.

2. Cor. 12.

ret, quod vir tantus orabat, & quare fieri non expediret, audivit; Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.

Intelligit autem S. Aug. per ſtimulum carnis dolorem quendam corporis qui Deo permittente à Satana immitti ſolet, à quo, etſi vehementer peteret, non eſt liberatus, quia *æger rogavit medicum ut à ſe auferret medicamentum*, ut idem Aug. Qui tempore obſidionis civitatis Hipponenſis, ubi Epiſcopus erat, Deum rogabat, *aut ut civitatem ab hoſtibus circundatã liberaret; aut ſi aliud ei videretur, ſervos ſuos ad perferendam ſuam voluntatem fortes faceret; aut certè ut ſe de hoc ſæculo ad ſe acciperet.* In Pſal. 13. In Pſal. 85 Poſſid. in vita cap. 29.

In his ergo tribulationibus, quæ poſſunt & prodeſſe & nocere, quid oremus ſicut oportet, neſcimus; & tamen quia dura, quia moleſta, quia contra ſenſum noſtræ infirmitatis ſunt univerſa, humana voluntate, ut à nobis hæc auferantur, oramus: ſed hoc devotionis debemus Domino Deo noſtro, ut ſi ea non abſtulerit, non ideo nos ab eo negligi exiſtimemus, ſed potiùs piâ patientiâ malorum, bona ſperemus ampliora; ſic enim virtus in infirmitate perficitur. Aug. in eadem epiſt.

Et in libris Confeſſion. *Quis velit*, inquit, *moleſtias & difficultates pati? Tolerari jubes eas, non amari. Nemo autem quod tolerat, amat: etſi tolerare amat. Quamvis enim gaudeat ſe tolerare, mavult tamen non eſſe quod toleret. Proſpera in adverſis deſidero, adverſa in proſperis timeo. Quis inter hæc medius locus, ubi non ſit humana vitæ tentatio? Væ proſperitatibus hujus ſæculi ſemel & iterũ à timore adverſitatis, & à corruptione lætitiæ: væ adverſitatibus ſæculi ſemel & iterum & tertiò à deſiderio proſperitatis: & quia ipſa adverſitas dura eſt, & ne frãgat tolerantiam, nunquid non tentatio eſt vita ſuper terram,* Lib. 10. cap. 28.

Iob. 7. *ſine ullo interſtitio?* Cui ſimile eſt, quod ait in Pſal.
In Pſalm. 143. *Sive aliquâ incommoditate & moleſtia noceat, ſive aliquâ proſperitate mundus arrideat, totum timendum, & gemendum eſt, quoniam tentatio eſt vita humana ſuper terram.*
Iob. 7.

Verùm tamen interdum Sancti, ut ſe eorum infirmitas, firmitaſq; habuerit (ait idem) *metuunt tentari, cupiunt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Ut enim metuant tentari, audiunt; Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, intendens in teipſum, ne & tu tenteris. Ut autem cupiant tentari, audiunt quendam virum fortem Civitatis Dei dicentem; Proba me Deus & tenta me, ut renes meos, & cor meum. Ut doleant in tentationibus, vident Petrum flentem: ut gaudeant in tentationibus, audiunt Iacobum dicentem; Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.*
Sup. Mo. 71. De Civit. li. 14. cap. 9.
Galat. 6.
Pſalm. 25. Matth. 26.
Iac. 1.

Propheta quoque Ieremias, tribulationem & miſeriam invocabat, quemadmodum hoc citat D Hieronymus: *Sanctus vir*, inquit, *& bellator invictus, ad exercendum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam venire deſiderat*; hoc ergo fortium eſt; alii de tribulationibus liberari deſiderant, ſi iis implicentur; & ſi nondum eas attigerint, ne incidant precantur: & exaudiuntur quidem interdum, tribulatione remotâ; interdum in ea nihilominus relinquuntur, propter eam, quæ ex illa percipitur, utilitatem.
In cap. 1. Habacuc.
Vide Chryſ. hom. 1. ad pop.

Ibidem.
Quomodo ægrotus, ait S. Hieronym. *& æſtuans febribus, aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum; Vim patior, crucior, uror, exanimor: uſquequò medice clamabo, & non exaudies? & reſpondeat ei ſapientiſſimus ac clementiſſimus*

mentiſſimus medicus: Scio quo tempore dare debeam quod poſtulas: & non miſereor modò, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit. Quod intelligens, inquit, Apoſtolus, ait; Sed non deficimus in tribulationibus. Idemque in labore & dolore gloriatur, benedicitque Dominum in omni tempore. In his ergo temporalibus, ait D. Auguſt. *admonemus vos & exhortamur in Domino, ut non petatis aliquid quaſi fixum, ſed quod Deus vobis expedire ſcit. Quid enim vobis expedit, omnino non ſcitis. Aliquando quod putatis prodeſſe, obeſt, & quod putatis obeſſe, prodeſt. Ægri enim eſtis; nolite dictare medico, quæ medicamenta velit vobis apponere.*

2. Cor. 4.

In Pſal. 53.

De quodam ægro refertur quòd à quodam Sancto petens ſanitatem, ab eo rogatus ſit in quo ſtatu melior eſſet, ſanuſne an infirmus? Reſpondit æger, *In infirmitate melior ſum.* Ait Sanctus: *Deus te ſervet in eo ſtatu in quo melior es.* Sicque eum non ſanavit. Alius dixit infirmo: *Ne contriſteris ex infirmitate corporis; ſi enim ferrum es, æruginem amittis; ſi aurum per ignem probatus ad majora proveheris.* Alius adoleſcenti à morbo liberari petenti, dixit: *Rem tibi neceſſariam auferre petis.*

In vit. Pet.

Narratur de quodam alio Sancto ad ſepulchrum S. Thomæ Cantuar. qui poſteà cogitans apud ſe, ne id fortè non foret utile ſibi, rediit ad ſepulchrum, orans ut id ſibi accideret quod magis utile foret, ſtatimque morbus rediit, ſic & Petrus Apoſt. rogatus cur qui alios ſanabat infirmos, non etiam filiam ſuam ægram curaret? Reſpondit, *Quia ita ei expedit.* Et hydropicus quidam ſanctus petebat ab aliis ut pro ſe orarent, non ut ab ea infirmitate ſanaretur, in qua ipſe, ut aiebat, diutiùs durare cupiebat, ſed *ut ab æterno cruciatu liberaretur.* Alius à tentatione

In vita.

In vita S. Petronillæ.

In prato Spirit. ca. 8.

Ibid. ca. 14.

Digitized by Google

tione carnis victus, lupanar ingreſſus, & in ipſo ingreſſu lepra percuſſus, laudavit Deum, dicens: *Percuſſit corpus, ut ſalva ſit anima.*

Notandum hoc, quòd non ſemper benefaciat Deus hominibus, eos exaudiendo in iſtis temporalibus. *Nonnullis enim impatientibus*, inquit idem D. Auguſt. *Dominus quod petebant conceſſit iratus, ſicut contrà Apoſtolo negavit propitius. Nam legimus, Iſraëlitæ quid & quomodo rogaverint & acceperint, ſed expletâ concupiſcentiâ, impatientia eſt graviter caſtigata. Dedit & Regem petentibus ſecundùm cor eorum, ſicut ſcriptum eſt, non ſecundùm cor ſuum. Dedit etiam quod diabolus poſtulavit, ut probandus ejus famulus tentaretur. Exaudivit & rogantes immundos ſpiritus, ut in multos ſues legio dæmonum mitteretur.*

In eadem epiſt. ad Probam. Num. 11. 1. Reg. 8. Iob 1. & 2. Matth. 8. Luc. 8.

Aug. ibid. *Iſta autem ſcripta ſunt, ne quis magni pendat, ſi fuerit exauditus, cùm aliquid impatienter petit, quod non impetrare plus proſit: aut ſe abjiciat, & de divina erga ſe miſericordia deſperet, ſi non exaudiatur, cùm fortè aliquid petit, quo accipiendo affligatur atrociùs, vel à proſperitate corruptus penitus avertatur. Si ergo aliquid contrà accidat, quàm oramus, patienter ferendo, & in omnibus gratiam agendo, hoc potiùs oportuiſſe fieri, quod Dei, nō quod noſtra voluntas habuit, minimè dubitare debemus. Nam & ejuſmodi exemplum dedit nobis ille Mediator, qui cùm dixiſſet, Pater, ſi fieri poteſt, transfer à me calicem iſtum; humanam in ſe voluntatem ex hominis ſuſceptione transformans, continuò ſubjicit, Veruntamen non quod ego volo, ſed quo tu vis Pater,*

Matth. 26.

Hom. 1. ad populum Antioch. Varias refert D. Chryſ. afflictionis ſanctorum cauſas. 1. Eſt, ne ob meritorum & miraculorum magnitudinem in arrogantiam tollantur. Vnde David: *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* Et Paulus. *Ne revelationum magnitu-*

Pſal. 118. 2 Cor. 12.

magnitudo extollat me,datus eſt mihi, &c. Per angelos ſatanæ diaboli miniſtros intelligens infideles tyrannos qui ipſum ſemper inſequebantur,& tribulabant. 2. Ne homines plus aliquid de ipſis opinentur,quam ſint,& non homines,ſed Deos eſſe. Hinc Paulus; *Parco autem*,ſcilicet majora de me narrare,*ne quis me exiſtimet ſupra id*, &c. Vnde & Petrus ſanato claudo, cũ omnes admirarẽtur.*Nõ* inq.*propriâ virtute hoc fecimus,ſed Chriſti.*Sic Lycaonij volebãt Paulo & Barnabæ immolare,obſtupefacti virtutem ni prohibuiſſent. 1. Cor. 12. Act. 3. Act. 14.

3. Vt per afflictos Dei virtus magis appareat. Vnde ipſe Deus ad Paulum:*Virtus mea in infirmitate perficitur.* Patuit in Petro & Paulo vinctis quando concuſſa ſunt fundamenta carceris, ſoluti vincti, cuſtos carceris converſus,&c.4.Ne ſancti propter præſentis felicitatis mercedem aut ſpem Deum colere putentur; quod diabolus Iob obiecit, ſed nudatus omnibus, patuit contrarium, *adhuc retinens innocentiam.* 5. Vt de reſurrectione cogitemus, & judicio futuro. Impij enim hîc florent, boni affliguntur. Hoc tolerat Deus, quia præparavit aliud ſæculum, in quo ſecundùm merita bonis virtutis, malis improbitatis præmia reddet. Patet in hiſtoria de Epulone & Lazaro, & de hoc diſputat Apoſtolus ad Corinth. *Si in hac vita tantum ſperantes ſumus*, &c. & Tobias amicis dicebat: *Vitam illam exſpectamus*, &c. 2. Cor. 12. Act. 12. Act. 16. Iob. 1. Luc. 16. 1. Cor. 15. Tob. 4.

6.Vt afflicti ſufficientem conſolationem & mitigationem habeant in eos intuentes. Sic Dominus conſolatur ſuos; *Sic enim perſecuti ſunt Prophetas qui fuerunt ante vos.* Et Paulus; *Eadem paſſi eſtis à contribulibus veſtris ſicut illi à Iudæis*, Sic & Hebræos cõſolatur recẽſens afflictiones juſtorum antiquorum. 7. Ne co- Matth. 5. 1. Theſſ. 2. Hebr. 11. Vide Ambroſ. de Apolog. David.

gitemus illos alterius naturæ fuiſſe, & ſic ad eorum
Iac. 5. imitationem torpeamus. Vnde Scriptura de mag-
Sap. 7. no Elia; *Similis erat nobis paſſibilis.* Et Sapiens de ſe; *Sum quidem & ego mortalis ſimilis omnibus.*

8. Ut quando beatos vel miſeros cenſere oportet, diſcamus, quos quidem beatos, quos verò miſeros putare debeamus, nempe afflictos & tribulatos
Hebr. 12. propter Deum beatos, ſi cum virtute vivunt; *Quem enim diligit, caſtigat Dominus, & flagellat omnem filium quem recipit*: reliquos miſeros, etſi floreant. Vnde
Pſal. 143. David exprimens cæcum hominum judicium, de iis qui abundant temporalibus; *Beatum*, inq. *dixerunt populum, cui hæc ſunt.* Tu verò quid dicis? *Beatus populus cujus Dominus Deus ejus*, *etſi* innumera mala
Eccleſ. 2. patiatur. 9. Quia tribulatio facit juſtos ſpectabilio-
Rom. 5. res; *In fornace enim aurũ examinatur, & homo juſtus in camino humiliationis.* Patet in Iob, Tobia, & aliis. 10. Quia & juſti habent aliquas maculas quas hîc deponunt. *In multis offendimus omnes. Et ad hoc ſancti exagitantur tribulationibus, ut vaſa electionis evacuentur nequitia, impleantur gratia.*

11. Vt augeantur præmia. Quantum enim tribulationes intenduntur, tantum & retributiones am-
Rom. 8. pliabũtur; imò verò & multò plus. *Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam.* inq.
Epiſt. 56. Apoſt. *majora nos accipere, quàm quod hic aut opera-*
In cap. 3. ad *mur, aut patimur, prædicans*, ut inq. Cyprian. *Reputet,*
Rom. *non eſſe pares afflictiones præſentis temporis* ait Chryſoſt. *ad futuram gloriam, & majora eſſe præmia laboribus oſtendens, tum magis invitat nec ſinit criſtas illos tolle-*
2. Cor. 4. *re, ut pote qui vincuntur coronarum retributione. Vnde & alibi; Id quod in præſenti eſt momentaneum & leve*

tribulatio-

tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

MONITVM LXXXI.

Credidi, propter quod locutus ſum, &c.

Pſalm. 115.

MAGNUM bonum, fides Chriſtiana, *ſpiritalis ædificii fundamentum*, ſine quo quicquid ſtruis, aut ædificas, quantumvis excellens ac præclarum videatur, nihil eſt: eſt ſuperni agricolæ prima plantatio, quia prima à Deo datur, ut per illam cætera, quæ ad juſtitiam & ſalutem pertinent impetrentur; ſic ut qui fidem habet, totum quaſi in ſemine, & radice habet, quicquid ad bonum ſuum pertinet. Porrò ne quis ſibi de ſola fide blandiatur, illa etiam quæ non exercetur, non vigilat, non operatur, addit ſtatim Propheta, *locutus ſum.* Aug. de prædeſt. ſanct. c. 7.

Conſidera tria hominum genera; Quidam non credunt, tamen loquuntur; habentes in pectore falſitatem, in ore veritatem, ut ſæculi commoda vel acquirant, vel retineant; quos permittit Apoſtolus, quia dicunt aliis utilia, quæ ſi audientes faciunt, ſalvantur, videlicet, regulam fidei, & morum. Falſa loquentes non permittit: unde ad Galatas ſcribens; *Si quis vobis*, inquit, *evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Aug. in húc Pſal. Philip. i. Galat. l.

Sunt alii qui credunt, ſed non loquuntur, vel

 pigritiâ

Ioan. 12. pigritiâ retardati, vel timore aut pudore prohibiti; Sic Ioanne teſte, *multi ex Principibus credebant, ſed* Matth. 25. *non confitebantur*, ne diſplicerent hominibus. Reprehenditur ſervus nequam & piger, qui talentum acceptum abſcondit, id eſt, fidem datam non exercuit, confitendo, operando.

Sunt alij, qui credunt & loquuntur: Primò, verbis, quando videlicet, de ſua fide interrogantur; Matth. 10. hoc enim neceſſarium eſt. *Qui enim*, ait Chriſtus, Marc. 8. *me & verba mea erubuerit*, &c. Et Apoſtolus; *Ore con-* Epiſt. ult. *feſſio fit ad ſalutem.* Non vult D. Cyprianus, ut quis ultrò ſe offerat, ſed interrogatus confiteri debet; *Oportet*, inquit, *confiteri, non profiteri.* Debemus enim & noſtræ infirmitati timere, & alienæ iniquitati Lib. 4. cap. 15. hiſt. parcere. Narrat in hiſtoria Euſeb. de aliquo qui ſponte ſe obtulit gentilibus, & quia præſumpſit, cecidit. Sunt quidem multi alij, quorum feſta celebrantur in Eccleſia, qui ultrò ſe obtulerunt gentibus, ſed id eos Dei inſtinctu feciſſe, credendum eſt.

Secundò, loquuntur operibus comprobando, & exequendo ea quæ credunt. Sunt autem multi: 1. Tit. 2. de quibus Apoſtolus, qui *confitentur ſe noſſe Deum, factis negant:* ſciunt non fornicandum, & fornicantur; ſciunt non inebriandum, inebriantur, &c. *Oſtende mihi ex operibus fidem tuam*, Inquit Iacobus, ſine quibus inanis ac mortua eſt. *Vera fides eſt*, ait S. Hom. de aſcenſ. Gregor. *quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit.* Et D. Leo, *Sciens diabolus Deum non ſolùm* Ser. 4. de Collect. *verbis, ſed & factis negari, quibus non poteſt auferre fidem, aufert charitatem.*

Ego autem humiliatus ſum nimis. Dicit, *Ego*, non Verbum, quia patitur propter verbum, quod credit, & loquitur. Veritas enim malis exoſa eſt, & iniquis

quis diſplicet vita juſtorum: hinc eos humiliant, affligunt, perſequuntur: tum ut *& ipſi liberum peccandi habeant locum*; tum ut *non fiant deteſtabiliores comparatione rectorum.* Verbum autem, ſeu veritas quam loquitur, non humiliatur, ſed potiùs exaltatur. Sic Apoſtolus, cùm de ſua cathena loquitur, *Sed*, inquit, *verbum Dei non eſt alligatum.* Honoratur autem vehementer, quando tanti illud faciunt Sancti, ut parati ſint propter illud non ſolùm bona omnia relinquere, ſed etiam vitam ipſam cum ſanguine profundere. Hinc dicuntur Martyres, ſeu teſtes, quia verbis, factis, amiſſione bonorum, pœnarum, ac mortis etiam ipſius perpeſſione teſtantur, in quanto honore ac pretio fidem & juſtitiam habeant.

Lactant. li. 5. cap. 9. Leo ſer. 9. de Quadra.

Deinde verbum Dei, ſeu fides quam confitebantur Sancti, perſecutionibus crevit, dum plurimi conſiderantes piam vitam, patientiam, ac conſtantiam Martyrum, ad fidem & pietatem ſunt converſi: ſic ut uno aut altero cadente Martyre, multi ſæpè ſurrexerunt Chriſtiani. Sicut pulchrè ait S. Leo; *Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur; & ſemper Dominicus ager ſegete ditiori veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* Et ipſe D. Auguſt. *Sparſus eſt ſanguis juſtus, & illo ſanguino, tamquam ſeminatione facta per totum mundum ſeges ſurrexit Eccleſia.*

Ser. 1. de Petro & Paulo.

In Pſal. 39.

Magnum etiam eſt argumentum, pietati repoſitam eſſe vitam in futuro, quòd tam conſtanter tot labores ſuſtinent Sancti, ut in pietate permaneant. Unde martyrium ſeu teſtimonium vocatur mors pro pietate. Sic probat Apoſt. reſurrectionem, ex quotidianis periculis quæ ſubibat & ex pugna quam

1. Cor. 15.

Epheſi habuerat, quæ nihil ei profuiſſet, ſi homo more pecudum interiret.

Euſeb. li. 4. cap. 8. hiſt. Vide apud eundem Iuſti. Mart. Apologia 2. Antonini Pii Imp. Epiſt. Ibid.

Sic dicit Martyr Iuſtinus; *Nam & ego ipſe ſectis Platonicis inſtitutus, audiens infamari Chriſtianos, & videns eos impavidos ad ſuſcipiendam mortem, atque omne tolerandũ ſupplicium, conſiderabam, quòd impoſſibile eſſet in malitia eos, & libidine converſari. Quis enim aliquando voluptuoſus & luxuriis deditus, & qui humanis veſci carnibus delitias putet, mortem libenter amplectitur, quo ſcilicet ipſa libenter careat, pro qua infirmari maluit voluptate. Quinimo vivere perpetuo ſi liceret & latere judicia, in hoc magis operam daret, nedum ſemetipſum ſtatutæ ac profeſſæ morti ſtuderet offerre.*

Lib. 22. ca. 6. de Civit.

Sic & S. Auguſt. *Quis*, inquit, *prohibitus eſt aut Romulum, aut Herculem, aut alios tales homines Deos dicere, & mori maluit quàm non dicere? Aut verò aliqua gentiũ coleret inter Deos ſuos Romulum, niſi Romani nominis metus cogeret? Quis porrò enumeret, quàm multi quantalibet ſævitia crudelitatis occidi quàm Chriſtum Deum negare maluerunt,*

Ego dixi in exceſſu meo. Duplex exceſſus; primus cùm mens aliquâ inſpiratione revelationis aſſumitur; qui Sanctis quibuſdam interdum accidiſſe legitur. *Secundus, cùm pavore alienatur*; de quo hîc ſermo. Loquitur enim Propheta de pavore, quem patitur homo infirmus, ob minas perſecutionis, impendentes cruciatus, mortem, &c. Tunc enim ſentiunt ſuam infirmitatem, pronitatem ad negandum, & recedendum à via Domini, & vident ſibi de ſe non eſſe præſumendum. Hoc etiam in perſona Martyrum dicitur, qui in tribulationibus ab iis decipiuntur, quibus maximè confidebant: unde & cogitare incipiunt,

D. Aug. hic

Digitized by Google

piunt, & reliquos omnes fortè tales eſſe. Qualis tentatio tempore perſecutionis Ieſabelis accidit Eliæ Prophetæ; *Ego*, inquit, *relictus ſum ſolus.* Et propter tales dicit Eccleſia apud Pſalmiſtam; *Factus ſum opprobrium vicinis meis, & timor notis meis.* Rom. 11. Pſal. 30.

Omnis homo mendax. videlicet loquendo ex perſona ita opinantium: qui ex infirmitate quorundam cadentium, de quibus bene opinabantur, colligunt etiam reliquos hujuſmodi infirmitati obnoxios; Vel, *Omnis homo mendax*, ex ſe, ſi ſibi relinquatur; ſi verax & conſtans ſit in verbis, factis, non obſtantibus minis & perſecutionibus, eſt ex gratia Dei adjuuantis, & corroborantis. *Eſt autem Deus verax* addit Apoſtolus, verax in ſe; verax in nobis, quia ipſe dat fiduciam, & libertatem confitendi. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus*, inq. Paulus, *niſi in Spiritu ſancto.* Hinc oramus, *Ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaq;*, id eſt, ne auferri permittas. Rom. 3. 1. Cor. 12. Pſal. 118. Matth. 10.

Monet Dominus; *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini*, id eſt, nolite vobis tribuere, inq. Auguſt. *Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.* Dabitur, inq. vobis, ergo ex vobis non erit. Et alibi; *Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri.* Hoc ergo ſperādū, & petendum. *Dabit*, inq. Gregor. Nazianzenus, *certus ſum. Qui dedit, quod primum eſt, dabit & quod ſecundum: qui dedit credere, dabit & confiteri.* Hoc à Deo petebat Propheta David, dicens; *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Et rurſum; *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, totâ die magnitudinē tuam. Non vos eſtis, qui loquimini*, inquit Chriſtus Dominus *ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur* In Pſal. 103. conc. 4. Matth. 10. Apud Aug. de Bo. perſ. cap. 19. Pſal. 50. Pſal. 70. Matth. 10.

In Vita *loquitur in vobis.*

Cùm Iudex S. Luciam tanto magis incenſam videret ad celebrandas Chriſtianæ fidei laudes, quanto magis ipſe eam à ſententia avertere conabatur: *Ceſſabunt*, inq. *verba cùm ventum erit ad verbera.* Cui Virgo: *Dei ſervis verba deeſſe non poſſunt, quibus dictum eſt à Chriſto Domino: Cùm ſteteritis ante reges & præſides; nolite cogitare quo modo aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini*, &c.

Matth. 10.

MONITVM LXXXII.

Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum, &c.

1. Timoth. 3.

VOCAT Apoſtolus myſterium ſeu Sacramentum, diſpenſationem carnis aſſumptæ, ipſam Domini incarnationem, quòd Deus ſit homo. In qua re præcipuè conſiſtit religio Chriſtiana & doctrina Eccleſiæ. Ad hoc enim myſterium credendum, & explicandum, & ſalutem ex eo petendam, omnia in Eccleſia fiunt. Dicit autem hoc eſſe magnum; & quidem manifeſtè, indubitatè, & omnium confeſſione. *Quomodo igitur myſterium eſt*, rogat Chryſoſt. *quod omnibus eſt notum.* Et reſpondet; *Sed id antea erat incognitum, nunc autem ſingularis gratiæ munere manifeſtatum eſt.* Etiam hâc ratione dici poteſt myſterium, quia nemo id ex ſe cogno-

In hunc locum.

ſcere

ſcere poteſt,ſed is tantùm cui Deus voluerit revelare: Sic Chriſtus dixit Petro cùm Deum eum & hominem confeſſus eſſet; *Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt.* Et Apoſtolus; *Oculus non vidit,nec auris audivit*, &c. *nobis autem manifeſtavit Deus per Spiritum ſuum.* Matth.16. 1.Cor.2.

Imo fidelibus adhuc myſterium eſt incarnatio Domini, ait D. Leo: *Nativitas Domini,omnia miracula,omnemq; intelligentiæ rationem excedit.* Et de ea ſcriptum eſt, *Generationem ejus quis enarrabit?* Quid enim majus Deo? Quid inter omnia creata minus homine, qui de limo formatus eſt? Et quid tam exiguum comparatione omnium angelorum, & hominum, & reliquæ creaturæ, quam unus homo; & tamen unus homo ipſe factus eſt. Et quid mortali miſerius? & hoc ipſe factus eſt. Quæ major eſſe potuit charitas Dei erga hominem, quam ut pro rebellante ſupplicium ei debitum Deus ipſe ſubiret? Quæ melior ad veritatem & beatitudinem via, quàm ipſa veritas & beatitudo, Deus homini ita attemperatus, ut naturâ atque miſeriâ ei ſimilis fieret? Quæ medicina efficatior, quàm quâ medicus ipſe morbum in ſe transfundit, & ita ſimilem ſe facit infirmo, ut per ſimilitudinem ſui, quod morbo contrarium eſt,in eum transfundat? Ser.4.& 10.de Nat. Iſaiæ.53.

Vnde Dei potentia magis potuit homini declarari, quàm dum & homo ex malo in bonum commutatur, & Deus ipſe miſer efficitur? Quanta Divinæ juſtitiæ conſtantia, dum is pœnam luere mavult, quàm peccatum relinquere impunitum? Mirabile ſupra modum, Deus homo. Mirabile, Deus miſer homo. Mirabile, Deus pro impiis inimicis mortuus homo. Mirabile, quod juſtiſſimus

ſit

Digitized by Google

Lib. 3. cap. 10. de lib. arbitr.

ſit miſer,ut impius fiat beatus. *Quid*, inquit S. Aug. *tam opus habẽs miſericordiâ,quàm miſer? Et quid tam indignum miſericordiâ,quàm ſuperbus miſer? Ex quo factũ eſt,ut illud Dei verbum,per quod facta ſunt omnia,& quo fruitur omnis angelica beatitudo, uſque ad miſeriam noſtram porrigat clementiam ſuam,& Verbum caro factum eſt,ut habitaret in nobis.* Ioan. 1. *Sic enim poſſet panem angelorum manducare homo,nondum angelis adæquatus, ſi panis iſte angelorum hominibus dignaretur adæquari.*

Magna miſeria atque malitia, homo pauper & ſuperbus, atq; rebellis Deo creatori, atque bono ſuo: ſed major miſericordia atque bonitas, Deus, cùm dives eſſet pauper factus & humilis, atque pro inimico ſuo obediens. *Deus*, ait S. Auguſt. *homo factus eſt. Quid futurus eſt homo,propter quem Deus factus eſt homo?* Et in Confeſſ. de ſe recenter baptizato, *Nec ſatiabar illis diebus dulcedine mirabili,cõſiderare altitudinem conſilii tui*(Deus)*ſuper ſalutẽ generis humani.*

Sent. 30. apud Proſper.

Lib. 9. cap. 6.

Vocat autem *myſterium pietatis*, ſeu boni cultus. Solus autem Dei cultus bonus eſt, qui colitur fide ſpe,charitate. Ad quæ excitat hoc incarnationis myſterium. Ad fidem quidem, quam ipſa Veritas conſtituit, & fundat: Quis non credet Veritati ipſi loquenti. Ad ſpem verò,quando videt quanti faciat ac pendat illum Deus, dum pro illo fit miſer homo, &c. Ad charitatem porrò, quando ſic ſuam erga nos oſtendit, quomodo non etiam noſtram erga ſe provocabit? D. Ambroſ. ſic exponit, quia per incarnationem Chriſti generi humano pietas eſt collata. Sic loquitur & D. Leo. *Hæc Domini noſtri opera* inq, *non ſolũ Sacramento nobis utilia ſunt,ſed etiã imitationis exemplo:ſi in diſciplinam ipſa remedia transferãtur quodq; impenſum eſt myſteriis,proſit & moribus.* Et alibi

Auguſt. in Enchir. cap. 3. & 6.

In hunc locum.

Ser. 5. de Nat.

Hoc

Hoc magnæ pietatis Sacramentũ, quo totus jam mundus impletus eſt, tam potens etiam in ſuis ſignificationibus fuit, ut non minus adepti ſint, qui in illud credidère promiſſum, quàm qui ſuſcepère donatum. Ser. 3. ibid.

Hîc D. Leo, in voce Myſterii & Sacramenti, aliquid efficaciæ vult ſignari, non ſolùm ſignificationem, quod conſonat myſteriis veteris legis, quæ emundationem carnis præſtabant. Vnde ita D. Auguſt. vocem Sacramenti uſurpat, & poſt eum alii; *In aqua verbũ mundat. Quid eſt aqua, niſi aqua? accedit verbũ ad elementum, & fit Sacramentum.* Sic Lombardus. *Sacramentum hoc*, inquit, *cauſa eſt totius ſanctæ religionis, & veræ culturæ.* Vide Heſſ. in 1. ad Timoth.

Quod manifeſtatum eſt in carne. Sic legit Sanctus Ambroſius & interpretatur Chriſtum eſſe Sacramentum, ſeu myſterium, ſicut etiam Apoſtolus Chriſtum Sacramentum ſeu myſterium appellat. At Chryſoſtomus, & Cyrillus legunt: *Deus manifeſtatus eſt in carne.* Sed unus ſemper idemque ſenſus eſt. Particulatim ergo explicat magnitudinem myſterii, quod eſt Deus & homo. Et primò proponit quod maximum eſt, nempe, *Deum manifeſtatum eſſe in carne*, id eſt, in humana natura miſera. Accepit enim Paulus carnem, pro humana natura, prout eſt miſera ac mortalis. Sicut in epiſt. ad Hebr. *Qui in diebus carnis ſuæ*, id eſt, dum eſſet homo miſer. Et ad Corinth. *Et ſi novimus ſecundùm carnem Chriſtum.* Et ad Galat. *Tentationem veſtram in carne mea non ſpreviſtis.* Primum igitur mirabile & magnum eſt, quodque meritò nos ad Dei cultum excitat, quòd Deus homo miſer factus ſit, ac perpetuò in laboribus ac miſeriis vixiſſe palam viſus ſit. Hebr. 5. 2. Cor. 5. Galat. 4.

Iuſtificatum eſt in ſpiritu, id eſt ipſe Chriſtus ab initio

Digitized by Google

Chryſ. hic. Cyril. lib. de incar. Vnig. ca. 2. Et ad Reginas. Enchir. cap. 40. Rom. 5. v. 15. & 16.

initio conceptionis juſtus & ſanctus à Spiritu S. effectus eſt, ut nunquam peccatum habuerit. Sic D. Chryſ. & Cyrill. Eſt autem & hoc ſecundum admodum ſublime & admirandum, miſerum videlicet hominem nunquam peccato ſubjacuiſſe; præter omnium aliorum morem de Spiritu ſancto natum eſſe, totum ſanctum. Id quod magnum habet momentum ad nos juſtificandos. Docet D. Aug. gratiam Dei ſignificari dum Chriſti conceptio Spiritui S. tribuitur, quia videlicet, nullis præcedentibus meritis in ipſo exordio naturæ ſuæ, quo eſſe cœpit, Verbo Dei copularetur, in tantam perſonæ unitatem, ut idem ipſe eſſet filius Dei, qui filius hominis, & contrà; ac ſic in humanæ naturæ ſuſceptione fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturalis, quæ nullum poſſet admittere peccatum. Quæ gratia propterea fuerit per Spiritum S. ſignificanda, quia ipſe propriè ſic eſt Deus, ut etiam dicatur Dei donum.

Pſal. 23. Iſaiæ 63. Cæleſt. Hierar. c. 7. Epheſ. 3.

Apparuit angelis; ſive, viſus eſt angelis. *Nobiſcum*, inq. D. Chryſoſt. *viderunt angeli, quem anteà non videbant*. Et hoc tertium mirabile eſt, quòd ipſis etiam angelis per Chriſti incarnationem acceſſit, videre nimirum Deum infantem, in præſepio reclinatum, in cunis vagientem, & in deſerto cum beſtiis agentem, jejunantem, mœſtum, probris affectum, mortuum, reſurgentem quoque & aſcendentem ſuper omnem angelicam naturam. De quo dicunt in Pſal. *Qui eſt iſte rex gloriæ?* Et apud Iſaiam *Quis eſt iſte qui venit de Edom?* ut rectè D. Dionyſius interpretatur. Iam autem cùm vident in Eccleſia, Chriſti mortis effectum, valdè mirantur Dei Sapientiam. Dicit Apoſtolus, quòd *per Eccleſiam*, id eſt, per ea quæ fiunt in Eccleſia, *innoteſcat principibus*

Digitized by Google

pibus & poteſtatibus in cæleſtibus multiformis Sapientia Dei.

Sed quomodo per hoc quod Chriſtus Deus & homo angelis apparuit, pietas nobis confertur? 1. Quia per angelos nobis primò omnia manifeſtata ſunt, ut videre eſt, in Chriſti Natali, reſurrectione, aſcenſione, vocatione Cornelij Centurionis ad fidem. 2. Quia angeli nobis tunc ſunt reconciliati, inter quos peccata inimicitias fecerant. Unde Paulus; *pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cælis ſunt*; ac majorem ſalutis noſtræ curam gerunt, videntes quid ipſe Deus pro nobis fecerit, ac paſſus ſit, & ſcientes, quòd ex ipſa hominum redemptione ruinæ angelicæ detrimenta reparabuntur cum quibus ipſi unum regnum unamque civitatem conſtituent in cælis, in qua ſimul unum Deum in æternum laudabunt.

Aug. in Enchirid. cap. 61. 62. Coloſſ. 1.

Prædicatum eſt gentibus. Eſt & hoc ſupra modum mirabile, quod idololatris olim derelictis voluerit Deus tantum myſterium communicare. De quo Apoſt. in epiſt ad Epheſ. *Myſterium Chriſti, quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum ſicut nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus & Prophetis in Spiritu: Gentes eſſe cohæredes & concorporales & comparticipes promiſſionis ejus in Chriſto Ieſu per Evangelium.* De quo S. Proſp. lib. 2. de vocat. gent. cap. 18.

Epheſ. 2. & 3.

Creditum eſt in mundo. Quintum mirabile, quod Evangelica doctrina tam ardua atque ſublimis, ab omnibus ubique credita ſit, contra proprios ab avis longâ ſerie acceptos errores, idque tam ſubitò, ac per paucos, eoſque abjectos. Magnum eſt hoc & poteſtatis ejus & veritatis argumentum. Admiratur Propheta, dicens: *Teſtimonia tua credibilia facta*

Pſal. 92.

Digitized by Google

Pſal. 118. *ſunt nimis* de quibus alibi dicit, *Mirabilia teſtimonia tua, Domine*. Et in Actis cum ſtupore dicunt diſcipuli, auditâ gentium converſione per prædicationem Petri; *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus*
Actor. 11. *ad vitam*. Et idem Propheta: *Lapis reprobatus factus eſt*
Pſal. 117. *in caput anguli*; quando conjunxit duos populos, Iudaicum & gentilem, in unum, id eſt, in unam fidem, & religionem. Sequitur: *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.*

Aſſumptum eſt in gloria: Non ſolùm creditum eſt Chriſto, ut Moyſi vel aliis doctoribus, ſed hoc mirabile, quod receptus ſit à mundo, tanquam in gloria Patris exiſtens, tanquam verus Deus. Gloria enim Dei ſolius eſt; Vnde & Chriſtus Apoſtolo, *Gloriæ Dominus* dicitur: & Pater, Filius, Spiritus S. ſemper in Eccleſia glorificantur. Ut hîc idem dica-
Philip. 2. tur, quod ad Philipp. *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Commentatores intelligunt de aſcenſione, quâ glorioſus videntibus Apoſtolis aſcendit. Et annotat Haymo, præpoſterum eſſe ordinem: priùs enim aſſumptus eſt in gloria, quàm prædicatus ſit gentibus. Et Theodoretus additum putat, cur jure crediderit mundus prædicationi Apoſtolicæ, quia videlicet, in cælis à dextris Dei ſedet, qui prædicatus eſt ab Apoſtolis, & veritatem perſuadet mundo.

MONI-

MONITVM LXXXIII.

Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.

Ionæ. 3.

Dicitur apud Iſaiam Paſtoribus; *Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit*, inquit D. Gregor. *quiſque ad Sacerdotiũ accedit, ut ante adventum Iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe, ſcilicet, clamando gradiatur.* Tuba in bello præcedere Ducem aut Principem ſolet; & paſtorum officium eſt, excitare ad pœnitentiam, & juſtitiam, timore ſecuturi Iudicis, imminentis damnationis, &c. Sic Ionas Ninivitis peccatoribus prædicat comminatam & imminentem à Iudice ipſis pœnam, ut eos provocaret ad pœnitentiam. Dicitur in Evangelio ſervis vocantibus homines ad nuptias; *Ite ad exitus viarum.* Via eſt uniuſcujuſque ſtudium; unus ſtudet avaritiæ, alius libidini, alius alij vitio. Exitus viæ eſt, quò via ducit, & eſt æterna damnatio, quam peccatoribus demonſtrare debent Prædicatores. Inculcent ergo frequenter illud Pauli, *Dominus prope eſt*: illud Iacobi, *Ecce judex ante januam aſſiſtit*: illud Domini; *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt.*

Isaiæ 40. In Paſt. par. 2. ca. 4. Matth. 22. Philip. 3. Iac. 4. Apoc. ult.

Auditâ Ionæ prædicatione, Rex Ninive indicit populo pœnitentiam. Officium Principis ac Regis eſt, *in regno ſuo jubere bona, prohibere mala, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verùm etiam*

D. Aug. epiſt. 50.

Digitized by Google

quæ ad divinam religionem, inquit Auguſt. *Aliter enim quis ſervit Deo, quia homo eſt, aliter quia etiam Rex eſt; Quia homo eſt, Deo ſervit, vivendo fideliter: quia verò etiam Rex eſt, Deo ſervit, leges juſta præcipiẽtes, & cõtraria prohibentes, convenienti vigore, ſanciendo.* Sic ſervivit Deo Rex Ninive, univerſam civitatem ad Deum placandum compellendo. Sicut & Darius Rex, mandando univerſo imperio, ut paverent Deum Danielis. Nabuchodonoſor, quoque, ne quis blaſphemaret Deum trium puerorum. Denique Artaxerxes minatur pœnas tranſgredientibus legem Dei Eſdræ, &c. Conſideranda ergo hîc eſt unanimitas Regis & populi in placando Domino. De bono Paſtore dicitur; *Ante oves vadit, & oves illum ſequuntur.*

Ionæ 3. Daniel. 6. Dan. 3. 1. Eſdræ 7. Ioan. 10.

Et meritò debent Præpoſiti ſubditos in omni opere bono præire. 1. Quia *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, inquit Poëta; & noſter Sapiens; *Secundùm judicem populi ſic & miniſtri ejus; & qualis rector civitatis, tales & inhabitantes in ea.* 2. Si de pœnitentia ſubeunda agatur, etiam hîc præire debent: Non enim minùs ſæpè peccant quàm ſubditi, imò frequenter magis: Omnibus eadem pœnitentiæ medicina parata, ac præcepta. Sicut enim lex *ipſa ad omnes æquè ſpectat, omnibus æquo jure mandatur*, ut ait D. Hieron. ita etiam ad omnes eam prævaricantes pertinet pœnitentia. Imò *Iudicium duriſſimum his qui præſunt, fiet*, inquit Sapiens. 3. Sic opera bona fiunt coram Deo efficaciora, quando omnes ſimul dolent, jejunant, orant, bene operantur, &c. *Vbi duo vel tres*, ait Chriſtus, *congregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum.* Vnde D. Leo; *Tunc eſt efficacior, ſanctiorque devotio, quando in operibus pietatis, totius Eccleſiæ unus animus & unus eſt ſenſus.*

Claudian. Eccleſ. 10. In epiſt. ad Celant. Sap. 6. Ser. 4. de ieiun. 7. menſ.

Quam

Quam cauſam eſſe putatis, quòd non placatur Dominus, quòd manus ejus adhuc extenta? Nonne multi ſunt boni qui jejunant cum Ninivitis in cilicio & cinere, in pane & aqua, &c? Non dubium. Sed deeſt illa unanimitas, quam exaudiri dicit Dominus, & Sanctus Cyprianus. Sed unus jejunat, alius ſe inebriat; unus agit pœnitentiam, alius peccata accumulat, &c. quod unus conſtruit, deſtruit alius. Non eſt omnium unus animus & ſenſus. Vnde Sapiens; *Vnus ædificans, & unus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Vnus orans, unus maledicens, cujus vocem exaudiet Deus?* Qui tamen boni ſunt, non debent exiſtimare, ſe iſta fruſtra facere, ſed nõ dubitent ſe iſtis bonis operibus, & piâ malorum patientiâ, præclariſſimum ſibi in cælo locum comparare. Matth. 16. De Vnit. Eccleſ. Eccleſ. 34.

Hinc pulchrè Divus Auguſtinus: *Chriſti præcepta de juſtis probiſque moribus, ſi ſimul audirẽt atque curarẽt Reges terræ & omnes populi, &c. omnis ætas, & uterque ſexus, & terras vitæ præsẽtis ornaret, ſua felicitate Reſpublica, & vitæ æternæ culmen beatiſſime regnatura conſcenderet. Sed quia iſte audit, ille contemnit, pluresque vitiis malè blandientibus, quàm utili virtutum aſperitati ſunt amiciores, tolerare Chriſti famuli jubentur, peſſimam etiã, ſi ita neceſſe eſt, flagitioſiſſimamque Rempublicam, & in angelorum curia, cæleſtique Repub. ubi voluntas Dei, lex eſt, clariſſimum ſibi locum etiam iſta tolerantia cõparare.* De civit. li. 2. ca. 19.

Modus autem pœnitentiæ Ninivitarum fuit, in jejunio, ſacco, & cinere. Iob Propheta, *Idcirco*, inq. *meipſum reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.* Et Dominus in Evang. de Tyro & Sidone; *Olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Dicebat S. Martinus ut Severus refert epiſt. 3. *Non decet Chriſtianum niſi in cinere & cilicio mori.* Iob. 40. Matth. 11.

Digitized by Google

Iſta fiunt à pœnitentibus in deteſtationem ſcelerum, & quandam quaſi vindictam. *Peccata enim ſive magna, ſive parua, impunita eſſe non poſſunt: quia aut ab homine pœnitente, aut à Deo judicante plectuntur. Ceſſet autem vindicta divina, ſi converſio praecedat humana. Amat enim Deus pœnitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant, non judicare.* Sunt etiam humilitatis ſigna, & animi contriti, quem Deus non deſpicit, ſed reſpicit. Et meritò ſuam vilitatem conſiderans homo peccator, ſimulque Majeſtatem Dei quam turpiter auſus eſt offendere, humiliat ſe in cinere & cilicio, *ſub potenti manu Dei*, ut ita ſe miſerabilem exhibens oculis ejus, gratiam & miſericordiam impetret. Benè invenies inter homines Ninivitarum peccata, ſed ubi ſimilis pœnitentia? *Surgent Ninivitæ in judicio, & condemnabunt generationem iſtam*: illi ad unius hominis vocem converſi à via ſua mala, nos tot audimus Dei voces, per prædicationes, inſpirationes, tribulationes, &c. & perſeveramus in malitia.

Proſper. Sent. 211.

Pſal. 50.

1. Pet. 5.

Sed quæret aliquis: quid opus noſtrâ pœnitentiâ, jejunio, oratione, & ſimilibus, nonne Chriſtus abundè ſatisfecit; nonne ipſe ſolvit omnia? Ita. Sed hoc eſt propoſitum gratiæ Dei: vult nos ſic per pœnitentiæ opera, ſatisfactionis Chriſti participes facere. Non ergo hoc facientes, juſtum Deo pretium pro peccatis offerimus, ſed aliquid facimus, cujus intuitu, juxta propoſitum gratiæ Dei, ſatisfactionem Chriſti participamus. Sicut enim in obſervatione mandatorum Dei gratia & liberum arbitrium ſemper ſunt conjungenda; ita ut Deum ſuper peccatis commiſſis placemus ſemper conjungenda ſunt paſſio Chriſti, & noſtra pœnitentia

atque

Digitized by Google

atque oratio: Sed ſicut ibi præcipuas partes habet gratia, ita hîc Chriſti paſſio.

Hîc præterea notandum, quomodo dicat S. Aug. everſam Niniven, ac Ionæ prædictionem impletam, cùm tamen civitati propter pœnitentiam pepercerit Deus. *Quis negabit*, inquit Aug. *quod Dominus prædixit in eis fuiſſe completum? niſi parum advertat, quemadmodum peccatores Deus, non ſolùm iratus, verùm etiam miſeratus evertat? Evertuntur enim peccatores duobus modis: aut ſicut Sodomitæ, ut pro peccatis ſuis ipſi homines puniantur; aut ſicut Ninivitæ, ut ipſa hominum peccata pœnitendo deſtruantur. Factum eſt ergo quod prædixit Deus. Everſa eſt enim Ninive, quæ mala erat & bona ædificata eſt, quæ non erat. Stantibus enim mœnibus atque domibus, everſa eſt civitas in perditis moribus: ac ſic quamvis Propheta fuerit contriſtatus, quia non eſt factum quod illi homines timuerunt illo prophetante venturum; factum eſt tamen quod fuerat Deo præſciente prædictum, quoniam noverat qui prædixit, quomodo fuerat implendum.* De civit. li. 21. cap. 24. in Pſal. 50. Ionæ 4.

Poſtremò notandum, quod dicit Scriptura, *Vidit Deus opera eorum.* Contra Calvinum, qui dicit, quòd ante remiſſionem peccatorum, ad nullum opus noſtrum Deus reſpiciat. *Vidit enim Deus opera Ninivitarum, quia converſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitia, quam locutus fuerat, ut faceret.* Ionæ 3. Similiter *orationes & eleëmoſynæ Cornelij Centurionis aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei*, ut ad eum veniret Petrus, per cujus prædicationem efficeretur ſalvus. Actor. 10. Et ſi Nabuchodonoſor Rex juxta conſilium Danielis peccata ſua eleëmoſynis redemiſſet, non arbitror eas fuiſſe deſpecturum; ſicut nec deſpexit orationem Publicani, cujus merito deſ- Daniel. 4. Lucæ 18.

Ierem. 3. ſcendit juſtificatus è tẽplo. Denique *oculi Domini reſpiciunt fidem*,& pœnitentiam eorum, qui ad gratiam remiſſionis aſpirant.

MONITVM LXXXIV.

Ore confeſſio fit ad ſalutem.

Rom. 10.

AGendum hîc de nimiùm cæca multorum opinione. Quorum quidam ſtultum ac ineptum eſſe putant, Religionis cauſa perſecutionem pati; & torqueri ac mori velle, cùm liberè liceat abire, ſi linguam paululùm repreſſeris; aut ad voluntatem potentioris laxaveris. Atque hoc ita opinantur, quòd hâc corporis luce ac vitâ pecudum more delectentur, nec conſiderent, quanti facienda ſit pietas
1. Tim. 4. quâ Deo conjungimur, *promiſſionemq; habet vitæ,quæ nunc eſt, & futuræ.* Ac nomen quidem Chriſtianum iſti gerunt, ſed reverà gentilibus iis ſimiles ſunt, de
In Apol. cap. 27. quibus Tertull. *Quidam*, inq. *dementiam exiſtimant, quòd cùm poſſimus & ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito,obſtinationem ſaluti præferamus. Datis,ſcilicet, conſilium*(ait)*quo vobis*
Ibid.ca.46. *abutamur.* Idcirco iidem Chriſtianos *deſperatos ac perditos,& ſarmenticios ac ſemiſſios* appellabant, quòd ad ſtipitem dimidij aſſis revincti, ſarmentorum ambitu exuri ſeſe paterentur.

Qui quidem doctrinæ magis medicinâ, quàm diſputatione refellendi ſunt, ut intelligant animæ ſalutem, corporis incolumitati; & pietatem atque juſtitiam, vitæ huic temporariæ multis nominibus anteponendam eſſe: fruſtraque cum offenſione Dei, quandam hujus temporibus felicitatem, ſeu potiùs felicitatis umbram retineri, quam ſe-

mel

mel amittere vel moriendo neceſſe eſt. Vnde D. Cypria. ita hortatur; *Si mortem poſſemus evadere, meritò mori timeremus; porrò autem cùm mortalem mori neceſſe ſit, amplectamur occaſionem de divina promiſſione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis, cũ præmio immortalitatis, nec vereamur occidi, quos conſtet, quãdo occidimur, coronari.* Nec verò modò hujus vitæ umbraticam felicitatem amitti neceſſe eſt, verùm etiam pro ea, cupidiùs quàm par eſt, adamata, ſempiternam infelicitatem reportari. Vnde Chriſtus; *Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam.* Et; *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.*

Lib. 4. epiſt. 6.

Ioan. 12. Matth. 16.

Monet Apoſtolus; *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ.* Quid eſt, ſicut illud, ita & hoc? *Niſi quemadmodum ad peccandum,* inquit Divus Auguſtinus, *nullus vos cogebat metus, ſed ipſius libido, voluptaſq; peccati; ſic ad juſtè vivendũ, non vos ſupplicii metus urgeat, ſed ducat delectatio caritaſq; juſtitiæ. Et hæc quidem nondum eſt perfecta, ſed quodammodo adulta juſtitia. Neque enim fruſtrà præmitteret; Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ, niſi quia plus aliquid dicendum fuit ſi jam illi ferre potuiſſent. Plus quippe ſervitutis debetur juſtitiæ, quàm peccato ſolent homines exhibere. Nam pœna corporis, & ſi non à voluntate, tamen revocat ab opere peccati. Nec facilè quiſquam eſt, qui palàm committat, quod per illicitam & immundam percipiat voluptatem, ſi cruciatus vindictæ certum eſt continuò ſecuturos. Iuſtitia verò ſic amanda eſt ut ab ejus operibus, etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus crudelium inimicorum luceant opera noſtra coram hominibus, ut quibus placere*

Rom. 6.

Epiſt. 144.

Rom. 6.

Matth. 6.

 poſſunt

Digitized by Google

poſſunt, glorificent Patrem. Hinc eſt quod ille fortiſſimus juſtitiæ dilector exclamat; *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti*, &c.

Rom. 8.

Sunt alii, qui etſi fateantur religionem primo loco habendam, negant tamen neceſſe eſſe eam confiteri, ubi ex perſecutione vitæ periculum impendet. Sat enim eſſe ſi coram Deo, cui uni placere ſufficiat, integritas fidei pura conſcientia teneatur, nec Deum verba, ſed animum loquentis inſpicere. Imitantur autem hi veteres hæreticos, qui martyria facienda eſſe negabant. Vnde Gnoſtici capti, negabant, offerebant, &c. dicentes contra Dei voluntatem fieri, qui *non vult mortem peccatoris*, & Chriſti mortem ſufficere. Teſtatur idem de Baſilide Tertullian. & Origenes. Idem de Valentinianis teſtatur Tertul. Et de quodam Corpiano Optatus Milevit. De Priſcilliano Auguſtinus: cujus in dogmatibus propter occultandas turpitudines flagitioſas, etiam illa verba reperta ſunt;

Tertull. de hæreſ. Orig. in Ezechiel. Lib. 4. cont. Donat. In lib. de hæreſib.

Iura, perjura, ſecretum prodere noli.

Fuiſſe quoque Helcheſitas commemorat Euſebius, qui fidem in perſecutione verbo docuêre negandam, ſed corde & animo conſervandam.

Euſeb. li. 6. hiſt. cap 28. Aug. hæreſi 10.

Sed cùm omnia damnanda ſint, atque omni etiam caſu cavenda mendacia, quemadmodum Sapiens ait; *Noli velle mentiri omne mendacium:* tum ea præſertim, quæ pernitioſa vocantur, quòd vel Deo injuriam adferant, vel grave homini nocumentum. De quo dicitur; *Os quod mentitur, occidit animam.* Et, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Injuriam autem irrogari Chriſto fidei negatione: ex eo clarum eſt, quod Chriſtum neget, quiſquis ſe negaverit Chriſtianum. Neque enim Petrus, cùm adhuc

Eccleſ. 17. Sap. 1. Pſal. 5. Aug. tract. 113. in Ioannem.

huc eſſet infirmior, ob aliud Chriſtum negaſſe cenſendus eſt, quàm quia ſe negavit ejus eſſe diſcipulum. Niſi autem hoc crimen eſſet, Chriſtum ſcilicet negare, non diceret Chriſtus ipſe; *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eũ corã Patre meo.* Matth. 10.

Quod quàm exhorruerint ſemper Sancti Dei homines, cùm alij multi, tum præclarè Gordius martyr inter gentiles & voce & morte declaravit. Suadentibus enim quibuſdam, ut linguâ negaret fidem, quam corde retineret: Mox ille; *Negem ego Deum meum*, inq. *in cujus cultu ſum educatus? Nónne cælum, Sol & Luna lumen mihi clauderent ſuum? Credam profectò humum, quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare, Deus nequaquam irrideri poteſt. Ex ore noſtro nos judicat; ex noſtris, inquam, verbis ſervat & damnat. Nónne tremendam Domini audiviſtis ſententiam; Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo?* &c. Vide D. Baſil. in Gord. martyr. Matth. 12. & 25. Matth. 10.

Similiter S. Saturus procurator Hunnerici Regis VVandalorum, inter hæreticos: Cui cùm præter pollicitationes & minas regias, ut Catholicam abnegaret fidem, etiam uxor proſtrata ejus pedibus cum parvis liberis, diceret: Cognoſcit Deus, quia invitus facturus es, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Ille S. Job voce reſpondens, *Tanquam una ex inſipientibus mulieribus*, inquit; *loqueris. Formidarem, mulier, ſi ſola eſſet hujus vitæ amara dulcedo: artificio conjunx diaboli miniſtraris. Si diligeres maritum, nunquam ad ſecundam mortem proprium attraheres virum. Diſtrahant filios, ſeparent uxorem, auferant ſubſtantiam, mei Domini ego ſecurus de promiſſis verba tenebo. Si quis non dimiſerit uxorem, filios, agros, domum, meus non poterit eſſe diſcipulus.* Apud Vict. Vticenſ. l. 1. de Vandalic. perſecut. Iob. 2. Luc. 14.

Simile

Digitized by Google

Simile eſt de Thoma Moro Martyre Angliæ, noſtro ſæculo, quem in carcere ob fidem Catholicam conjectum ac neci deſtinatum, cùm quidam inflectere conarentur, & maximè uxor ejus Aloiſia: orans ne ipſam, liberos, ſuam vitam perderet, quâ diu adhuc frui poſſet: quæſivit ex ea Morus; *Quamdiu tandem putaret?* cùm illa reſpondiſſet, totos viginti annos. *Vis ergo*, ait ille, *ut æternitatem ipſam viginti annis commutem? Nam ſi annorum viginti millia diceres, aliquid tu quidem diceres; ſed tamen quid hoc eſſet ad æternitatem?*

In vita.

In eo verò genere mendacii cavendo, quo ſibi quiſque vel alteri pernitioſus eſſe, aut famæ detractione aut vitæ poſſit, admirabilis extitit ſepties icta mulier, de qua D. Hieron. Factum id ſub Valentiniano majore, qui cum præ ſe ferret pravorum morum correctorem, ejus quoque miniſtri ſæpè, omni æquitate poſthabita, ad ſummam ſæveritatem jura ſævire permiſerunt. Vnde etiam illi qui adulterii vel ſtupri cauſa accuſati erant, vel de iis ſolùm ſuſpecti, incredibilibus quæſtionibus & cædibus exagitati ſunt; etiam perſonæ nobiles, quas refert Ammianus. Vnde conſtat fabulam eſſe Valentinianum Imperat. Catholicum ſanxiſſe ut quicunque vellet, duas poſſet habere uxores; quem conſtat adulteria ſemper ſeveriſſimè puniviſſe & acerrimum impudicitiæ hoſtem fuiſſe, ut oſtendit Baron. to. 4.

In epiſt. ad Innoc. de muliere. ſepties icta.

Lib. 28.

Hæc mulier cum adulterii eſſet accuſata, atque is juvenis, cum quo adulterium commiſſum eſſe dicebatur, volens compendio mortis, longos vitare cruciatus, in ſuum ſanguinem mentitus, & in adulterii confeſſione percuſſus eſſet: illa ſexu quidem infirmior, ſed virtute fortior, nullis tormentis adigi potuit, ut ſe feciſſe, cujus ſibi conſcia non erat, fateretur.

tur. Sed ad Chriſtum oratione converſâ, à quo ſolo ſuam innocentiam patefieri poſſe, ac defendi credebat; *Tu*, inq. *teſtis es Domine Ieſu, cui occultum nihil eſt, qui es ſcrutator renum & cordis, non ideo me negare velle, ne peream; ſed ideo mentiri nolle, ne peccem.* Ac mox juvenem alloquens, qui ſuâ confeſſione non ſibi modò, ſed & illi mortem paraverat: *At tu* (inquit) *miſer homo, ſi interire feſtinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipſa cupio mori; cupio invitum hoc corpus exuere, ſed non quaſi adultera.* Hoc ſi fortiter illa fecit, ne adultera crederetur; quid perpetiendum eſt Chriſtiano, ne ſacrilegam impietatem mentiatur, aut ſi noluit ipſa ſibi mortem vel infamiam conſciſcere, falſi confeſſione criminis, quantò majore fortitudine enitendum eſt Chriſtiano, ne Chriſto injuriam impio mendacio videatur irrogaſſe?

Hiero. ibid.
Ierem. 17.
Apoc. 2.

Si autem fidem ſuam negare verbo non licet, aut alienam profiteri: multò ſceleratius eſt, damnare atque improbare quod pietatis eſt, convitiaque dicere, etiamſi repugnante conſcientiâ, compellente vero metu, proferatur quod dicitur. Quo loco B. Polycarpi occurrit egregia virtus; quâ jurare juſſus fortunam Cæſaris, convitiaque in Chriſtum jacere, reſpondit; *Octoginta & ſex annis ei ſervio, & nihil me læſit unquam: quomodo poſſum maledicere & blaſphemare regem meum, qui ſalutem mihi dedit?* Cumque beſtias diceret Præſul eſſe paratas, quibus objiceretur, niſi eum celeriter Chriſtianiſmi pœniteret, dixit; *Adhibeantur; nobis enim immobilis ſtat ſententia, nec poſſumus de bono in malum per pœnitudinem commutari.*

Euſeb. li. 4. ca. 15. hiſt.

MONI-

MONITVM LXXXV.

Incipiebat enim mori.

Ioan. 4.

Aug. de Civit. li. 13. cap. 15.

CORruptionis & mortis ſervitus non eſt nobis ut brutis animantibus, naturalis? Non eſt, inquam, *natura hominis inſtituti, quem Deus creavit inexterminabilem*, ut Sap. ait, *ſed pœna damnati*, uti ſatis ex ſacris literis conſtat, quæ *mortem diaboli invidiâ & per peccatum introiſſe in orbem* teſtantur. Pelagianorum, ſub nomine Chriſtiano, ea fuit deteſtanda hæreſis: Quod tamen gentiles Philoſophi, qui primam conditi hominis dignitatem ejuſdemque ruinam ignorabant, naturæ hominum ſine dubio nobiliſſimæ non convenire viderunt. Vnde quidam ex iis dicere non dubitarunt, *hominem non ut à matre naturâ, ſed ut à novercâ, editum in vitam: corpore videlicet nudo, & fragili, & infirmo, animo autem anxio ad moleſtias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamen ineſſet, tanquam obrutus quidam divinus ignis ingenii & mentis.*

Sap. 2. Rom. 5. & 8.

Cicero 3. de Repub. Aug. li. 4. cont. Iulia. cap. 12.

Idem lib. 3. Tuſc. Quæſ.

Theophraſtus certè moriens, *accuſaſſe naturam dicitur, quòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet: hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet*: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, ſe tum cùm illa videre cœpiſſet extingui.

Dicit S. Auguſt. quòd *non ſolum in verbis Scripturarum, ſed & in rebus tanta latet altitudo ſapientiæ, ut annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimiſq; diſcendi cupiditate hoc contingit, quod eadem Scriptura quodam loco habet; Cùm conſummaverit homo, tunc incipiet.* Epiſt. 3. *Sapiens ille vir Græciæ, Themiſtocles,* inq. Hieron. *cùm expletis cẽtum & ſeptẽ annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur ſe dolere, quod tunc egrederetur è vita, quando ſapere cœpiſſet.* Ad Nepot.

Alii verò fuerunt qui *ob aliqua ſcelera in vita ſuperiore ſuſcepta, pœnarum luendarum nos cauſâ dicerent eſſe natos*: & animos corruptioni obnoxiis corporibus, tanquam vivos cum mortuis, alligatos eſſe, eo videlicet ſupplicii genere, quo Hetruſci prædones captos afficere conſueverant. Qui ut ſcribit Valer. Max. *vivorum corpora cadaveribus adverſa adverſis alligata atque conſtricta, ita ut ſingulæ membrorum partes, ſingulis eſſent accommodata, tabeſcere ſimul patiebantur: amari vitæ pariter, ac mortis tortores.* Manichæos verò hæc compulit conſideratio, ut incommutabilem quandam, & Deo coæternam introducerent mali naturam, in qua vitiorum omnium, malique totius caput & origo exiſteret. Hujuſque tam tetræ naturæ permixtionem cum bonis rebus factam bello quodam deliris quibuſdam imaginibus confingebant. Enumerantes enim mala generis noſtri etiam infantum multa & varia, ita concludebant: Cùm ſit juſtus & omnipotens Deus, quî fit ut mala hæc ejus imago patiatur in parvulis, niſi quia vera eſt, quam nos aſſerimus, duarum naturarum boni malique permixtio?

Lib 9. ca. 2.

Vide Aug. de hæreſib. hæreſ. 46.

Hos omnes Catholica Veritas errare convincit, confitens originale peccatum, inq. D. Auguſt. *per quod hominum genus, dæmonum ludibrium effectum eſt, & laborioſa miſeriæ deſtinata*

Aug. cont. Iul. l. 4. c. 12. li. 6. cap. 9.

Digitized by Google

Sap.1. *deſtinata propago mortal[illegible] Non enim ita eſſet, ſi humana natura in eo ſtatu, in quo primùm condita eſt, perſtitiſſet. Deus namque,* ut Scriptura teſtatur, *mortem non fecit: ſed deceptor hominis, cauſa mortis eſt diabolus.* Cui poſteaquam ille acquievit, evenit, quod ait Apoſtolus; *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit.* Semel autem admiſſo peccato, quo niſi præeunte, mors nunquam fuerat ingreſſura, factum eſt, ut illud etiam verè diceretur: *Vita & mors à Domino Deo: nimirum ut hanc intelligatur Deus, non ut primus auctor, ſed ut peccati juſtiſſimus ultor, intuliſſe,* inq. Aug. iſtoque modo veritas appareat utriuſque ſententiæ, & illius quâ dictum eſt, *Deus mortem non fecit:* & hujus quâ dicitur, *Vita & mors à Deo ſunt.*

Rom.5.

Ecclеſ.11.

Aug.lib.5. cap.7. cont. Iulian.

Rom.8.

Sic & alibi idem Apoſt. *Corpus mortuum eſt propter peccatum. Vbi vigilantiſſimè non ait, mortale, ſed mortuum.* inq. Auguſt. *Priuſquam enim mutaretur in illam incorruptionem, quæ in ſanctorum reſurrectione promittitur, poterat eſſe mortale, quamvis non moriturum. Sicuti hoc noſtrum eſſe poteſt, ut ſic dicamus, ægrotabile, tametſi non ægrotaturum. Cujus enim caro eſt, quæ non ægrotare poſſit, etiamſi aliquo caſu priuſquam ægrotaret, occumbat? Sic & illud corpus jam erat mortale: quam mortalitatẽ fuerat abſumptura mutatio in æternam incorruptionẽ, ſi in homine juſtitia ſive obedientia permaneret: Cæterùm hoc ipſum qnod mortale fuit, quia mori potuit, non eſt mortuum effectum,* id eſt tale ut jam ex ſui in deterius mutatione, & quadam veluti morbidâ & mortiferâ qualitate neceſſariò moreretur, *niſi propter peccatum.*

Aug.lib.1. c.4. & 5. de pec.merit.

Primorum itaque hominum in paradiſo corpora, licet animalia fuerint, nondum ſpiritalia, non tamen mortua fuere, id eſt, quæ neceſſe eſſet emori,

Digitized by Google

emori, quod eo primùm die factum eſt, quo lignum vetitum tetigerunt. *Quando enim peccavit Adam non obtemperans Deo, tum ejus corpus gratiam perdidit, quâ fiebat, ut animæ omni ex parte obediret. Tum etiam morbo quodam, ex repentina & peſtifera corruptione concepto, factum eſt in illis, ut ea in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitates ætatum irent in mortem. Quamvis igitur annos poſtea vixerunt multos, eo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, quâ in ſenium veteraſcerent, acceperunt. Non enim ſtat vel temporis puncto, ſed ſine intermiſſione labitur, quicquid immutatione continuâ ſenſim currit in finem, non perficientem, ſed conſumentem. Sic nimirum impletum eſt quod dixerat Deus: Quacunque die comederitis, morte moriemini.* De Geneſ. ad lit. lib. 9. c. 10. li. 11. cap. 31. De peccat. mer. ibid. cap. 16. Geneſ. 2.

Sed quæres, ſi mors ex peccato eſt, cur ergo remiſſo peccato, adhuc remanet moriendi neceſſitas, & aliæ variæ graveſque ærumnæ? Cauſa eſt, quòd voluerit Deus fidem exerceri, ac propter futurum ſæculum nos fieri Chriſtianos: cùm multi non ob aliud Chriſtiani eſſe velint, quàm ut hujus vitæ felicitate perfruantur. Atqui tam inſigne in capite noſtro Chriſto præceſſit exemplum, unde diſceremus præ cœleſtibus terrena contemnere. Huc enim pertinet illa ejus in Pſal. oratio: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi*, id eſt, non ad inſipientiam nobis, qui ejus membra ſumus, ſed ut ſapiamus, non propter iſtam vitam, in qua nos Deus aliquando uſque ad mortem in perſequentium poteſtate eſſe permittit, ſed propter illam ſempiternam debere nos eſſe Chriſtianos. Hoc enim in illo præceſſiſſe intuemur, ex cujus nomine ſic vocamur. Vide part. 1. Mon. 101. Pſal. 21.

Poterat igitur hoc quidem donare credentibus, ut nec iſtius corporis experirētur mortē, ſed ſi hoc faceret, inquit S. Auguſt. *carni quædam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem iſtam timent, ut non ob aliud felices eſſe dicerent Chriſtianos, niſi quod mori omnino non poſſent: ideoq; nemo propter illam vitā, quæ poſt iſtam mortem beata futura eſt, per virtutē etiam contemnendæ mortis, ad Chriſti gratiam feſtinaret, ſed propter removendam moleſtiam, delicatiùs in Chriſtū crederetur. Plus ergo gratia*, inquit idem Auguſt. *præſtitit, plus fidelibus ſuis ſine dubitatione donavit. Quid enim magnum erat, videndo non mori eos qui crederent, credere ſe nō moriturū; quanto eſt majus, quantò eſt fortius, quātò laudabilius ita credere, ut ſe ſperet moriturus, ſine fine victurum? Illa autem fides enervis & debilis eſt, nec fides omninò dicenda, quæ viſibilia ſequitur: quandoquidem fides ita definita eſt; Fides eſt, ſperandarum ſubſtantia rerū convictio rerum quæ non videntur. Vnde etiam in eadem ubi hoc ſcriptum eſt epiſtola, cùm conſequenter enumeraſſet quoſdam, qui Deo fide placuerunt: Secundùm fidem mortui ſunt hi omnes*, inquit, *cùm non accepiſſent repromiſſiones* Dei, *Deo nobis meliora providente, ne ſine nobis perficerentur. Hæc laus fidei non eſſet, nec omnino fides eſſet, ſi homines in credendo præmia viſibilia ſequerentur, id eſt, ſi fidelibus merces immortalitatis in hoc ſæculo redderetur.*

De peccat. merit. li. 2. cap. 31. 32. 33. 34.

Cap. 31. ibid.

Hebr. 11.

Ibid. ca. 32.

Quamvis itaque Dominus multa viſibilia miracula fecerit, unde ipſa fides, velut primordiis quibuſdā lacteſcentibus germinaret, & in ſuum robur ex illa teneritudine coaleſceret: (tantò enim eſt fortior quantò magis jam iſta non quærit) tamen illud quod promiſſum ſperamus, inviſibiliter voluit exſpectari; ut juſtus ex fide viveret, uſque adeo ut nec ipſe qui die tertio reſurrexit inter homines eſſe voluerit,

voluerit, ſed eis demõſtrato in ſua carne reſurrectionis exẽplo, quos hujus rei teſtes habere dignatus eſt, in cœlum aſcenderit, illorum quoq; ſe oculis auferens, nihilq; tale cujuſquam eorum carni jam tribuens, quale in carne propria demonſtraverat: ut ipſi ex fide viverent, ejuſque juſtitiæ, in qua ex fide vivitur, præmium quod poſtea erit viſibile; nũc interim per patientiam inviſibiliter exſpectarent. Ad hunc etiam intellectum credo etiam illud (ait Auguſt.) *referendum eſt, quod ait de Spiritu S. Non poteſt venire, niſi ego abiero. Hoc enim erat dicere, Non poteritis juſtè vivere ex fide, quod de meo dono, id eſt, Spiritu ſancto habetis, niſi à veſtris oculis hoc quod intuemini, abſtulero, ut ſpiritualiter cor veſtrum, inviſibilia credendo, proficiat.* Hactenus Auguſt. Ioan. 16.

Huic affinis eſt altera cauſa; Propterea & moriendi neceſſitatem, & duros vitæ labores, etiam remiſſo peccato, relictos eſſe; ut exerceretur, probareturque Sanctorum juſtitia & patientia, quæ probata atque exercitata coronaretur illuſtriùs. *Nequaquam enim in morte contemnenda, vel pro juſtitia ſubeunda*, ait S. Auguſt. *præcipua patientia laudaretur, ſi mortis non eſſet magna, multumque dura moleſtia. Cujus timorem qui vincit ex fide, magnam ipſius fidei comparat gloriam, juſtamque mercedem. Vnde mirandum non eſt, & mortem corporis non fuiſſe eventuram homini, niſi præceſſiſſet peccatum. & poſt remiſſionem eam evenire fidelibus, ut in ejus timore vincendo, exerceretur fortitudo juſtitiæ. Caro enim quæ primò facta eſt, non erat caro peccati; in qua noluit inter delicias ſervare juſtitiam: Ideoque ſtatuit Deus, ut poſt ejus peccatum, propagata caro peccati ad recipiendam juſtitiam laboribus & moleſtiis niteretur. Propter hoc etiam de paradiſo ejectus Adam; contra Edẽ habitavit, id eſt, contra ſedem deliciarum, ut ſignificaret,* De pecc. merit. li. 2. cap. 34.

Ierem. 3. ſcendit juſtificatus è tẽplo. Denique *oculi Domini reſpiciunt fidem*, & pœnitentiam eorum, qui ad gratiam remiſſionis aſpirant.

MONITVM LXXXIV.

Ore confeſſio fit ad ſalutem.

Rom. 10.

AGendum hîc de nimiùm cæca multorum opinione. Quorum quidam ſtultum ac ineptum eſſe putant, Religionis cauſa perſecutionem pati; & torqueri ac mori velle, cùm liberè liceat abire, ſi linguam paululùm repreſſeris; aut ad voluntatem potentioris laxaveris. Atque hoc ita opinantur, quòd hâc corporis luce ac vitâ pecudum more delectentur, nec conſiderent, quanti facienda ſit pietas
1. Tim. 4. quâ Deo conjungimur, *promiſſionemq; habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*. Ac nomen quidem Chriſtianum iſti gerunt, ſed reverà gentilibus iis ſimiles ſunt, de
In Apol. cap. 27. quibus Tertull. *Quidam*, inq. *dementiam exiſtimant, quòd cùm poſſimus & ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferamus. Datis, ſcilicet, conſilium* (ait) *quo vobis*
Ibid. ca. 46. *abutamur*. Idcirco iidem Chriſtianos *deſperatos ac perditos, & ſarmenticios ac ſemiſſios* appellabant, quòd ad ſtipitem dimidij aſſis revincti, ſarmentorum ambitu exuri ſeſe paterentur.

Qui quidem doctrinæ magis medicinâ, quàm diſputatione refellendi ſunt, ut intelligant animæ ſalutem, corporis incolumitati; & pietatem atque juſtitiam, vitæ huic temporariæ multis nominibus anteponendam eſſe: fruſtraque cum offenſione Dei, quandam hujus temporibus felicitatem, ſeu potiùs felicitatis umbram retineri, quam ſe-

mel

Digitized by Google

mel amittere vel moriendo neceſſe eſt. Vnde D. Cypria.ita hortatur; *Si mortem poſſemus evadere, meritò mori timeremus; porrò autem cùm mortalem mori neceſſe ſit, amplectamur occaſionem de divina promiſſione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis, cũ præmio immortalitatis, nec vereamur occidi, quos conſtet, quãdo occidimur, coronari.* Nec verò modò hujus vitæ umbraticam felicitatem amitti neceſſe eſt, verùm etiam pro ea, cupidiùs quàm par eſt, adamata, ſempiternam infelicitatem reportari. Vnde Chriſtus; *Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam.* Et; *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.* Lib. 4. epiſt. 6. Ioan. 12. Matth. 16.

Monet Apoſtolus; *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ.* Quid eſt, ſicut illud, ita & hoc? *Niſi quemadmodum ad peccandum,* inquit Divus Auguſtinus, *nullus vos cogebat metus, ſed ipſius libido, voluptaſq; peccati; ſic ad juſtè vivendũ, non vos ſupplicii metus urgeat, ſed ducat delectatio caritaſq; juſtitiæ. Et hæc quidem nondum eſt perfecta, ſed quodammodo adulta juſtitia. Neque enim fruſtrà præmitteret; Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ, niſi quia plus aliquid dicendum fuit ſi jam illi ferre potuiſſent. Plus quippe ſervitutis debetur juſtitiæ, quàm peccato ſolent homines exhibere. Nam pœna corporis, & ſi non à voluntate, tamen revocat ab opere peccati. Nec facilè quiſquam eſt, qui palàm committat, quod per illicitam & immundam percipiat voluptatem, ſi cruciatus vindictæ certum eſt continuò ſecuturos. Iuſtitia verò ſic amanda eſt ut ab ejus operibus, etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus crudelium inimicorum luceant opera noſtra coram hominibus, ut quibus placere* Rom. 6. Epiſt. 144. Rom. 6. Matth. 6.

poſſunt, glorificent Patrem. Hinc eſt quod ille fortiſſimus Rom. 8.
juſtitiæ dilector exclamat; Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, &c.

Sunt alii, qui etſi fateantur religionem primo loco habendam, negant tamen neceſſe eſſe eam confiteri, ubi ex perſecutione vitæ periculum impendet. Sat enim eſſe ſi coram Deo, cui uni placere ſufficiat, integritas fidei pura conſcientia teneatur, nec Deum verba, ſed animum loquentis inſpicere. Imitantur autem hi veteres hæreticos, qui martyria facienda eſſe negabant. Vnde Gnoſtici capti, negabant, offerebant, &c. dicentes contra Dei voluntatem fieri, qui *non vult mortem peccatoris*, & Chriſti mortem ſufficere. Teſtatur idem de Baſilide Tertullian. & Origenes. Idem de Valentinianis teſtatur Tertul. Et de quodam Corpiano Optatus Milevit. De Priſcilliano Auguſtinus: cujus in dogmatibus propter occultandas turpitudines flagitioſas, etiam illa verba reperta ſunt;

Tertull. de hæreſ. Orig. in Ezechiel. Lib. 4. cont. Donat. In lib. de hæreſib.

Iura, perjura, ſecretum prodere noli.

Fuiſſe quoque Helcheſitas commemorat Euſebius, qui fidem in perſecutione verbo docuêre negandam, ſed corde & animo conſervandam.

Euſeb. li. 6. hiſt. cap 28. Aug. hæreſi 10.

Sed cùm omnia damnanda ſint, atque omni etiam caſu cavenda mendacia, quemadmodum Sapiens ait; *Noli velle mentiri omne mendacium:* tum ea præſertim, quæ pernitioſa vocantur, quòd vel Deo injuriam adferant, vel grave homini nocumentum. De quo dicitur; *Os quod mentitur, occidit animam.* Et, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Injuriam autem irrogari Chriſto fidei negatione: ex eo clarum eſt, quod Chriſtum neget, quiſquis ſe negaverit Chriſtianum. Neque enim Petrus, cùm adhuc

Eccleſ. 17. Sap. 1. Pſal. 5. Aug. tract. 113. in Ioannem.

huc eſſet infirmior, ob aliud Chriſtum negaſſe cenſendus eſt, quàm quia ſe negavit ejus eſſe diſcipulum. Niſi autem hoc crimen eſſet, Chriſtum ſcilicet negare, non diceret Chriſtus ipſe; *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eũ corã Patre meo.* Matth. 10.

Quod quàm exhorruerint ſemper Sancti Dei homines, cùm alij multi, tum præclarè Gordius martyr inter gentiles & voce & morte declaravit. Suadentibus enim quibuſdam, ut linguâ negaret fidem, quam corde retineret: Mox ille; *Negem ego Deum meum*, inq. *in cujus cultu ſum educatus? Nónne cœlum, Sol & Luna lumen mihi clauderent ſuum? Credam profectò humum, quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare, Deus nequaquam irrideri potſt. Ex ore noſtro nos judicat; ex noſtris, inquam, verbis ſervat & damnat. Nónne tremendam Domini audiviſtis ſententiam; Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo?* &c. Vide D. Baſil. in Gord. martyr. Matth. 12. & 25. Matth. 10.

Similiter S. Saturus procurator Hunnerici Regis VVandalorum, inter hæreticos: Cui cùm præter pollicitationes & minas regias, ut Catholicam abnegaret fidem, etiam uxor proſtrata ejus pedibus cum parvis liberis, diceret: Cognoſcit Deus, quia invitus facturus es, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Ille S. Job voce reſpondens, *Tanquam una ex inſipientibus mulieribus*, inquit; *loqueris. Formidarem, mulier, ſi ſola eſſet hujus vitæ amara dulcedo: artificio conjunx diaboli miniſtraris. Si diligeres maritum, nunquam ad ſecundam mortem proprium attraheres virum. Diſtrahant filios, ſeparent uxorem, auferant ſubſtantiam, mei Domini ego ſecurus de promiſſis verba tenebo. Si quis non dimiſerit uxorem, filios, agros, domum, meus non poterit eſſe diſcipulus.* Apud Vict. Vticenſ. l. 1. de Vandalic. perſecut. Iob. 2. Luc. 14.

Simile

Simile eſt de Thoma Moro Martyre Angliæ, noſtro ſæculo, quem in carcere ob fidem Catholicam conjectum ac nec. deſtinatum, cùm quidam inflectere conarentur, & maximè uxor ejus Aloiſia: orans ne ipſam, liberos, ſuam vitam perderet, quâ diu adhuc frui poſſet: quæſivit ex ea Morus; *Quamdiu tandem putaret?* cùm illa reſpondiſſet, totos viginti annos. *Vis ergo*, ait ille, *ut æternitatem ipſam viginti annis commutem? Nam ſi annorum viginti millia diceres, aliquid tu quidem diceres; ſed tamen quid hoc eſſet ad æternitatem?*

In vita.

In eo verò genere mendacii cavendo, quo ſibi quiſque vel alteri pernitioſus eſſe, aut famæ detractione aut vitæ poſſit, admirabilis extitit septies icta mulier, de qua D. Hieron. Factum id ſub Valentiniano majore, qui cum præ ſe ferret pravorum morum correctorem, ejus quoque miniſtri ſæpè, omni æquitate poſthabita, ad ſummam ſæveritatem jura ſævire permiſerunt. Vnde etiam illi qui adulterii vel ſtupri cauſa accuſati erant, vel de iis ſolùm ſuſpecti, incredibilibus quæſtionibus & cædibus exagitati ſunt; etiam perſonæ nobiles, quas refert Ammianus. Vnde conſtat fabulam eſſe Valentinianum Imperat. Catholicum ſanxiſſe ut quicunque vellet, duas poſſet habere uxores; quem conſtat adulteria ſemper ſeveriſſimè puniviſſe & acerrimum impudicitiæ hoſtem fuiſſe, ut oſtendit Baron. to. 4.

In epiſt. ad Innoc. de muliere. ſepties icta.

Lib. 28.

Hæc mulier cum adulterii eſſet accuſata, atque is juvenis, cum quo adulterium commiſſum eſſe dicebatur, volens compendio mortis, longos vitare cruciatus, in ſuum ſanguinem mentitus, & in adulterii confeſſione percuſſus eſſet: illa ſexu quidem infirmior, ſed virtute fortior, nullis tormentis adigi potuit, ut ſe feciſſe, cujus ſibi conſcia non erat, fateretur.

Digitized by Google

tur. Sed ad Chriſtum oratione converſâ, à quo ſolo ſuam innocentiam patefieri poſſe, ac defendi credebat; *Tu, inq. teſtis es Domine Ieſu, cui occultum nihil eſt, qui es ſcrutator renum & cordis, non ideo me negare velle, ne peream; ſed ideo mentiri nolle, ne peccem.* Ac mox juvenem alloquens, qui ſuâ confeſſione non ſibi modò, ſed & illi mortem paraverat: *At tu* (inquit) *miſer homo, ſi interire feſtinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipſa cupio mori; cupio invitum hoc corpus exuere, ſed non quaſi adultera.* Hoc ſi fortiter illa fecit, ne adultera crederetur; quid perpetiendum eſt Chriſtiano, ne ſacrilegam impietatem mentiatur, aut ſi noluit ipſa ſibi mortem vel infamiam conſciſcere, falſi confeſſione criminis, quantò majore fortitudine enitendum eſt Chriſtiano, ne Chriſto injuriam impio mendacio videatur irrogaſſe?

Hiero. ibid.
Ierem. 17.
Apoc. 2.

Si autem fidem ſuam negare verbo non licet, aut alienam profiteri: multò ſceleratius eſt, damnare atque improbare quod pietatis eſt, convitiaque dicere, etiamſi repugnante conſcientiâ, compellente vero metu, proferatur quod dicitur. Quo loco B. Polycarpi occurrit egregia virtus; quâ jurare juſſus fortunam Cæſaris, convitiaque in Chriſtum jacere, reſpondit; *Octoginta & ſex annis ei ſervio, & nihil me læſit unquam: quomodo poſſum maledicere & blaſphemare regem meum, qui ſalutem mihi dedit?* Cumque beſtias diceret Præſul eſſe paratas, quibus objiceretur, niſi eum celeriter Chriſtianiſmi pœniteret, dixit; *Adhibeantur; nobis enim immobilis ſtat ſententia, nec poſſumus de bono in malum per pœnitudinem commutari.*

Euſeb. li. 4. ca. 15. hiſt.

MONI-

Digitized by Google

MONITVM LXXXV.

Incipiebat enim mori.

Ioan. 4.

Aug. de Civit. li. 13. cap. 15.

COrruptionis & mortis ſervitus non eſt nobis ut brutis animantibus, naturalis? Non eſt, inquam, *natura hominis inſtituti, quem Deus creavit inexterminabilem*, ut Sap. ait, *ſed pœna damnati*, uti ſatis ex ſacris literis conſtat, quæ *mortem diaboli invidiâ & per peccatum introiſſe in orbem* teſtantur. Pelagianorum, ſub nomine Chriſtiano, ea fuit deteſtanda hæreſis: Quod tamen gentiles Philoſophi, qui primam conditi hominis dignitatem ejuſdemque ruinam ignorabant, naturæ hominum ſine dubio nobiliſſimæ non convenire viderunt. Vnde quidam ex iis dicere non dubitarunt, *hominem non ut à matre naturâ, ſed ut à novercâ, editum in vitam: corpore videlicet nudo, & fragili, & infirmo, animo autem anxio ad moleſtias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamen ineſſet, tanquam obrutus quidam divinus ignis ingenii & mentis.*

Sap. 2. Rom. 5. & 8.

Cicero 3. de Repub. Aug. li. 4. cont. Iulia. cap. 12.

Idem lib. 3. Tuſc. Quæſ.

Theophraſtus certè moriens, *accuſaſſe naturam dicitur, quòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet: hominibus; quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet*: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, ſe tum cùm illa videre cœpiſſet extingui.

Dicit S. Auguſt. quòd *non ſolum in verbis Scripturarum, ſed & in rebus tanta latet altitudo ſapientiæ, ut annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimiſq; diſcendi cupiditate hoc contingit, quod eadem Scriptura quodam loco habet; Cùm conſummaverit homo, tunc incipiet.* Epiſt. 3. *Sapiens ille vir Græciæ, Themiſtocles,* inq. Hieron. *cùm expletis cẽtum & ſeptẽ annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur ſe dolere, quod tunc egrederetur è vita, quando ſapere cœpiſſet.* Ad Nepot.

Alii verò fuerunt qui *ob aliqua ſcelera in vita ſuperiore ſuſcepta, pœnarum luendarum nos cauſâ dicerent eſſe natos:* & animos corruptioni obnoxiis corporibus, tanquam vivos cum mortuis, alligatos eſſe, eo videlicet ſupplicii genere, quo Hetruſci prædones captos afficere conſueverant. Qui ut ſcribit Valer. Max. *vivorum corpora cadaveribus adverſa adverſis alligata atque conſtricta, ita ut ſingulæ membrorum partes, ſingulis eſſent accommodatæ, tabeſcere ſimul patiebantur: amari vitæ pariter, ac mortis tortores.* Manichæos verò hæc compulit conſideratio, ut incommutabilem quandam, & Deo coæternam introducerent mali naturam, in qua vitiorum omnium, malique totius caput & origo exiſteret. Hujuſque tam tetræ naturæ permixtionem cum bonis rebus factam bello quodam deliris quibuſdam imaginibus confingebant. Enumerantes enim mala generis noſtri etiam infantum multa & varia, ita concludebant: Cùm ſit juſtus & omnipotens Deus, quî fit ut mala hæc ejus imago patiatur in parvulis, niſi quia vera eſt, quam nos aſſerimus, duarum naturarum boni malique permixtio?

Lib 9. ca. 2.

Vide Aug. de hæreſib. hæreſ. 46.

Hos omnes Catholica Veritas errare convincit, confitens originale peccatum, inq. D. Auguſt. *per quod hominum genus, dæmonum ludibrium effectum eſt, & laborioſa miſeriæ deſtinata*

Aug. cont. Iul. l. 4. c. 12. li. 6. cap. 9.

Sap.1. *deſtinata propago mortal... Non enim ita eſſet, ſi humana natura in eo ſtatu, in quo primùm condita eſt, perſtitiſſet. Deus namque,* ut Scriptura teſtatur, *mortem non fecit: ſed deceptor hominis, cauſa mortis eſt diabolus.* Cui poſteaquam ille acquievit, evenit, quod ait Apoſtolus; *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit.* Semel autem admiſſo peccato, quo niſi præeunte, mors nunquam fuerat ingreſſura, factum eſt, ut illud etiam verè diceretur: *Vita & mors à Domino Deo: nimirum ut hanc intelligatur Deus, non ut primus auctor, ſed ut peccati juſtiſſimus ultor, intuliſſe,* inq. Aug. iſtoque modo veritas appareat utriuſque ſententiæ, & illius quâ dictum eſt, *Deus mortem non fecit:* & hujus quâ dicitur, *Vita & mors à Deo ſunt.*

Rom.5.

Eccleſ.11.

Aug. lib. 5. cap. 7. cont. Iulian.

Rom.8.

Aug. lib. 1. c. 4. & 5. de pec. merit.

Sic & alibi idem Apoſt. *Corpus mortuum eſt propter peccatum. Vbi vigilantiſſimè non ait, mortale, ſed mortuum.* inq. Auguſt. *Priuſquam enim mutaretur in illam incorruptionem, quæ in ſanctorum reſurrectione promittitur, poterat eſſe mortale, quamvis non moriturum. Sicuti hoc noſtrum eſſe poteſt, ut ſic dicamus, ægrotabile, tametſi non ægrotaturum. Cujus enim caro eſt, quæ non ægrotare poſſit, etiamſi aliquo caſu priuſquam ægrotaret, occumbat? Sic & illud corpus jam erat mortale: quam mortalitatẽ fuerat abſumptura mutatio in æternam incorruptionẽ, ſi in homine juſtitia ſive obedientia permaneret: Cæterùm hoc ipſum quod mortale fuit, quia mori potuit, non eſt mortuum effectum,* id eſt tale ut jam ex ſui in deterius mutatione, & quadam veluti morbidâ & mortiferâ qualitate neceſſariò moreretur, *niſi propter peccatum:*

Primorum itaque hominum in paradiſo corpora, licet animalia fuerint, nondum ſpiritalia, non tamen mortua fuere, id eſt; quæ neceſſe eſſet emori,

emori, quod eo primùm die factum eſt, quo lignum vetitum tetigerunt. *Quando enim peccavit Adam non obtemperans Deo, tum ejus corpus gratiam perdidit, quâ fiebat, ut animæ omni ex parte obediret. Tum etiam morbo quodam, ex repentina & peſtifera corruptione concepto, factum eſt in illis, ut ea in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitates ætatum irent in mortem. Quamvis igitur annos poſtea vixerunt multos, eo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, quâ in ſenium veteraſcerent, acceperunt. Non enim ſtat vel temporis puncto, ſed ſine intermiſſione labitur, quicquid immutatione continuâ ſenſim currit in finem, non perficientem, ſed conſumentem. Sic nimirum impletum eſt quod dixerat Deus: Quacunque die comederitis, morte moriemini.* De Geneſ. ad lit. lib. 9. c. 10. li. 11. cap. 31. De peccat. mer. ibid. cap. 16. Geneſ. 2.

Sed quæres, ſi mors ex peccato eſt, cur ergo remiſſo peccato, adhuc remanet moriendi neceſſitas, & aliæ variæ graveſque ærumnæ? Cauſa eſt, quòd voluerit Deus fidem exerceri, ac propter futurum ſæculum nos fieri Chriſtianos: cùm multi non ob aliud Chriſtiani eſſe velint, quàm ut hujus vitæ felicitate perfruantur. Atqui tam inſigne in capite noſtro Chriſto præceſſit exemplum, unde diſceremus præ cœleſtibus terrena contemnere. Huc enim pertinet illa ejus in Pſal. oratio: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi*, id eſt, non ad inſipientiam nobis, qui ejus membra ſumus, ſed ut ſapiamus, non propter iſtam vitam, in qua nos Deus aliquando uſque ad mortem in perſequentium poteſtate eſſe permittit, ſed propter illam ſempiternam debere nos eſſe Chriſtianos. Hoc enim in illo præceſſiſſe intuemur, ex cujus nomine ſic vocamur. Vide part. 1. Mon. 101. Pſal. 21.

voluerit, ſed eis demõſtrato in ſua carne reſurrectionis exẽplo, quos hujus rei teſtes habere dignatus eſt, in cœlum aſcenderit, illorum quoq; ſe oculis auferens, nihilq; tale cujuſquam eorum carni jam tribuens, quale in carne propria demonſtraverat: ut ipſi ex fide viverent, ejuſque juſtitiæ, in qua ex fide vivitur, præmium quod poſtea erit viſibile; nũc interim per patientiam inviſibiliter exſpectarent. Ad hunc etiam intellectum credo etiam illud (ait Auguſt.) *referendum eſt, quod ait de Spiritu S. Non poteſt venire, niſi ego abiero. Hoc enim erat dicere, Non poteritis juſtè vivere ex fide, quod de meo dono, id eſt, Spiritu ſancto habetis, niſi à veſtris oculis hoc quod intuemini, abſtulero, ut ſpiritualiter cor veſtrum, inviſibilia credendo, proficiat.* Hactenus Auguſt. Ioan. 16.

Huic affinis eſt altera cauſa; Propterea & moriendi neceſſitatem, & duros vitæ labores, etiam remiſſo peccato, relictos eſſe; ut exerceretur, probareturque Sanctorum juſtitia & patientia, quæ probata atque exercitata coronaretur illuſtriùs. *Nequaquaquam enim in morte contemnenda, vel pro juſtitia ſubeunda,* ait S. Auguſt. *præcipua patientia laudaretur, ſi mortis non eſſet magna, multumque dura moleſtia. Cujus timorem qui vincit ex fide, magnam ipſius fidei comparat gloriam, juſtamque mercedem. Vnde mirandum non eſt, & mortem corporis non fuiſſe eventuram homini, niſi præceſſiſſet peccatum. & poſt remiſſionem eam evenire fidelibus, ut in ejus timore vincendo, exerceretur fortitudo juſtitiæ. Caro enim quæ primò facta eſt, non erat caro peccati; in qua noluit inter delicias ſervare juſtitiam: Ideoque ſtatuit Deus, ut poſt ejus peccatum, propagata caro peccati ad recipiendam juſtitiam laboribus & moleſtiis niteretur. Propter hoc etiam de paradiſo ejectus Adam; contra Edẽ habitavit, id eſt, contra ſedem deliciarum, ut ſignificaret,* De pecc. merit. li. 2. cap. 34.

quod in laboribus, qui ſunt deliciis contrarii, erudienda eſſet caro peccati.

De Ciuit. lib. 13. c. 4.

Itaq; nunc majore & mirabiliore gratiâ Salvatoris, inquit D. Auguſt. *in vſus juſtitiæ pœna peccati converſa eſt. Tunc enim dictum eſt homini; Morieris, ſi peccaveris: Nunc dicitur Martyri, Morere, ne pecces. Tunc dictũ eſt, Si mandatum tranſgreſſi fueritis, morte moriemini; nunc dicitur, Si mortem recuſaveritis, mandatum tranſgrediemini. Quod tunc timendum fuerat, ut non peccaretur, nunc ſuſcipiendum eſt, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei miſericordiam & ipſa pœna vitiorũ, tranſit in arma virtutum, & fit juſti meritum, etiam ſupplicium peccatoris. Mortui ſunt ergo illi, quia peccaverunt; non peccant iſti, quia moriuntur. Factum eſt per illorum culpam, ut veniretur in pœnam; fit per iſtorum pœnam, ne veniatur in culpam: non quia mors bonum aliquando facta eſt, quæ antea malum fuit: ſed tantam Deus fidei præſtitit gratiam, ut mors quam vita ſcimus eſſe contrariam, inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad vitam. Mirificè igitur,* quemadmodum idem Auguſt. alibi dicit, *cum benignitatis divinæ gratiâ, juſtitiæ pulchritudo concordat: ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti ſumus, amaritudine pœnarum erudiamur.*

Geneſ. 2.

De vera relig. cap. 15.

MONI-

Digitized by Google

MONITVM LXXXVI.

Nec mihi, nec tibi ſit ſed dividatur.

3. Reg. 3.

NOTA eſt hiſtoria de contentione duarum meretricum coram Salomone Rege, ejuſque prudenti conſilio. Vna volebat prolem vivam dividi, altera vivam ſervari ac integram. Vnde rex ei infantem vivum attribuit, quæ dixerat, *Non dividatur*, ad eam enim verè pertinere. Significant autem duæ iſtæ mulieres, Eccleſiam, & Hæreſin. Sed quomodo Eccleſia meretrix? aliquando talis fuit, fornicata eſt, antequam electa, quia idola coluit, ex gentibus enim aſſumpta eſt. Significata etiam per Rahab meretricem, in cujus ſola domo ſalvabantur, qui ſalvabantur, pereunte Iericho. Funiculus coccineus ſignificat myſterium ſanguinis Chriſti; quo ſigno ſalvantur, quotquot ſalvantur, idque in ſola Eccleſia. Antiqui ſtatus ſæpè recordari debet Eccleſia & fideles, qui in ea ſunt. Vnde monet Apoſtolus; *Propter quod memores eſtote quòd eratis aliquando gentes in carne, ſine Deo & Chriſto in hoc mundo.* Et; *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filij lucis, ambulate.* Hæreſis verè meretrix eſt, imò adultera: varijs amatoribus ſe miſcet, quia variis erroribus & peccatis ſe ſubijcit, atque adhæret, fidem Deo datam violat: abrenuntiat enim quivis in baptiſmo omnibus operibus diaboli, quorum præcipuum eſt infidelitas. Hoc promiſſum non ſervat, quia non diligit

Aug. cont. Fauſt. lib. 12. cap. 31.

Ioſ. 2. & 6. Hebr. 11. Hieron. ad Nepotian.

Epheſ. 2. ibid. cap. 5.

Vide Aug. de Symb. ad Catech. lib. 4. ca. 14.

Digitized by Google

In Pſal. 147. Deum, nec ei credit per Eccleſiam loquenti. *Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas mentis, fides incorrupta*, inquit S. Aug. Per ſuſceptionem Religionis fit quoddam ſpiritale conjugium inter Deum & hominem; qui eam violat aut deſerit, adulterium committit. Dicebat Paulus Contrinthiis, *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Duplex eſt autem Viginitas; Corporis, & eſt carnis integritas in mulieribus: Spiritus, & eſt integritas mentis in fide & dilectione eſtque communis omnibus. Secundùm hanc conabatur Apoſtolus totam Eccleſiam virginem exhibere Chriſto.

Vide ſer. 90, in Nov.

2. Cor. 11.

Vide Aug. Ser. 47. in Nov.

Hæ duæ mulieres ſemper inter ſe altercantur de viva prole, cujus ſit, id eſt, de vera fide, doctrina, religione. Hæreſis proles mortua eſt, id eſt, fides, quia nullam habent. Fides enim non eſt niſi integra ſit, ſicut nec reliquæ virtutes. Sic & omnia alia quæ in hæreſi ſunt, mortua ſunt. Opera hæreticorum etſi ſpeciem habeant excellentis boni; quia deeſt fundamentum fidei, *ſine qua impoſſibile eſt placere Deo*: etiam Sacramenta quæ habent, etſi vera, tamen hâc ratione mortua, quia ſine fructu, imó cum detrimento habent. *Omnia enim Sacramenta*, inquit D. Auguſt. *non ad ſalutem, ſed ad perniciem habentur, ſine caritate unitatis.* Sic & Scripturæ quas legunt, mortuæ dici poſſunt apud hæreticos, quia ſine vero ſenſu, qui quaſi eſt anima ſeu ſpiritus earum. Quomodo etiam eaſdem Iudæi habent. Conantur tamen hæretici ſibi vendicare vivam prolem, veram fidem, doctrinam, religionem; ſed falſò.

Hebr. 11.

Cont. Petilian. lib. 3. cap. 40.

Si quæras cur permittat Deus illam contentionem

nem hæreticorum contra Catholicam Eccleſiam; Reſpondet D. Aug. *Multa ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtantiùs prædicãtur; & ab adverſario mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio.* Et alibi: *Multi ſenſus Scripturarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt, nec aſſeruntur commodiùs & acceptabiliùs, niſi cùm reſpondendi hæreticis cura cõpellit. Tunc enim etiam qui negligunt ſtudia doctrinæ, ſopore diſcuſſo, ad audiendi excitantur diligentiam, ut adverſarii refellantur. Quàm multi Scripturarum ſenſus de Chriſto Deo aſſerti ſunt contra Photinum, quàm multi de homine Chriſto contra Manichæum, quàm multi de Trinitate contra Sabellium, quàm multi de unitate Trinitatis, contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, quàm multi de Catholica Eccleſia, toto orbe diffuſa, & de malorum commixtione quòd bonis in Sacramentorum ejus ſocietate non obſint, adverſus Donatiſtas, & Luciferianos!* Quàm multi noſtro tempore, de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, de Iuſtificatione, de Meritis operum, de Primatu Pontificis, de libero arbitrio, de Purgatorio, de Invocatione Sanctorum, de Sacramentis, &c. contra Calviniſtas, Lutheranos Mennoniſtas, & alios hæreticos.

De Civit. l. 16. cap. 1.

In Pſal. 67.

Hæreſis ergo vult prolem dividi. 1. Quoad mores ſeu virtutes, ſobrietatem laudant hæretici, abſtinentiam à certis cibis improbant; commendant Matrimonium, Virginitatem ejuſque votum rejiciunt, &c. 2. Quoad articulos fidei; Trinitatem, Incarnationem credunt, veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia, invocationem Sanctorum, Purga-

De bono

perſev.c.11. toriuin,&c. abominantur. 3.Quoad Sacramenta,quidam enim duo ſtatuunt,alij tria, reliqua non curant. 4.Quoad Scripturas,*eas ſic accipiunt*, inq. S. Aug. *ut ſuo quodã privilegio:imò ſacrilegio,quod volunt ſumant, quod nolunt rejiciant.* Eccleſia autem Catholica non vult ea dividi, vult doctrinam ſanctam à Patribus acceptam, integram conſervari, mores, fidem, Sacramenta, Scriptutas, juxta admonitionem Apoſtoli,*Depoſitum cuſtodi*,id eſt,fidem vel doctrinam tibi commiſſam. Vbi D. Chryſoſt. *Cave ne minuas; non enim tua ſed aliena ſunt, quæ ſervanda accepiſti, nullam partem doctrinæ patiaris auferri.* Vnde pulchrè D.Baſil. *Custodes*, inquit, *ſunt depoſiti,non alicujus doctrinæ inventores.* Et ad hoc conſtituti ſunt Epiſcopi, ut ſint doctrinæ cuſtodes, ut ne minimam quidem ejus partem tolli patiantur.

Tertull. de præſcriptionib.

1.Tim. 6. 2. Tim. 1. In hunc locum Pauli. Lib. 7. Hiſt. Trip.

Sed quomodo hæc lis deciditur? Verus Salomom & pacificator noſter Chriſtus ei attribuit vivam prolem, id eſt, veram fidem, quæ dicit, *Non dividatur*, hoc eſt Eccleſiæ Catholicæ. Quæ ab Apoſtolis vocata eſt,*Sanctorum communio*,etiam hâc ratione, quia videlicet manet in eadem fide ac religione, in qua defuncti ſunt ipſi majores noſtri,qui nos præceſſerunt.*Sanctorum communionem*,id eſt,inq.Auguſt. *Cum illis ſanctis, qui in hac quam ſuſcepimus fide, defuncti ſunt,ſocietate & ſpei cõmunione teneamur.* Ser. in vigilia Pentec. Quod etiam mandat Paulus, dicens: *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis,imitamini fidem.Ieſus Christus heri & hodie, ipſe & in ſæcula, Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.*

In Symb.

Hebr. 13.

Contra Novator.

Christi Eccleſia,inq. Vincent. Lirinenſis, *ſedula & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum custos, nihil in iis*

unquam permutat, nihil minuit, nihil addit; non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua; non amittit ſua, non uſurpat aliena; ſed omni induſtria hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter ſapienterq; tractando, ſi qua ſunt illa antiquitus informata & inchoata, accuret, & poliat; ſi qua jam expreſſa & enucleata, conſolidet, firmet; ſi qua jam confirmata & definita, cuſtodiat: Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis eniſa eſt, niſi ut id quod antea ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligentiùs crederetur; quod anteà lentiùs prædicabatur, hoc idem poſteà inſtantiùs prædicaretur; quod antè ſecurè colebatur, hoc idem poſtà ſolicitè excoleretur, &c.

Et rurſum; *Ille,* inquit, *eſt verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui corpus Chriſti diligit, qui divinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit; non hominis cujuſquã authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philoſophiam. Sed hæc cuncta deſpiciens, & in fide fixus ac ſtabilis permanens, quidquid univerſaliter antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognoverit, id ſolũ ſibi tenendũ, credendumq; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps uno, præter omnes, vel contra omnes ſanctos, novum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligatur pertinere.* Et ibidẽ; *Licet nos, inq. Apoſt. aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquã quod evangelizavimus vobis, anathema ſit, Non quod ſancti angeli peccare jam poſſint: ſed etiamſi fiat, quod fieri non poteſt; quiſquis ille traditã ſemel fidem mutare tentaverit, anathema ſit, id eſt, ſeparatus, ſegregatus, excluſus? ne unius ovis dirum contagium innoxium gratiæ Chriſti venenata permixtione contaminet.* Sic Vincentius doctè & ſolidè officium pii viri hæreſibus ſurgentibus deſcribens. Ibidem.

MONITVM LXXXVII.

Diliges Dominum Deum tuum.

Luc. 10.

De Civit. li. 15. cap. 22. Cantic. 2.

DEfinitio brevis & vera virtutis, inquit S. Auguſt. eſt ordo amoris, propter quod in ſancto Cantico Canticorũ cantat ſponſa Chriſti, civitas Dei: Ordinate in me charitatem. Sic corporis pulchritudo à Deo quidem factũ, ſed temporale, carnale, infirmum bonum, malè amatur poſtpoſito Deo æterno, interno, ſempiterno bono: quemadmodum juſtitia deſerta, & aurum amatur ab avaris, nullo peccato auri, ſed hominis. Ita ſe habet omnis creatura: cùm enim bona ſit, & bene poteſt amari, & malè; benè, ſcilicet, ordine cuſtodito; malè autem, ordine perturbato. Quod in laude quidam creatoris breviter verſibus dixit;

Hæc tua ſunt, bona ſunt, quia tu bonus iſta creaſti:
Nil noſtrum eſt in eis, niſi quod peccamus amantes,
Ordine neglecto, pro te, quod conditur abs te.

Lib. 2. ca. 5

Et in Confeſſ. *Etenim ſpecies eſt*, ait, *pulchris corporibus, & auro & argento, & omnibus; & in contractu carnis congruentia valet plurimum, cæteríſque ſenſibus eſt ſua accommodata modificatio corporum. Habet etiam honor temporalis, & imperitandi atque ſuperandi potentia ſuum decus, unde etiam vindictæ aviditas oritur, & tamen in cuncta hæc adipiſcendo, non eſt egrediendum abs te, Domine, neque deviandum à lege tua. Et vita quâ hîc vivimus habet illecebram ſuam, propter quendam modum decoris ſui & convenientiam cum his omnibus infirmis pulchris. Amicitia quoque hominum charo modo dulcis eſt, propter unitatem de multis animis. Propter univerſa hæc atque* hujuſmodi

hujuſmodi peccatum admittitur, dum immoderatiore in iſta inclinatione, cùm extrema bona ſint, meliora & ſumma deſeruntur, tu Domine Deus noſter, & veritas tua, & lex tua. Habent enim & hæc ima delectationes, ſed non ſicut Deus meus, qui fecit omnia; in ipſo delectatur juſtus, & ipſe eſt deliciæ rectorum corde. Sic Auguſt.

Iubemur autem Deum & ſuper omnia diligere & omnibus præponere; unde tametſi omnes qui legem Dei violant, Deum non diligunt, peculiariùs tamen huic præcepto charitatis rebelles ſunt illi, qui ſe vel aliquam creaturam æquè, aut plus quàm Deum diligunt, quem jubemur, ut dixi, ſuper omnia diligere, & omnibus anteferre. De qualibus Chriſtus inquit in Evangelio; *Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus.* Et, *Qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Item; Matth. 10. *Qui non odit patrem & matrem, &c. adhuc autem & animam ſuam*, id eſt, non poſtponit, alterutrâ conditione propoſitâ, aut eis aut Chriſto renuntiare, *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Debet enim homo paratus eſſe bona potiùs omnia, amicos, vitam denique ipſam amittere, ſi ea, niſi deſerto Deo, non poteſt retinere, ait S. Auguſt. Epiſt. 89. quæſt. 4.

Vnde & D. Proſp. de vita contempl. *Illi*, inquit, Lib. 3. c. 10. *plus quam ſe, Deum diligunt, qui ejus amore, ſua ad tempus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus ac periculis tradũt, nudari facultatibus propriis, patriæ extorres fieri, parẽtibus, & uxoribus ac filiis ſuis renuntiare parati ſunt, &, ut totum dicam, ipſam corporis mortem, non ſolùm non refugiunt, ſed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis, quàm à Deo, vita vitæ ſua diſcedere. Iſte igitur nobis dilectionis ordo ſervandus eſt, juxta illud quod dicit Spiritus ſanctus, ordinavit in me charitatẽ,* Cantic. 2.

ut

ut ſicut ordinata Charitas poſcit, Deum principaliter diligamus, & propter ipſum, in ipſo, ea quæ diligenda ſunt, tantum, quantum ipſe præcipit, diligamus. In Enchiri-
Ench. cap. 68. dio dicit S. Auguſt. quòd *qui res ſæculares diligit, ſi Chriſtus in corde fundamenti locum habet, id eſt, ut ei nihil anteponatur, & malit homo rebus, quas diligit, magis carere quàm Chriſto, quamvis doleat, dum amittit, per ignem fit ſalvus: quia urit eum rerum dolor, quas dilexerat, amiſſarum, ſed non ſubvertit, neque conſumit fundamenti ſtabilitate munitum.* Docet Ariſtoteles *amorem ſui, menſuram eſſe amoris alterius*, nullum agnoſcens altiùs eſſe amandum. Et Cicero lib. 5. de Finib. *Perabſurdum*, inquit, *ſit ita diligi à ſe quenquam, ut ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipſum qui ſeſe diligit.* Et Chryſippus apud Gell. lib. 12. ca. 5. *Nihil poteſt nobis eſſe charius penſiuſque, quàm nos ipſi; idq; natura nobis indidit.* Vide quomodo præcipuum legis naturæ præceptum de diligendo Deo præ omnibus, deletum ſit.

Secundò, Charitatis præcepto admodum ſunt rebelles, qui Deum odio habent. Sed fierine poteſt, ut Deus, qui eſt ipſa bonitas, odio habeatur?
Ioan. 15. *Qui me odit*, ait Chriſtus, *& Patrem meum odit. Et viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.* Chriſtus odio haberi poteſt, vel in ſe, ut à Iudæis, quia ſen-
Ioan. 7. tiebant moleſtiam correptionis, de doctrina, vita, &c. *Me odit mundus, quia ego teſtificor quòd eorum*
Actor. 9. *opera mala ſint.* Vel in diſcipulis, unde ad Saulum perſecutorem, *Quid me perſequeris?* Vel in donis, quæ ab ipſo ſunt, ſicut hæretici perſequuntur fidem, caſtitatem, Sacerdotium, Sacrificium, &c. imò totam religionem Chriſtianam. Hinc & Patrem perſequuntur, & odio habent, imò totam Trini-

tatem, cujus illa ſunt dona.

Deinde, ut rectè D. Thomas; Duobus modis apprehendi poteſt Deus, ſecundùm ſe; cùm videlicet per eſſentiam videtur, per quam eſt ipſa bonitas, quam nullus odiſſe poteſt: & ideo impoſſibile eſt, ut quis videns Deum per eſſentiam, eum odio habeat. Cùm autem ſecundùm effectus quoſdam apprehenditur, qui videlicet, inordinatæ hominis voluntati repugnant, odio haberi poteſt; ut quia peccata cohibet, & pœnas peccantibus infligit; quæ voluntati humanæ per peccatum depravatæ vehementer repugnant. 2.2.queſt. 34.

Incomparabile autem ſcelus eſt, odium Dei, dum homo peccatis penitus immerſus, & in iis obſtinatus, eouſque progreditur, ut quia conſiderat Deo diſplicere peccata, & ab eo puniri, quæ tamen ipſe amat, cuperet Deum non eſſe, aut iniquum eſſe. *O miſeros homines!* clamat S. Auguſt. *qui cùm volunt eſſe mali, nolunt eſſe veritatem, quâ damnantur mali: nolunt enim eam eſſe quod eſt, cùm ipſi debeant nullo modo eſſe quod ſunt, ut ipſâ manente mutentur, ne ipſâ judicante damnentur.* Tract. 90. in Ioan.

Tertiò denique ſupra modum horribile peccatum eſt, præcepto charitatis repugnans, cùm quis tanta nauſea afficitur in ſpiritu, ut de ipſo Deo triſtetur, & tanquam ſibi malum apprehendat ipſum ſummum bonum, aut ita affectus eſt peccato ſuo, ut doleat ſucceſſum ac proſperitatem eis dari, qui Dei gloriam cupiunt dilatare, gaudeatque vehementer, ſi illi voluntate ſuâ fruſtrentur. Sic diabolicum eſt odium, quo quis odio habetur, quia benè vivit, & peccatis adverſatur; quo odio is

hominem

Digitized by Google

hominem ab initio dejecit, non ut ipſe ſtaret, ſed ne ſolus pravus & miſer eſſet. Ex iſto zelo & invidia etiam Cain occidit Abel, quia invidebat ei gloriam quam ex bonis operibus habebat. Advertant hoc ſcelerati, qui juſtis honorem invident, & alienæ ſalutis amatores ac zelatores odio proſequuntur. Hi enim principes ſunt filiorum Cain, & diaboli, primas in gehenna partes cum illis accepturi.

Geneſ. 4. Hebr. 11. 1. Ioan. 3.

MONITVM LXXXVIII.

Hic eſt filius meus dilectus; Hunc audite.

Matth. 18.

Ioan. 14. In epiſt. ad Celant. De Civit. l. 14. c. 12. Pſal. 118. In illum locum.

STATIM à charitate profluit obedientia, unde ipſe Chriſtus; *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit: Nihil imperioſius Charitate*, inquit S. Hieron. *grandē vim obtinet vera dilectio. Et qui perfectè amatur, totam ſibi amantis vendicat voluntatem.* Dicit D. Auguſt. *Obedientiam in rationali creatura, matrem quodammodò eſſe, virtutumque omnium cuſtodem; quandoquidem ſic facta eſt, ut ei ſubditam eſſe, ſit utile; pernitioſum verò, ſuam, non ejus à quo facta eſt, facere voluntatem.* Hinc Propheta David: *Tuus ſum ego, Quid non eſt ejus?* rogat Auguſt. *Sed hoc ita dicit volens intelligi, quod malo ſuo ſuus eſſe voluerit, quod eſt inobedientia primum & maximum malum. Et tanquam dicens, meus eſſe volui, & perditum me feci; tuus ſum, inquit, ſalvum me fac, quia juſtificationes tuas exquiſivi, nō volūtates meas quibus fui meus, ſed juſtificationes tuas ut eſſem jam tuus.*

Quantum autem eſſet ſolius bonum obedientiæ, Deus oſtendere volens, *ab eo ligno prohibiti ſunt primi parentes, quo ſi uterentur non prohibiti, nihil mali omnino*

omninò paterentur: ut quod illo poſt prohibitionem utentes, paſſi ſunt, ſatis oſtenderetur quod eis hoc non intulerit arbor cibo noxio pernitioſa, ſed tantùm obedientia violata, inquit S. Auguſt. Licet autem omnis inobedientia Deo diſpliceat, hominique obſit; violant tamen maximè hoc præceptum, qui ſtatuunt Deo non ſubjici; ſive quia contemnunt ipſum præcipientem, ſive quia contemnunt ejus præceptum: ſicut ſcriptum eſt; *Impius cùm in profundum venerit, contemnit.* De qualibus dicitur, *Maledicti qui declinant*, ſive deficiunt, *à mandatis tuis*, rebellium, videlicet in morem, ſubjici Deo ſuo recuſantes. De hujuſmodi peccato dicit Script. *Quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Hi dicunt Deo; *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus* Quibus Dominus; *A ſæculo confregiſti jugum meum, rupiſti vincula, & dixiſti, Non ſerviam.*

De pec. meritl. 2. cap. 21.
Prov. 18.
Pſal. 118.
1. Reg 15.
Iob. 21.
Ierem. 2.

Ego, inquit D. Bern. *nullam prorſus inobedientiam, dico parvi ducendam, non tamen omnem pari æſtimandam periculo. Intereſt ſanè quâ causâ, quo affectu, quâ intentione, in quôve præcepto malum hoc committatur. Mandatum Dei eſt. Non occides: Fac ergo duos homicidas, & unũ quidem ſpoliandi cupiditate, alterum verò neceſſitate ſeſe defendendi, facinus perpetraſſe. An non hic ſatis evidenter inter lepram & lepram cauſa ſeparat, faciens utique diſparem valde culpam, unius ejuſdemque tranſgreſſionis? Quid verò ſi hunc ſubita ira, illum ſtudioſa malitia, aut vetus odium fortè ad idem ſcelus impulerit? Nunquid non ſimili penſandum erit judicio, quod tam diſſimili factum conſtabit affectu? Nihil deinceps inceſtius, obſcœniuſve quàm illas filias Loth paternum uſurpaſſe concubitum, & tamen quis non videat, quantum evacuaverit, aut attenuaverit, turpis nefandiq; reatum flagitii, pietas intentionis*

De præcept. & diſ. penſat.
Exod. 20.
Deut. 5.
Geneſ. 19.

nis & intentio pietatis? Sic ibi Bern.& plura alia.

De prec.& diſpenſ. Rurſum ibidem; *Pro qualitate etiam mandatorum eſt qualitas culpæ tranſgredientium; majoribus quippe major, minoribus minor opera noſtra & cura debetur. De quorum etiam contemptu, juxta eandem conſiderationem, gravior leviorq; offenſa contrahitur. Porrò majora minoraque mandata dixerim, ſecundum quod magis minúſve velle conſtiterit ipſum qui præcipit. Eſt v.g. mandatum,* Exod. 20. Luc. 6. *Non furaberis: & eſt mandatum, Omni petenti te, da: Vtrumq; quidem magnum, quoniam utrumq; divinum: ſed de non furando, majus. Quis enim neſciat æquiſſimo Deo non æquè diſplicere tenaces, atque fures? & quia de duobus malis plus velit nos tenere noſtra, quàm tollere aliena? & ita minùs peccare qui non tribuit ſua, quàm qui non ſua furatur?* Ponit deinde idem Bern. differentiam inter neglectum mandati, & contemptum. *Differunt, quòd neglectus quidam languor inertiæ eſt; contemptus verò ſuperbiæ tumor. Porrò contemptus in omni ſpecie mandatorum pari pondere gravis, & communiter damnabilis: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis.*

In epiſt. ad Celant. *Hanc obedientiam*, ait D. Hieron. *à nobis & vox Chriſti, & ſanguinis efflagitat: qui ideò pro omnibus mortuus eſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro* 2. Cor. 5. *ipſis mortuus eſt. Vivere autem illi non eſt aliud*, inquit, *quā ejus præcepta ſervare, quæ nobis ille, quaſi certū quoddam ſuæ dilectionis pignus, ſervanda mādavit: Si diligitis, inquit, me, mandata mea ſervate.* Joan. 14. Poſtea rejectâ ſententiâ Stoicorum de paritate peccatorum; & eorum iniquitate, qui ex arbitrio ſuo eligunt, quæ Eccleſ. 19. potiſſimum Dei mandata contemnant, quæve quaſi vilia ac parva deſpiciant, non metuentes divinam ſententiam, ne minima contemnendo, paulatim decidant:

decidant: *Nos verò, inquit, etſi multum inter peccata diſtare credimus; tamen ſatis prodeſſe ad cautionem ducimus, etiam minima pro maximis cavere.* 1. *Quia tantò faciliùs abſtinemus à quocumque delicto, quantò illud magis metuimus.* 2. *Nec citò progreditur ad majora, qui etiã parva formidat.* 3. *Quia non tam conſiderandum quod juſſum eſt, quàm illum qui juſſerit; nec cogitanda imperij quantitas, ſed imperantis dignitas.* 4 *Neſcio ſane*, inquit Hieron. *an poſſimus leve aliquod peccatum dicere, quod in Deò contemptum admittitur.* Ibidem.

Deinde de genere ipſo peccati difficile eſt aliquando judicium, ſitne veniale an mortale, vel de circunſtantiis, quibus exploratis certò pronuntiari in particulari poſſit, ubi & quando quiſque tantùm venialiter delinquat. Quam rationem ſpectat D. Auguſt. de Civit. Dei. Denique etſi conſtaret cuique quando tantùm venialiter delinqueret, tamen ejuſmodi peccatorum ſupina & voluntaria negligentia profectui juſtitiæ contraria eſt, eique Dominicæ orationis parti, qua tenetur Chriſtianus ſeriò ac ex animo, aut certè utiliter petere, ſibi peccata dimitti. Non poteſt autem ſi adhuc perſiſtit amare. Poteſtque hîc evenire facilè, ut in mortiferum contemptum abeat periculoſa negligentia. Qua de re Sanctus Bernardus: *Diſcite ex hoc inquit, fratres, juſtum judicem Deum non modò quid fiat, ſed etiam quo animo fiat conſiderare, & cavete deinceps ne quis parva reputet, quamlibet parva ſcienter delinquere. Nemo dicat in corde ſuo, Levia ſunt iſta, non curo corrigere, non eſt magnum ſi in his permaneo venialibus, minimiſque peccatis. Hæc eſt, chariſſimi, impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum irremiſſibilis.*

Sup. Moni. 14.
Lib. 21. ca. 27.
Serm. de converſ. Pauli.
Matth. 12.

Digitized by Google

In Pſal. 147. Deum, nec ei credit per Eccleſiam loquenti. *Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas mentis, fides incorrupta*, inquit S. Aug. Per ſuſceptionem Religionis fit quoddam ſpiritale conjugium inter Deum & hominem; qui eam violat aut deſerit, adulterium committit. Dicebat Paulus Contrinthiis, *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Duplex eſt autem Viginitas; Corporis, & eſt carnis integritas in mulieribus: Spiritus, & eſt integritas mentis in fide & dilectione eſtque communis omnibus. Secundùm hanc conabatur Apoſtolus totam Eccleſiam virginem exhibere Chriſto.

Vide ſer. 90. in Nov.

2. Cor. 11.

Vide Aug. Ser. 47. in Nov.

Hæ duæ mulieres ſemper inter ſe altercantur de viva prole, cujus ſit, id eſt, de vera fide, doctrina, religione. Hæreſis proles mortua eſt, id eſt, fides, quia nullam habent. Fides enim non eſt niſi integra ſit, ſicut nec reliquæ virtutes. Sic & omnia alia quæ in hæreſi ſunt, mortua ſunt. Opera hæreticorum etſi ſpeciem habeant excellentis boni; quia deeſt fundamentum fidei, *ſine qua impoſſibile eſt placere Deo*: etiam Sacramenta quæ habent, etſi vera, tamen hâc ratione mortua, quia ſine fructu, imó cum detrimento habent. *Omnia enim Sacramenta*, inquit D. Auguſt. *non ad ſalutem, ſed ad perniciem habentur, ſine caritate unitatis.* Sic & Scripturæ quas legunt, mortuæ dici poſſunt apud hæreticos, quia ſine vero ſenſu, qui quaſi eſt anima ſeu ſpiritus earum. Quomodo etiam eaſdem Iudæi habent. Conantur tamen hæretici ſibi vendicare vivam prolem, veram fidem, doctrinam, religionem; ſed falſò.

Hebr. 11.

Cont. Petilian. lib. 3. cap. 40.

Si quæras cur permittat Deus illam contentionem

nem hæreticorum contra Catholicam Eccleſiam; Reſpondet D. Aug. *Multa ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtantiùs prædicãtur; & ab adverſario mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio.* Et alibi: *Multi ſenſus Scripturarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt, nec aſſeruntur commodiùs & acceptabiliùs, niſi cùm reſpondendi hæreticis cura cõpellit. Tunc enim etiam qui negligunt ſtudia doctrinæ, ſopore diſcuſſo, ad audiendi excitantur diligentiam, ut adverſarii refellantur. Quàm multi Scripturarum ſenſus de Chriſto Deo aſſerti ſunt contra Photinum, quàm multi de homine Chriſto contra Manichæum, quàm multi de Trinitate contra Sabellium, quàm multi de unitate Trinitatis, contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, quàm multi de Catholica Eccleſia, toto orbe diffuſa, & de malorum commixtione quòd bonis in Sacramentorum ejus ſocietate non obſint, adverſus Donatiſtas, & Luciferianos!* Quàm multi noſtro tempore, de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, de Iuſtificatione, de Meritis operum, de Primatu Pontificis, de libero arbitrio, de Purgatorio, de Invocatione Sanctorum, de Sacramentis, &c. contra Calviniſtas, Lutheranos Mennoniſtas, & alios hæreticos.

De Civit. l. 16. cap. 1.

In Pſal. 67.

Hæreſis ergo vult prolem dividi. 1. Quoad mores ſeu virtutes, ſobrietatem laudant hæretici, abſtinentiam à certis cibis improbant; commendant Matrimonium, Virginitatem ejuſque votum rejiciunt, &c. 2. Quoad articulos fidei; Trinitatem, Incarnationem credunt, veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia, invocationem Sanctorum, Purga-

De bono

Digitized by Google

perſev. c. 11. toriuin, &c. abominantur. 3. Quoad Sacramenta, quidam enim duo ſtatuunt, alij tria, reliqua non curant. 4. Quoad Scripturas, *eas ſic accipiunt*, inq. S. Aug. *ut ſuo quodã privilegio: imò ſacrilegio, quod volunt ſumant, quod nolunt rejiciant.* Eccleſia autem Catholica non vult ea dividi, vult doctrinam ſanctam à Patribus acceptam, integram conſervari, mores, fidem, Sacramenta, Scriptutas, juxta admonitionem Apoſtoli, *Depoſitum cuſtodi*, id eſt, fidem vel doctrinam tibi commiſſam. Vbi D. Chryſoſt. *Cave ne minuas; non enim tua ſed aliena ſunt, quæ ſervanda accepiſti, nullam partem doctrinæ patiaris auferri.* Vnde pulchrè D. Baſil. *Cuſtodes*, inquit, *ſunt depoſiti, non alicujus doctrinæ inventores.* Et ad hoc conſtituti ſunt Epiſcopi, ut ſint doctrinæ cuſtodes, ut ne minimam quidem ejus partem tolli patiantur.

Tertull. de præſcriptionib.

1. Tim. 6.
2. Tim. 1.
In hunc locum Pauli.
Lib. 7. Hiſt. Trip.

Sed quomodo hæc lis deciditur? Verus Salomom & pacificator noſter Chriſtus ei attribuit vivam prolem, id eſt, veram fidem, quæ dicit, *Non dividatur*, hoc eſt Eccleſiæ Catholicæ. Quæ ab Apoſtolis vocata eſt, *Sanctorum communio*, etiam hâc ratione, quia videlicet manet in eadem fide ac religione, in qua defuncti ſunt ipſi majores noſtri, qui nos præceſſerunt. *Sanctorum communionem*, id eſt, inq. Auguſt. *Cum illis ſanctis, qui in hac quam ſuſcepimus fide, defuncti ſunt, ſocietate & ſpei cõmunione teneamur.* Ser. in vigilia Pentec. Quod etiam mandat Paulus, dicens: *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula, Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.*

In Symb.

Hebr. 13.

Chriſti Eccleſia, inq. Vincent. Lirinenſis, *ſedula & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos, nihil in iis*

Contra Novator.

Digitized by Google

unquam permutat, nihil minuit, nihil addit; non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua; non amittit ſua, non uſurpat aliena; ſed omni induſtria hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter ſapienterq; tractando, ſi qua ſunt illa antiquitus informata & inchoata, accuret, & poliat; ſi qua jam expreſſa & enucleata, conſolidet, firmet; ſi qua jam confirmata & definita, cuſtodiat: Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis eniſa eſt, niſi ut id quod antea ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligentiùs crederetur; quod anteà lentiùs prædicabatur, hoc idem poſteà inſtantiùs prædicaretur; quod antè ſecurè colebatur, hoc idem poſtà ſolicitè excoleretur, &c.

Et rurſum; *Ille*, inquit, *eſt verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui corpus Chriſti diligit, qui divinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit; non hominis cujuſquã authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philoſophiam. Sed hæc cuncta deſpiciens, & in fide fixus ac ſtabilis permanens, quidquid univerſaliter antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognoverit, id ſolũ ſibi tenendũ, credendumq; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps uno, præter omnes, vel contra omnes ſanctos, novum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligatur pertinere.* Et ibidẽ; *Licet nos, inq. Apoſt. aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquã quod evangelizavimus vobis, anathema ſit, Non quod ſancti angeli peccare jam poſſint: ſed etiamſi fiat, quod fieri non poteſt; quiſquis ille traditã ſemel fidem mutare tentaverit, anathema ſit, id eſt, ſeparatus, ſegregatus, excluſus? ne unius ovis dirum contagium innoxium gratia Chriſti venenata permixtione contaminet.* Sic Vincentius doctè & ſolidè officium pii viri hæreſibus ſurgentibus deſcribens. Ibidem.

hujuſmodi peccatum admittitur, dum immoderatiore in iſta inclinatione, cùm extrema bona ſint, meliora & ſumma deſeruntur, tu Domine Deus noſter, & veritas tua, & lex tua. Habent enim & hæc ima delectationes, ſed non ſicut Deus meus, qui fecit omnia; in ipſo delectatur juſtus, & ipſe eſt deliciæ rectorum corde. Sic Auguſt.

Iubemur autem Deum & ſuper omnia diligere & omnibus præponere; unde tametſi omnes qui legem Dei violant, Deum non diligunt, peculiariùs tamen huic præcepto charitatis rebelles ſunt illi, qui ſe vel aliquam creaturam æquè, aut plus quàm Deum diligunt, quem jubemur, ut dixi, ſuper omnia diligere, & omnibus anteferre. De qualibus Chriſtus inquit in Evangelio; *Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus.* Et, *Qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Item; Matth. 10. *Qui non odit patrem & matrem, &c. adhuc autem & animam ſuam*, id eſt, non poſtponit, alterutrâ conditione propoſitâ, aut eis aut Chriſto renuntiare, *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Debet enim homo paratus eſſe bona potiùs omnia, amicos, vitam denique ipſam amittere, ſi ea, niſi deſerto Deo, non poteſt retinere, ait S. Auguſt. Epiſt. 89. quæſt. 4.

Vnde & D. Proſp. de vita contempl. *Illi*, inquit, Lib. 3. c. 10. *plus quàm ſe, Deum diligunt, qui ejus amore, ſua ad tempus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus ac periculis tradũt, nudari facultatibus propriis, patriæ extorres fieri, parẽtibus, & uxoribus ac filiis ſuis renuntiare parati ſunt, &, ut totum dicam, ipſam corporis mortem, non ſolùm non refugiunt, ſed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis, quàm à Deo, vita vitæ ſuæ diſcedere. Iſte igitur nobis dilectionis ordo ſervandus eſt, juxta illud quod dicit Spiritus ſanctus, ordinavit in me charitatẽ,* Cantic. 2.

ut

tatem, cujus illa ſunt dona.

Deinde, ut rectè D. Thomas; Duobus modis apprehendi poteſt Deus, ſecundùm ſe, cùm videlicet per eſſentiam videtur, per quam eſt ipſa bonitas, quam nullus odiſſe poteſt: & ideo impoſſibile eſt, ut quis videns Deum per eſſentiam, eum odio habeat. Cùm autem ſecundùm effectus quoſdam apprehenditur, qui videlicet, inordinatæ hominis voluntati repugnant, odio haberi poteſt; ut quia peccata cohibet, & pœnas peccantibus infligit; quæ voluntati humanæ per peccatum depravatæ vehementer repugnant. 2. 2. queſt. 34.

Incomparabile autem ſcelus eſt, odium Dei, dum homo peccatis penitus immerſus, & in iis obſtinatus, eouſque progreditur, ut quia conſiderat Deo diſplicere peccata, & ab eo puniri, quæ tamen ipſe amat, cuperet Deum non eſſe, aut iniquum eſſe. *O miſeros homines!* clamat S. Auguſt. *qui cùm volunt eſſe mali, nolunt eſſe veritatem, quâ damnantur mali: nolunt enim eam eſſe quod eſt, cùm ipſi debeant nullo modo eſſe quod ſunt, ut ipſâ manente mutentur, ne ipſâ judicante damnentur.* Tract. 90. in Ioan.

Tertiò denique ſupra modum horribile peccatum eſt, præcepto charitatis repugnans, cùm quis tanta nauſea afficitur in ſpiritu, ut de ipſo Deo triſtetur, & tanquam ſibi malum apprehendat ipſum ſummum bonum, aut ita affectus eſt peccato ſuo, ut doleat ſucceſſum ac proſperitatem eis dari, qui Dei gloriam cupiunt dilatare, gaudeatque vehementer, ſi illi voluntate ſuâ fruſtrentur, Sic diabolicum eſt odium, quo quis odio habetur, quia benè vivit, & peccatis adverſatur; quo odio is hominem

hominem ab initio dejecit, non ut ipſe ſtaret, ſed
Geneſ.4. ne ſolus pravus & miſer eſſet. Ex iſto zelo & in-
Hebr.11. vidia etiam Cain occidit Abel, quia invidebat ei
1. Ioan. 3. gloriam quam ex bonis operibus habebat. Advertant hoc ſcelerati, qui juſtis honorem invident; & alienæ ſalutis amatores ac zelatores odio proſequuntur. Hi enim principes ſunt filiorum Cain, & diaboli, primas in gehenna partes cum illis accepturi.

MONITVM LXXXVIII.

Hic eſt filius meus dilectus; Hunc audite.

Matth. 18.

Ioan.14. STATIM à charitate profluit obedientia, unde ipſe Chriſtus; *Si quis diligit me, ſermonem meum*
In epiſt.ad Celant. *ſervabit: Nihil imperioſius Charitate*, inquit S.Hieron. *grandē vim obtinet vera dilectio. Et qui perfectè amatur,*
De Civit. l. 14.c.12. *totam ſibi amantis vendicat voluntatem.* Dicit D.Auguſt. *Obedientiam in rationali creatura, matrem quodammodò eſſe, virtutumque omnium cuſtodem; quandoquidem ſic facta eſt, ut ei ſubditam eſſe, ſit utile; pernitioſum verò, ſuam, non ejus à quo facta eſt, facere voluntatem.*
Pſal.118. In illum locum. Hinc Propheta David: *Tuus ſum ego, Quid non eſt ejus?* rogat Auguſt. *Sed hoc ita dicit volens intelligi, quod malo ſuo ſuus eſſe voluerit, quod eſt inobedientia primum & maximum malum. Et tanquam dicens, meus eſſe volui, & perditum me feci; tuus ſum, inquit, ſalvum me fac, quia juſtificationes tuas exquiſivi, nō volūtates meas quibus fui meus, ſed juſtificationes tuas ut eſſem jam tuus.*

Quantum autem eſſet ſolius bonum obedientiæ, Deus oſtendere volens, *ab eo ligno prohibiti ſunt primi parentes, quo ſi uterentur non prohibiti, nihil mali*

omnino

*omninò paterentur : ut quod illo poſt prohibitionem uten-
tes,paſſi ſunt,ſatis oſtenderetur quod eis hoc non intulerit
arbor cibo noxio pernitioſa,ſed tantùm obedientia violata,*
inquit S. Auguſt. Licet autem omnis inobedientia De pec.
Deo diſpliceat,hominique obſit;violant tamen maxi- meritl. 2.
mè hoc præceptum , qui ſtatuunt Deo non ſubjici ; cap.21.
ſive quia contemnunt ipſum præcipientem , ſive quia
contemnunt ejus præceptum : ſicut ſcriptum eſt; *Im-* Prov.18.
pius cùm in profundum venerit , contemnit. De qualibus Pſal.118.
dicitur, *Maledicti qui declinant* , ſive deficiunt, *à man-
datis tuis* , rebellium , videlicet in morem , ſubjici
Deo ſuo recuſantes. De hujuſmodi peccato dicit 1.Reg 15.
Script. *Quaſi peccatum ariolandi eſt , repugnare ; &
quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Hi dicunt Deo; Iob. 21. Ierem.2.
Recede à nobis , ſcientiam viarum tuarum nolumus Qui-
bus Dominus ; *A ſæculo confregiſti jugum meum,rupi-
ſti vincula , & dixiſti , Non ſerviam.*

Ego , inquit D. Bern. *nullam prorſus inobedientiam ,* De præcept. & diſpenſat.
*dico parvi ducendam,non tamen omnem pari æſtimandam
periculo. Intereſt ſanè quâ causâ,quo affectu , quâ inten-
tione,in quôve præcepto malum hoc committatur. Manda-* Exod. 20.
tum Dei eſt.Non occides:Fac ergo duos homicidas,& unũ Deut. 5.
*quidem ſpoliandi cupiditate, alterum verò neceſſitate ſeſe
defendendi,facinus perpetraſſe. An non hic ſatis evidenter
inter lepram & lepram cauſa ſeparat,faciens utique diſ-
parem valde culpam , unius ejuſdemque tranſgreſſionis?
Quid verò ſi hunc ſubita ira,illum ſtudioſa malitia , aut
vetus odium fortè ad idem ſcelus impulerit? Nunquid eam
ſimili penſandum erit judicio , quod tam diſſimili factum
conſtabit affectu ? Nihil deinceps inceſtius , obſcæniuſve
quàm illas filias Loth paternum uſurpaſſe concubitum,&* Geneſ.19.
*tamen quis non videat, quantum evacuaverit , aut atte-
nuaverit,turpis nefandiq; reatum flagitii,pietas intentio-*

nis

De prec.& diſpenſ. *nis & intentio pietatis?* Sic ibi Bern.& plura alia.

Rurſum ibidem; *Pro qualitate etiam mandatorum eſt qualitas culpæ tranſgredientium; majoribus quippe major, minoribus minor opera noſtra & cura debetur. De quorum etiam contemptu, juxta eandem conſiderationem, gravior leviorq; offenſa contrahitur. Porrò majora minoraque mandata dixerim, ſecundùm quod magis minúſve velle conſtiterit ipſum qui præcipit. Eſt v.g. mandatum,* Exod. 20. *Non furaberis: & eſt mandatum, Omni petenti te, da:* Luc. 6. *Vtrumq; quidem magnum, quoniam utrumq; divinum: ſed de non furando, majus. Quis enim neſciat æquiſſimo Deo non æquè diſplicere tenaces, atque fures? & quia de duobus malis plus velit nos tenere noſtra, quàm tollere aliena? & ita minus peccare qui non tribuit ſua, quàm qui non ſua furatur?* Ponit deinde idem Bern. differentiam inter neglectum mandati, & contemptum. *Differunt, quòd neglectus quidam languor inertiæ eſt; contemptus verò ſuperbiæ tumor. Porrò contemptus in omni ſpecie mandatorum pari pondere gravis, & communiter damnabilis: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis.*

In epiſt. ad Celant. *Hanc obedientiam*, ait D. Hieron. *à nobis & vox Chriſti, & ſanguinis efflagitat: qui ideò pro omnibus mortuus eſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro* 2. Cor. 5. *ipſis mortuus eſt. Vivere autem illi non eſt aliud,* inquit, *quā ejus præcepta ſervare, quæ nobis ille, quaſi certū quoddam ſuæ dilectionis pignus, ſervanda mādavit: Si diligitis,* Ioan. 14. *inquit, me, mandata mea ſervate.* Poſtea rejectâ ſententiâ Stoicorum de paritate peccatorum; & eorum iniquitate, qui ex arbitrio ſuo eligunt, quæ Eccleſ. 19. potiſſimum Dei mandata contemnant, quæve quaſi vilia ac parva deſpiciant, non metuentes divinam ſententiam, ne minima contemnendo, paulatim decidant:

decidant: *Nos verò, inquit, etſi multum inter peccata diſtare credimus; tamen ſatis prodeſſe ad cautionem ducimus, etiam minima pro maximis cavere. 1. Quia tantò faciliùs abſtinemus à quocumque delicto, quantò illud magis metuimus. 2. Nec citò progreditur ad majora, qui etiā parva formidat. 3. Quia non tam conſiderandum quod juſſum eſt, quàm illum qui juſſerit; nec cogitanda imperij quantitas, ſed imperantis dignitas. 4 Neſcio ſane*, inquit Hieron. *an poſſimus leve aliquod peccatum dicere, quod in Deò contemptum admittitur.* Ibidem.

Deinde de genere ipſo peccati difficile eſt aliquando judicium, ſitne veniale an mortale, vel de circunſtantiis, quibus exploratis certò pronuntiari in particulari poſſit, ubi & quando quiſque tantùm venialiter delinquat. Quam rationem ſpectat D. Auguſt. de Civit. Dei. Denique etſi conſtaret cuique quando tantùm venialiter delinqueret, tamen ejuſmodi peccatorum ſupina & voluntaria negligentia profectui juſtitiæ contraria eſt, eique Dominicæ orationis parti, qua tenetur Chriſtianus ſeriò ac ex animo, aut certè utiliter petere, ſibi peccata dimitti. Non poteſt autem ſi adhuc perſiſtit amare. Poteſtque hîc evenire facilè, ut in mortiferum contemptum abeat periculoſa negligentia. Qua de re Sanctus Bernardus: *Diſcite ex hoc inquit, fratres, juſtum judicem Deum non modò quid fiat, ſed etiam quo animo fiat conſiderare, & cavete deinceps ne quis parva reputet, quamlibet parva ſcienter delinquere. Nemo dicat in corde ſuo, Levia ſunt iſta, non curo corrigere, non eſt magnum ſi in his permaneo venialibus, minimiſque peccatis. Hæc eſt, chariſſimi, impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum irremiſſibilis.*

Sup. Moni. 14.

Lib. 21. ca. 27.

Serm. de converſ. Pauli.

Matth. 12

MONITVM LXXXIX.

A ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes.

Ierem. 10.

HIc condemnătur illi qui ex aſtrorum inſpectione eventa atque opera hominum conantur prædicere, aut hujuſcemodi, conſulentes. *Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite metuere.* Cauſam reddit, *quoniam leges populorum vanæ ſunt*, id eſt, gentilium leges & ſcita de aſtrorum maleficâ vi, & ſignificationibus infortunatis, futilia ſunt omnia. Ioannes Gerſon vir ſuo tempore doctiſſimus, proprio de hac re tractatu docuit. 1. Nullam eſſe divinandi artem ex aſtris de his quæ à libero pendent arbitrio. 2. Non eſſe licitum Chriſtiano iis rebus operam dare, quæ naturalis inveſtigationis limites tranſiliunt, neque per revelationem percipiuntur. 3. Non poſſunt, inquit, dicere, cur vel unde petant talia, niſi ab occulto quodam & corrupto curioſiſſimæ vanitatis deſiderio, per quod interim merentur à Deo deſeri, & deſerti in errores prolabi, & à seductore noſtro poſſideri, poſſeſſi eo inſtigante & fallente ſuperſtitionis hujus nexibus indiſſolubiliter aſtringi: Hinc tepidior aut nulla ſpes, ad divinæ opis poſtulationem; hinc timores vani, ſpes improbæ; denique exitus ut plurimùm infeliciſſimi.

Ierem. 10.

Ioan. Gerſon.

Hiſce vanitatibus impliciti ſunt illi, qui natis filiis, quid eventurum ſit, conſulunt: qui certis diebus,

bus,ſive menſibus,ſive annis, volunt vel nolunt aliquid inchoare, eò quòd ſecundùm vanas hominum doctrinas, fauſta vel infauſta exiſtiment tempora. Item qui dicunt;Hodie quippiam mali accidet, quia feſtum eſt Mariæ Magdalenæ,vel Innocentum.Quod peccatum tanti fecit Apoſtolus, ut dicat Galatis; *Dies obſervatis,& menſes,& tempora, & annos. Timeo vos,ne fortè ſine cauſa laboraverim in vobis.* Creavit Deus aſtra cœli,ut luceant ſuper terram,in ſigna pluviarum ac tempeſtatum,in temporum ac annorum diſcretionem:& ut Moyſes ait, *in miniſterium cunctis gentibus,quæ ſub cœlo ſunt,* non utique in dominium.

Vide Aug. piſt. 119. cap. 7. Ench.ca.79. Galat. 4.

Geneſ. 1.

Vnde & Daſmaſcen.*Gentiles,* inquit, *per aſtrorum horum, & ſolis ortum & occaſum & commixtiones omnia diſpenſát,quæ apud nos fiunt.Nos verò dicimus ſigna ex ipſis fieri imbris,ſerenitatis,frigiditatis,caloris,humiditatis,& ſiccitatis,ventorũ,& ſimilium. Noſtrorum autem actuum nequaquam.Nos enim liberæ poteſtatis à conditore facti, noſtrorum actuum domini ſumus.* D. Leo agens contra Priſcillianiſtas; *Ad hanc,*inquit, *inſaniam pertinet, & prodigioſa illa totius humani corporis per duodecim cæleſtia ſigna diſtinctio,ut diverſis partibus diverſæ præſideant poteſtates,& creatura quam ad imaginem ſuam Deus fecit,in tanta ſit obligatione ſiderum, in quanta eſt connexione membrorum.*

Lib 2.c.7. de fide.

Epiſt. 93.

Gen. 2.

Non quòd damnanda ſit ea Aſtrologiæ pars, quæ ex longa temporum obſervatione tradit certas leges curſus & motus ſiderum: ſed neque ea quam Iudiciariam vocant omni ex parte, quatenus videlicet ſequitur rationes phyſicas. Quis etiam neſciat cœlum in hæc inferiora, plurimum motu, plurimum lumine, plurimum ocultiſſimis influentiis poſſe? Sed has ipſas tam admirabiles,cœleſtium

corporum vires, ne longiùs, quàm vel pietatis, ergà Deum, vel utilitatis erga homines, ratio ferat, extendamus, magnopere videndum eſt. Vti faciunt illi quibus perſuaſit diabolus, ut homines propriam culpam non agnoſcerent, liberéque peccarent, ex aſtris hominum peccata oriri; hoc modo Deum authorem aſtrorum, faciens authorem peccati. *Malefica enim ſtellæ*, ait D. Baſil. *ſuæ ipſarum malignitatis cauſas in ſuum transferunt authorem. Nam ſi naturâ ſtellis competit maleficium, ipſe ſanè creator, effector erit malignitatis.*

Hom. 6. Hexam.

August. de Civit. lib. 5. cap. 1.

Deinde fruſtrà ſunt legiſlatores, agenda & fugienda præſcribentes, fruſtrà judices honore virtutem, vitium pœnis afficientes: non enim injuria commiſſa erit furis aut homicidæ, ſed aſtri, imò Dei ad id ipſum impellentis. Denique tollitur etiam Dei judicium, ſi homines Dei voluntate peccant: erit autem manifeſtiſſimè, & punientur mali, non quia Dei, ſed quia ſuam executi ſunt voluntatem. Rectè David, *Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino*, id eſt, meipſum confitebor authorem eſſe peccati mei, non Deum, ſtellas, fatum. Et item alibi, humiliter ac veraciter; *Domine miſerere mei, ſana animam meam; quia peccavi tibi. Quam totam illi ſalubritatem interficere conantur*, inquit S. Auguſt. *qui dicunt; De cœlo eſt tibi inevitabilis cauſa peccandi; & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars: ſcilicet, ut homo ſine culpa ſit, caro & ſanguis, & ſuperba putredo: culpandus ſit autem cœli ac ſiderum creator, & ordinator. Et quis eſt hic niſi Deus noſter, ſuavitas & origo juſtitiæ, reddit unicuique ſecundùm opera ejus, & cor contritum & humiliatum non ſpernit?*

Proſp. reſp. 10. ad object. Vincēt.

Pſalm. 31. & ibi. Aug.

Lib. 4. Conf. c. 3.

Rom. 2.

Pſalm. 50.

Idem & illi nunc faciunt, quibus idem diabolus, quaſi mitiùs agens, ad excuſandam hominum malitiam,

Digitized by Google

malitiam, perſuadet pravas concupiſcentias, ſive inclinationes, cum quibus naſcimur, & quæ per ſe ad peccatum trahunt, eſſe ex aſtris, quaſi, videlicet Deus nos per aſtra tentaret & incitaret ad malum. Cùm enim aſtra ille omnia condiderit, vimque omnem, quâ in res ſubjectas influunt, indiderit; quicquid inſitâ ſibi facultate efficiunt, id omne Deum authorem atque effectorem habeant neceſſe eſt. Neque enim illa hominum more præfixas ſibi à conditore leges, operando prætereunt; ſed nihil aliud per ſingula, quàm ſui moderatoris nutum exequuntur. Si quos igitur ab ipſo ſtatim ortu efficiunt in deteriora proclives, quid erit conſequens, niſi ut Deus ipſe hoc effeciſſe videatur, ut ſuprà dixit D. Baſil. Si autem Deus cauſa ſit hujuſmodi vitioſarum propenſionum, etiam peccatorum, quæ ex ipſis committuntur, cauſa erit.

In vitioſis propenſionibus & affectibus originalibus docet Scriptura, non ad ſidera, ſed ad ſemen reſpiciendum eſſe. *Quis poteſt*, inquit, *mundum facere, de immundo conceptum ſemine?* Et; *Semen erat maledictum ab initio.* D. quoque Auguſt. ſemina ex origine vitiata agnoſcit. Quæ etiam affectiones idoneam complexæ materiam, ex ſeipſis (velut ignis in lignis) ſuccreſcunt, ac inardeſcunt magis, unde *Eunuchis minus periculoſum pro caſtitate certamen, quia ubi materiam de qua operetur, non invenit, minùs adverſus caſtitatem libido conſurgit*, inquit S. Auguſt. & monet *creaturâ panis & vini parciùs utẽdum eſſe, ne ipſa quoq; concupiſcentia (quod malum intus ac noſtrũ eſt) mentem corruptibili corpore ex abũdantiore materiâ multo magis agravãte, adverſum nos vehementiùs atque invictiùs cõcitetur.* Nec animi vitium in una magis complexione

Iob. 14.
Sapient. 12.
Cont. Iul. lib. 6. cap. 4.
De nupt. lib. 2. cap. 8.
Lib. 6. cont. Iulian. ca. 5.
Lib. 3. ibid. cap. 20.

Digitized by Google

quàm in alia efferveſceret, niſi priùs & aliunde exiſteret, materiamque de qua operaretur, inveniret. Fac animum carere libidine, iracundiâ, & nihil oberit cordis calida & ſicca conſtitutio; ſicuti nihil ſobrio vinum, nihil juſto aurum alienum obeſt.

Iob. 31. Sapien. 8. Sent. 14. ad capit. Gall.

Hiſce autem vitiis homines etiam ex quo concepti ac nati ſunt, magis minuſve laborant, prout ſe judicium habet vel miſericordia conditoris; qui nonnullis quibus voluerit, quantumque voluerit, parcens, indolem iis meliorem indulget, cæteros deteriores naſci, ſummâ æquitate ſinit. *Cùm*, inquit D. Proſper, *homines mala admittunt, ſuis concupiſcentiis & voluntatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis labe traxerunt.* Pertinent ergo ad peccatum Originale, propter quod ſcriptum eſt; *Nemo mundus à ſorde, nec infans cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Quod peccatum, per quas rimas in animum infantis irrepſerit, ſi cum Iuliano hæretico requiris, Apoſtolus tibi non rimas anguſtas, ſed apertiſſimam demonſtrat januam, cùm ait; *Per unum hominem peccatũ intravit in mundum*, &c. Dicit D. Proſp.

Iob. 25. Aug. lib. 2. q. Evang. cap. 38. de pec. orig. interpretatur. Rom. 5.

In carm. de Provident.

—— *Si quid obeſt virtuti, animoſque retardat,*
Non ſuperi pariunt ignes, nec ab æthere manat;
Sed noſtris oritur de cordibus, ipſaque bellum
Libertas movet, & quatimur civilibus armis. Et aliùs:
Qui viret in foliis venit ab radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

MONI-

Digitized by Google

MONITVM XC.

Filia mea modò defuncta eſt.

Matth. 9.

PRIMÒ notanda eſt ſententia D. Auguſt. *Cùm unicuique mortalium, inquit, ſub quotidianis hujus vitæ caſibus immumerabiles mortes quodammodò comminentur, quamdiu incertum eſt, quænam earum ventura ſit: quæro utrum ſatiùs ſit unam perpeti moriendo, an omnes timere vivendo? Nec ignoro, quàm inertiùs eligatur diu vivere ſub timore tot mortium, quàm ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Debemus igitur & nos animo præmeditari*, ait D. Hieron. *quod aliquando futuri ſumus, & quod, velimus nolimus, abeſſe longiùs non poteſt. Reddẽda eſt terræ terra*, inquit Cicero, ex Euripide. Et Phocylides antiquiſſimus ſcriptor; *Ex terra*, ait, *corpus nobis eſt, ruſum in illam ſolvimur, & pulvis ſumus. Capit omnia tellus Quæ genuit.* De Civit. lib. 1. c. 11. Vide epiſt. 45. Ad Heliod. Li. 1. Tuſc. Aug. de Civit. li. 13. cap. 17.

Puella hæc defuncta duodennis erat. Nemo in ætate confidat. *Vitæ hujus principium, mortis exordium eſt*, inq. Proſp. *& quod ab initij ſui die mortale eſt, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec unquam ei vicinius eſt, poſſe vivere, quàm poſſe deficere.* Et Seneca: *In hoc omnes errore verſamur*, inquit, *ut non putemus ad mortem niſi ſenes vergere, cùm illò infantia ſtatim, & juventa, omniſque ætas ferat.* Dictum Marcellæ apud Hieron. *Iuvenis poteſt citò mori, ſenex diu vivere non poteſt.* Lib. 2. de voc. gent. cap. 21. 22. De conſol. cap. 20. In Epitaph. ejus.

Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo, ait Horatius. In odis.

In rebus humanis nihil certius morte, nihil incertius

hora

quàm in alia efferveſceret, niſi priùs & aliunde exiſteret, materiamque de qua operaretur, inveniret. Fac animum carere libidine, iracundiâ, & nihil oberit cordis calida & ſicca conſtitutio; ſicuti nihil ſobrio vinum, nihil juſto aurum alienum obeſt.

Hiſce autem vitiis homines etiam ex quo concepti ac nati ſunt, magis minuſve laborant, prout ſe judicium habet vel miſericordia conditoris; qui nonnullis quibus voluerit, quantumque voluerit, parcens, indolem iis meliorem indulget, cæteros deteriores naſci, ſummâ æquitate ſinit. *Cùm*, inquit D. Proſper, *homines mala admittunt, ſuis concupiſcentiis & voluntatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis labe traxerunt.* Pertinent ergo ad peccatum Originale, propter quod ſcriptum eſt; *Nemo mundus à ſorde, nec infans cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Quod peccatum, per quas rimas in animum infantis irrepſerit, ſi cum Iuliano hæretico requiris, Apoſtolus tibi non rimas anguſtas, ſed apertiſſimam demonſtrat januam, cùm ait; *Per unum hominem peccatũ intravit in mundum*, &c. Dicit D. Proſp.

Iob. 31. Sapien. 8. Sent. 14. ad capit. Gall.

Iob. 25. Aug. lib. 2. q. Evang. cap. 38. de pec. orig. interpretatur. Rom. 5.

In carm. de Provident.

—— *Si quid obeſt virtuti, animoſque retardat,*
Non ſuperi pariunt ignes, nec ab æthere manat;
Sed noſtris oritur de cordibus, ipſaque bellum
Libertas movet, & quatimur civilibus armis. Et aliùs:
Qui viret in foliis venit ab radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

MONI-

MONITVM XC.

Filia mea modò defuncta eſt.

Matth. 9.

PRIMÒ notanda eſt ſententia D. Auguſt. *Cùm unicuique mortalium, inquit, ſub quotidianis hujus vitæ caſibus innumerabiles mortes quodammodò comminentur, quamdiu incertum eſt, quænam earum ventura ſit: quæro utrum ſatiùs ſit unam perpeti moriendo, an omnes timere vivendo? Nec ignoro, quàm inertiùs eligatur diu vivere ſub timore tot mortium, quàm ſemel moriendo nullam deinceps formidare.* De Civit. lib. 1. c. 11. Vide epiſt. 45. *Debemus igitur & nos animo præmeditari*, ait D. Hieron. *quod aliquando futuri ſumus, & quod, velimus nolimus, abeſſe longiùs non poteſt.* Ad Heliod. *Reddenda eſt terræ terra*, inquit Cicero, ex Euripide. Et Phocylides antiquiſſimus ſcriptor; *Ex terra*, ait, *corpus nobis eſt, rurſum in illam ſolvimur, & pulvis ſumus. Capit omnia tellus Quæ genuit.* Li. 1. Tuſc. Aug. de Civit. li. 13. cap. 17.

Puella hæc defuncta duodennis erat. Nemo in ætate confidat. *Vita hujus principium, mortis exordium eſt*, inq. Proſp. *& quod ab initij ſui die mortale eſt, quolibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec unquam ei vicinius eſt, poſſe vivere, quàm poſſe deficere.* Lib. 2. de voc. gent. cap. 21. 22. Et Seneca: *In hoc omnes errore verſamur*, inquit, *ut non putemus ad mortem niſi ſenes vergere, cùm illò infantia ſtatim, & juventa, omniſque ætas ferat.* De conſol. cap. 20. Dictum Marcellæ apud Hieron. *Iuvenis poteſt citò mori, ſenex diu vivere non poteſt.* In Epitaph. ejus.

Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo, ait Horatius. In odis.

In rebus humanis nihil certius morte, nihil incertius hora

Iſidorus. *hora mortis. Non miſeratur inopiam, non reveretur potentiam, non reſpicit morum aut generis excellentiam, non parcit juventuti vel ætati; ſenibus eſt in januis, juvenibus in inſidiis*, inquit Iſidorus.

Sap. 4. Beneficij tamen loco reputatur apud Sapientem citò ex hac vita rapi; *Raptus eſt*, inquit, *ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Et Apoſtolus *mori lucrum* eſſe dicit; quòd is qui moritur, jam ſæculi laqueis ampliùs non teneatur, nec ullis peccatis fiat obnoxius, & exemptus preſſuris angentibus, ad lætitiam ſempiternam Domino vocante proficiſcatur. *Excedunt in pace tutæ cum ſua gloria virgines: pueri periculum lubricæ ætatis evadunt*, inquit D. Cyprian. *Longa vita non ſemper emendat, ſed ſæpè culpam magis auget: Diu autem vivere, & vitam non emendare, eſt pœnam accumulare. Quid*, ait D. Nazianz. in oratione funebri fratris ſui Cæſarii, *nos paucis diebus, quibus ſupererimus lucri faciemus, niſi ut plura mala partim videamus, partim patiamur, partim faciamus?* Pulchrè à Menandro dictum eſt, inquit Plutarch. *Quem diligunt Dii juvenis moritur.* Refert Cicero de quadam matre, quæ pietate & obſequio filiorum erga ſe commota, petiit à Deo, ut quod optimum eſſet, illis daret; pietatis præmium mortem donavit, ſomno enim traditi, non ampliùs ſurrexere. Habet ſimile de duobus qui templum Apollini exædificârant, pro quo labore petierunt mercedem à Deo, quod optimum homini dari poſſet; reſpondit ſe poſt ejus diei diem tertium daturum: qui ubi venit, mortui reperti.

Philip. 1.

Cypr. de Mortal.

Kemp. in Soliloq. cap. 6. & de Imitat. li. 1. cap. 23.

In orat. Conſol.

Lib. 1. Tuſcul.

Etiam Sancti mortem deſiderant; *Rogatus D.*

Ambroſ

Digitized by Google

Ambroſ. cur cùm audiret ſanctũ aliquẽ obiiſſe, fleret? Non, inquit, quia receſſit, ſed quia præceſſit. Ita ille Epiſcopus apud Poſſidonium, Auguſtino, qui quòd utilis foret adhuc populo, ſuadebat ei, ut commeatum à Deo peteret, ita reſpondit; *Si nunquam, benè; ſi aliquando, quare non modò?* Dixerunt ad Hilarionem latrones quaſi per jocum; Quid faceres ſi latrones ad te venirent? *Nudus, reſpondit, latrones non timet.* Certè, aiunt, occidi potes. *Poſſum, inquit, poſſum. Et ideo latrones non timeo, quia mori paratus ſum.* Cardinalis Polus, cùm ei Rex Angliæ Henricus VIII. Schiſmaticus mortem intentaſſet; *Hoc eſt, inquit, dormire cupienti etiam veſtem ipſam exuere velle. Quid enim eſt mors?* rogat D. Chryſoſt. *nihil aliud quàm veſtimentum exuere. Corpus enim nihil eſt aliud quàm veſtimentum animæ circundatum.* Vnde & S. Auguſt. *Non vis exui veſtem pannoſam? ſtolam gloriæ daturus eſt.*

Poſſido. in vita Aug. c.

Hieron. in vita Hilar.

Sander. de Schiſmate Anglic.

Hom. 5. ad pop.

In Pſal. 95.

Alius cùm rex idem ei minaretur ſe illum projecturum in mare; *Non dubitavi unquam, inquit, quin tam celeriter ad Deum aquâ perveniatur ac terrâ.* Vndiq; ad ſuperos tantundem eſt viæ. Alius quidam, deficiente paulatim corpore, *gaudere ſe aiebat, parietes carceris paulatim deſtrui, qui animam à Deo ſeparant, quibus fractis eam citò è carcere ad Deum evolaturam.* B. Ignatius Societatis parens; *cùm aliquid morbi ſentiret in corpore, gaudebat, ſperans adeſſe tempus migrandi ad meliora.* Alius quidam de ea Societate, cùm ei diceretur, Medicum de vita deſperare, pararet ſe ad mortem. *Nemo*, inquit, *mihi unquam tam lætum attulit nuntium.* Denique alius moribundus, circunſtantibus dicentibus; Morietur; *Non,* ait, *moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini.*

Idem. Sand. ibidem.

In Vita.

Pſal. 117.

Sancti ergo vitam habent in patientia, mortem in

Lib. 3. ca. 3. in deſiderio, ſcientes vitam ipſis non eripi, ſed in melius mutari. Cauſam reddit D. Gregor. in Dialogis, Cur boni interdum citiùs tollantur? hoc fit

In Epitaph. Nepot. 1. Propter ipſos, *ne ipſi deteriora videant:* Vnde D. Hieron. de Nepotiano optimo Sacerdote, in flore ætatis extincto; *Felix qui hæc non videt, hæc non audit.* &c. 2. *Hoc malitia remanentium meretur*, quibus boni

Paulin. in vita. proſunt. De D. Ambr. moriente dixit Comes Stilico, quòd tanto viro decedente, interitus immineret Italiæ; ideo miſit qui ſuaderent ei, ut ſibi à Domino vivendi peteret commeatum. ita accidit;

Ad Princip. nam illo mortuo Italia Barbarorum furore protrita eſt. Dicit S. Hiero. de Anaſtaſio Pontifice citò

Lib. 3. hiſt. Ang. ca. 14. ſublato, quòd *Roma non meruit diu talem habere Pontificem.* Sic Aidanus Epiſcopus apud Bedam, de Oſuvino Rege humillimo, flens, *Animadverto*, inquit, *citò illum ex hac vita rapiendum. Non enim digna eſt hæc gens talem habere Rectorem.* Cauſam etiam

Lib. 4. Dial. Sap. 24. dat S. Gregor. Cur interdum Sancti durè moriantur: *Eſt*, ait, *occulta quadā eorum culpa, quæ ita debet reſecari.* Sæpè enim videtur nobis aliquod opus eſſe perfectum, ubi artifex, qui opus illud fecit, multa adhuc deeſſe advertit.

Sed de morte hominum quid dicendum, bonáne

Sent. an mala ſit? D. Proſper breviter reſpondet; *De prima corporis morte dici poteſt, quod bonis bona ſit, malis mala.* His enim finis eſt ad omnia bona temporalia & tranſitus ad mortem æternam; illis verò finis ad

In Pſal. 148 omnia mala temporalia, & tranſitus ad vitam æternam. *Quære ergo, non unde, ſed qualis exeat qui moritur: Mors enim undecunque pio accidat, bona eſt*, inq. D.

Lib. 9. Conf. cap. 3. Aug. Qui de ſuo Nebridio cum Domino loquens; Quem, inquit, fidelem Catholicum, caſtitate perfectâ,

fectâ, atque continentiâ tibi ſervientem in Africa apud ſuos, cùm tota domus ejus per eum Chriſtiana facta eſſet, carne ſolviſti, & nunc ille vivit in ſinu Abraham. Quicquid illud eſt quod illo ſignificatur ſinu, ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem Domine adoptivus, ex liberto filius, ibi vivit. *Nam quis alius tali animæ locus?* Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Iam non ponit aurem ad os meum, ſed ſpirituale os ad fontem tuum, & bibit quantum poteſt ſapientiam pro aviditate ſua ſine fine felix. *Nec ſic eũ arbitror inebriari ex ea, ut obliviſcatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, noſtri ſis memor.* ita Auguſt.

Sic S. Hieron. poſtquam oſtendiſſet Licinium Bæticum jam defunctum ex vita præterita in variis virtutibus tranſacta regnare cum Chriſto, ita ait ad Theodoram uxorem; *Ille jam ſecurus & victor te aſpicit de excelſo, & favet laborãti & juxta ſe locũ præparat.* Refert etiam de matre ſua Monica Auguſt. quòd paulò ante mortem colloquebatur cũ ſuis *de contemptu hujus vitæ, & bono mortis*: de quo etiam ſcripſit Ambroſ. Ac reprehendens dolorem ſuum & lachrymas in morte matris quod eſſent ex affectu carnali, dicit funus ejus non debuiſſe quæſtibus lachrymoſis gemitibuſque celebrari. *His enim*, inquit, *plerumque ſolet deplorari quædam miſeria morientium, aut quaſi omnimoda extinctio. At illa nec miſerè moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc & documentis morum ejus, & fide non ficta rationibuſque certis tenebamus. Mala mors putanda non eſt quam bona vita præceſſit*, ait idem Auguſt. *Non enim facit malam mortem niſi quod ſequitur mortem. Non itaque multum curandum neceſſariò morituris, quid accidat ut moriantur, ſed moriendo quò ire cogantur.*

Li. 9. ca. 11. 12. 13. Ibidẽ

De Civit. li. 1. Cap. 11. Eſt ſen. 50. D. Proſp.

MONI

MONITVM XCI.

Ecce mulier Chananæa, à finibus illis egreſſa, &c.

Matth. 15.

TYrus & Sidon civitates erant gentilium, vicinæ Iudææ. Deſcribuntur tanquam peſſimæ in Script.
Math. 11. Vnde & Dominus in Evang. *Si in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes*, &c. Erant enim civitates Mercuriales,
Ezech. 16. 49. ubi erat abundantia opum, & proinde etiam iniquitatum. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium*, &c. ait Scriptura. Et ubi plures commeſſationes, impudicitiæ, injuſtitiæ, hæreſes, &c. quàm in talibus civitatibus?
Lib. 1. c. 14. hiſt. Anglic. Dicit V. Beda, quòd in Anglia, *cum abundantia rerum cœpit creſcere luxuria, quam ſecuta omnium ſcelerũ*
Iſaiæ 23. Ezech. 27. *lues, crudelitas præcipuè, & odium veritatis, amorq; mendacii.* Et apud Iſaiam, & Ezechielem, Tyrus typicè inſinuat, totam civitatem impiorum, quæ aſpiranti ad Deum, deſerenda; in qua ſi manemus, aut mali ſumus cum malis, aut mali efficiemur ex bonis. Exeundum ergo ex ea, ſemper ſpiritualiter non conſentiendo peccatis; corporaliter etiam, quan-
2. Co. 6. tum fieri poteſt; Hinc Apoſtolus ex Iſaia; *Separamini, exite de medio eorum; immundum ne tetigeritis.*

Ex harum ergo civitatum finibus egreſſa hæc
Pſalm. 44. mulier Chananæa, Eccleſiam ſignificat gentilium, *quæ oblivisceretur populum ſuum, & domum patris ſui*, id eſt, ſocietatem impiorum, in qua naſcimur, & vivimus, ante gratiam renovationis, & familiam diaboli,

Digitized by Google

diaboli, qui eſt pater omnium corruptorum, qui eos malos & impios ſua ſuggeſtione fecit, eisque venenum impietatis & concupiſcentiæ malæ afflavit. Vnde Chriſtus impiis dicebat; *Vos ex patre diabolo eſtis*; non ſecundum naturam, ſed ſecundum corruptionem, & affectus pravos. Homini enim primo peccatum perſuaſit, peccando corruptus eſt, & non niſi corruptos gignit; ſubjectos, videlicet, ignorantiæ rerum agendarum, & concupiſcentiæ noxiarum: quæ duæ, ut D. Auguſt. ait. cauſæ ſunt omnium peccatorum. *Peccamus enim, quia vel non videmus quid agendum ſit, vel ſi videmus, cupiditate tamen prævalente, non agimus.* Hinc Ioannes; *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* Egredimur ergo & obliviſcimur, quando carnales affectus vel luxuriæ; vel ſuperbiæ, &c. quos ex parentibus traximus, non ſequimur.

Ioan. 8. Ench. 81. 1. Ioan. 3. Lib. 9. c. 6. Confeſſ.

Ego (ait D. Aug. de filio ſuo ex fornicatione nato) *in illo præter peccatum, nihil habebam. Tu Domine, bene feceras eum.* Quid à parentibus accepimus, niſi peccatum, quod in nos transfundunt, & omnium malorum eſt fundamentum & radix; ob quod tanta patimur, ac tandem etiam damnamur, niſi ab eo per gratiam Chriſti in baptiſmo liberemur. Elias apud D. Bern. ad parentes ſuos infeſtos ſibi, ita ait; *Quid à vobis habeo, niſi peccatum & miſeriam? Hoc ſolum quod geſto corruptibile corpus de veſtro habere me fateor & agnoſco. Non ſufficit vobis, quòd in hanc ſæculi miſeriam, miſeri, miſerum induxiſtis, quòd in peccato & peccatorem peccatores genuiſtis, quòd in peccato natum de peccato nutriſtis?* &c.

Epiſt. 111.

Dicebat mater Machabæorum filiis ſuis; *Non ego ſpiritum, & animam donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra compegi, ſed mundi creator, qui formavit*

Lib. 2. Mach. ca. 7.

hominis

De Trinit. lib. 13. c. 19. Enchir. 36. & 40. De prædeſt. Sanct. c. 5. De bono perſev. cap. ult.

Hinc D. Auguſt. *Nulla major gratia, nullum donum majus, quam donatum eſt Chriſto ſecundùm humanam naturam, ut ſcilicet, nullis meritis, nullâ bonâ voluntate præcedente, ab exordio humanæ naturæ, ipſe homo Deus eſſet naturaliter, non potens peccare. Ex quo etiam intelligimus, nos per eandem gratiam operatione Spiritus ſancti juſtificari à peccatis per quam gratiam factum eſt, ut homo Chriſtus nullum poſſet admittere peccatum.* Eſt ergo illa Chriſti gratia noſtræ ſanctificationis exemplar.

In Pſal. 58.

Non ſtatim tamen hanc mulierem exaudivit, ex duplici cauſa. 1. Vt oſtenderet aliis magnitudinem fidei ejus, ad exemplum. *Omnia prævidebat, omnia ſciebat*, ait S. Auguſt. *ſed fidem ejus oſtendere volebat, differebat beneficium, & eam ſuſpendit.* Magno ergo noſtro profectu & utilitate differt noſtras orationes exaudire, ut in nobis magis accendatur fervor deſiderii & devotionis, eoque magis inflammemur ad precandum, quò diutiùs differtur quod impensè cupimus, & obtentum multis precibus bonum, pluris faciamus, ac ex eo plus exhilaremur. Ea autem eſt orationis indeſinentis efficacia, quod per talem id tandem impetratur, quod variis etiam juſtiſque rationibus meritò deberet negari; quodque per eam Deus cogitur quodammodo mutare ſemel conceptam ſententiam, ac mirâ ratione is qui eſt fortiſſimus, tamen ab homine ſuperatur. Quemadmodum id in typo monſtratum eſt in lucta Iacob cum Angelo.

Exod. 32. Auh. q. 144. & 149. ſup. Exod. Gent. 32.

2. *Non ſum*, inquit, *miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſraël.* Quomodo oves, ſi perierunt? Oves quia prædeſtinatæ; ad hoc venerat, ut eas de perditione liberaret. Sic dicit: *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere*: loquens de

Ioan. 10.

de Gentibus nondum converſis, & adhuc idola colentibus, tamen prædeſtinatis ad fidem, juſtitiam, vitam. Ad illas autem non dicitur miſſus, *quia non venerat, ut illis corporale miniſterium impenderet*, inquit D. Aug. Sed illos converſurus erat per ſuos miniſtros, Apoſtolos, & alios. Sic dicit Apoſtolus, *Chriſtum miniſtrum fuiſſe Circumciſionis, ad confirmandas promiſſiones Patrum: Gentes autem debere ſuper miſericordia honorare Deum*, quæ ex occaſione ſalvari debebant, quando, videlicet, Iudæi à ſe verbum Dei repellerent. Vnde ad illos Paulus; *Quoniam repellitis verbũ Dei, ecce convertimur ad Gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus; Poſui te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ*. Et ad Rom. *Illorum delicto, ſalus eſt gentibus, ut illos æmulentur.* Serm. 41. in Nov. Rom. 15. Actor. 13. Iſaiæ. 46. Rom. 11.

MONITVM XCII.

Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit, &c.

Luc. 1.

AGIT gratias Zacharias de redemptione generis humani, non quæ per Ioannem fieret, ſed Chriſtum; cujus is erat præcurſor: *Non enim potuit fieri per purum hominem, vel angelum*, ut D. Aug. ait. Ad ordinem ergo redemptionis Ioannes pertinebat; non enim erat venturus Salvator, niſi præmiſſo præcurſore; quo nato, ſciens inſtare adventum redemptoris, gratias agit Deo. Nos benedicimus Deum verbis, ei agendo gratias, nihil ei conferimus. Optimus tamen modus conſervandi & au- In Pſal. 71.

Matth. 13. gendi beneficia Dei, per gratiarum actionem. *Qui habet*, inquit Chriſtus, id eſt, qui amat, *magnifacit, quod habet, & de eo gratias agit, dabitur ei amplius, imò abundabit*. Hinc omnis noſtra oratio à gratiarum actione debet incipere, inſtruente nos ipſo Chriſto, in oratione quam nobis tradidit. Nam Pater noſter, gratiarum actio eſt, inquit S. Cyprian. quód nos de filiis diaboli, fecerit filios Dei. Dominus nos benedicit, ſed benedicendo, benefacit. *Benedixit nos*, inq. Paulus, *in omni benedictione ſpirituali*, id eſt, replevit gratiis. Sic oramus, *Benedicat nos Deus*, id eſt, benefaciat, *Benedicat tibi Dominus ex Sion. Iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus*. Sic dicitur ager benedictus, qui abundat frugibus.

De orat. Dominic.

Epheſ. 1. Pſal. 69. Pſal. 127. Eſai 61.

Luc. 1. Sed unde agendæ præcipuè gratiæ: oſtendit hoc conſequenter Zacharias, dicens: *Quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ*. Hæc præcipua eſt cauſa gratiarum actionis. Creaſſe, multum eſt; ſed quid prodeſt, ſi pereundum eſt; redemiſſe, multò plus eſt: & quando pretium conſideratur, ſtupet mens. Mirabiliter condidit, mirabiliùs reformavit. *Viſitavit*, ut ægrum medicus, adferens ſecum omnis generis remedia ſalutaria, & efficacia, verba, exempla, Sacramenta, &c. contra omnes morbos, id eſt, peccata hominum. De ligno vitæ dicitur (quod ſpiritualiter Chriſtus eſt) *folia ejus & fructus ſunt ad ſanitatem gentium*. Imò quicquid dixit Chriſtus, quicquid fecit, *quicquid geritur in Eccleſia, ſunt alligamenta vulnerum*, ait D. Auguſt. ut iis homo paulatim ad plenam ſanitatem & firmitatem perveniat. Sed dices; Si viſitavit ut medicus, quomodo non omnes ſanantur? quia medicamenta ab ipſo parata non ſumunt; hæc enim medicina, *ſi non bibitur*, *non*

Apoc. ult. In Pſal. 146.

Digitized by Google

non medetur, inquit Divus Proſper.

Redemit: Captivi eramus ſub poteſtate diaboli, ſub dominio peccati. Hoc juſtum erat, *A quo enim quis devictus eſt, hujus & ſervus eſt*, ait D. Petrus. Sed quo pretio redemit? *Non corruptilibus auro & argento, ſed pretioſo ſanguine agni quaſi immaculati Chriſti*, inquit S. Petrus. *Si vos viluiſtis ex infirmitate veſtra* ait D. Auguſt. *ex pretio veſtro vos appendite*: eodē pretio & proximum appendere debemus, ne eum contemnamus. Sicut ipſe Chriſtus monet: *Videte ne contemnatis unum ex puſillis iſtis; Venit enim Filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.* Et ejus Apoſtolus; *Noli illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* De quo pretio D. Auguſt. in Confeſſ. *Quis refundet ei innocentem ſanguinem? Quis ei reſtituet pretium, quo nos emit ut nos auferat ei?*

Proſp. art. 1. falſo impoſ. Auguſt. 2. Petri. 2. 1. Petri. 1. In Pſalm. 32. conc. 1. Matth. 18. Rom. 14. 1. Cor. 8. Lib. 9. Confeſ. cap. ult.

Miratur vehementer David dicens; *Quid eſt homo, quod memor es ejus, aut Filius hominis, quia reputas eum? Pretioſum quid eſſe oſtendit, dum unici ſanguinem pro eo fudit*, inquit D. Auguſt. Noli ergo, ô homo, te dejicere, per vanitates tuas, luxurias, comeſſationes, &c, & brutis animantibus ſimilem facere, quem Deus tanti fecit. Vnde graviter Apoſtolus; *Non eſtis veſtri; empti enim eſtis pretio magno: Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Et iterum; *Pretio empti eſtis nolite fieri ſervi hominum.* Et Petrus: *In timore*, inquit, *incolatus veſtri tempore converſamini, ſcientes, quòd non corruptibilibus auro vel argento*, &c. ut ſuprà.

Pſal. 143. & ibi. Aug. 1. Cor. 6. 1. Cor. 7. 1. Petri. 1.

Plebi ſuæ, id eſt, electæ, prædeſtinatæ. *Non repulit plebem ſuam quam præſcivit*, id eſt, prædilexit, prædeſtinavit. Et dicebat Angelus ad Ioſeph; *Ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, Nullus electorum peribit, *Numerus ſanctorum*, inquit D. Auguſt.

Rom. 11. Auguſt. de bon. perſe. cap. 18. Matth. 1.

per Dei gratiam Dei regno prædeſtinatus, donatâ ſibi etiã uſque in finem perſeverantiâ, illuc integer perducetur, & illic integerrimus jam ſine fine beatiſſimus ſervabitur.

De cor. & gra. ca. 13. Plebi ſuæ, non quam ſuam invenit, (niſi in prædeſtinatione) ſed quam viſitando & redimendo

Oſeæ 2. ſuam fecit. *Vocabo non plebem meam, plebem meam.* Tunc plebs Domini dicitur, quando eum pro Deo habet, illi credit, illi fidit, illi ſervit, illum diligit: & viciſſim Dominus illam regit, cuſtodit, protegit. Invenitur autem hæc plebs ſub manu diaboli; ſed

Auguſt. Epiſt. 107. Chriſtus *intrat in domum fortis, & eripit vaſa quacunque vult eripere.*

Quiſque ergo redimitur, quando hujus redemptionis fit particeps. *Signati eſtis*, ait Paulus

Epheſ. 4. Epheſiis, *in die redemptionis*, id eſt, baptiſmi, converſionis. Signantur autem, quia fide, ſanctâ converſatione, bonis moribus diſcernuntur ab aliis, qui in infidelitate & malitia relinquuntur. Sed ſi redemit, cur ergo tam multi manent ſub diaboli & peccati captivitate? quia hujus redemptionis participes non ſunt. Opus eſt enim, ut quod ſemel pro omnibus geſtum eſt, cuilibet ſigillatim communicetur: quod fit fide, oratione, ſacramento, &c. quæ ſunt veluti cochlearia vel ſitulæ, quibus ex pleno fonte bibitur, & hauritur.

Erexit cornu ſalutis nobis. In cornu duo ſunt conſideranda; eminet, & firmum eſt. Significatur fortitudo Chriſti, quæ ab omnibus videtur, tanquam in alto poſita. Senſus ergo eſt, quod Chriſtus ſit firmum fundamentum ſalutis. Quem enim Dominus ſanctificare & ſalvare vult, nemo poteſt

Rom. 8. impedire. Hinc Apoſtolus; *Si Deus pro nobis*, volens nos convertere, juſtificare, glorificare; *quis contra*

nos,

Digitized by Google

nos,quis impediet?*Certus ſum,quòd neque mors , neque vita,neque angeli,neque principatus*, &c. *Confidite*, inq. *ego vici mundum*.vicit in ſe , vincit in nobis. Ille eſt qui *facit os in occulto*,inquit Aug. *notum Deo, occultum hominibus mirabantur , homines tam gravia poſſe pati. Os in occulto eſt,firmitas quædam interior,quia in oſſibus firmitas & fortitudo intelligitur. Eſt quædam interior animæ vis vel firmitas quæ non frangitur. Qualibet tormenta , tribulationes , adverſitates hujus ſæculi undique ſæviant,illud quod Deus in occulto fecit firmum,in nobis frangi non poteſt,non cedit;imò hoc os facit Chriſtianum non ſolùm non frangi,ſed & gloriari in tribulationibus.* Ioan. 14. Pſal. 138.& ibi Auguſt.

Et rurſum: *Firmamentum fidei ipſorum frangi non potuit illis ictibus quibus crura fracta ſunt;cuſtodit enim Dominus oſſa eorum,id eſt,firmamēta fidei,ſive patientiā & tolerantiam in omnibus tribulationibus : ipſa ſunt oſſa, quæ non franguntur.Hoc ſignificatū erat in agno Paſchali, de quo dicitur,Os ejus noli frangere;quod impletum quidē in Chriſto,in cruce;ſed promiſit illud & cæteris Chriſtianis,ut in Pſalmo,Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorū*, &c. Contrà de aliis dicitur , *Deus diſſipavit oſſa eorum qui hominibus placent*, id eſt , abſtulit ab eis omnem fortitudinem ad bene operandum ; ſicut enim eriguntur laudibus , ita vituperationibus dejiciuntur. In Pſal. 33. verſu Cuſtodit. Exod. 12. Luc. 23. Ioan. 19. Pſal. 52.

In domo David pueri ſui. 1. Quia Chriſtus eſt ex familia David ; propter promiſſiones ; *De fructu ventris tui,ponam ſuper ſedem tuam* & ſimiles. 2. Domus David Eccleſia eſt , in qua ſola Chriſtus dona ſua beatifica operatur. Hinc ipſe dicitur *fons patens domui David in ablutionem peccatoris*.Et,*Effundā ſuper domum David ſpiritum gratiæ*.In Eccleſia eſt remiſſio peccatorum , & juſtificatio , à diaboli inſidiis protectio , glorioſa denique reſurrectio. Extra eam nihil Pſal. 142. Zachar. 13. Zach. 12.

Digitized by Google

quàm in alia efferveſceret, niſi priùs & aliunde exiſteret, materiamque de qua operaretur, inveniret. Fac animum carere libidine, iracundiâ, & nihil oberit cordis calida & ſicca conſtitutio; ſicuti nihil ſobrio vinum, nihil juſto aurum alienum obeſt.

Hiſce autem vitiis homines etiam ex quo concepti ac nati ſunt, magis minuſve laborant, prout ſe judicium habet vel miſericordia conditoris; qui nonnullis quibus voluerit, quantumque voluerit, parcens, indolem iis meliorem indulget, cæteros deteriores naſci, ſummâ æquitate ſinit. *Cùm*, inquit D. Proſper, *homines mala admittunt, ſuis concupiſcentiis & voluntatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis labe traxerunt.* Pertinent ergo ad peccatum Originale, propter quod ſcriptum eſt; *Nemo mundus à ſorde, nec infans cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Quod peccatum, per quas rimas in animum infantis irrepſerit, ſi cum Iuliano hæretico requiris, Apoſtolus tibi non rimas anguſtas, ſed apertiſſimam demonſtrat januam, cùm ait; *Per unum hominem peccatũ intravit in mundum*, &c. Dicit D. Proſp.

Iob. 31. Sapien. 8. Sent. 14. ad capit. Gall. Iob. 25. Aug. lib. 2. q. Evang. cap. 38. de pec. orig. interpretatur. Rom. 5. In carm. de Provident.

— *Si quid obeſt virtuti, animoſque retardat,*
Non ſuperi pariunt ignes, nec ab æthere manat;
Sed noſtris oritur de cordibus, ipſaque bellum
Libertas movet, & quatimur civilibus armis. Et aliùs:
Qui viret in foliis venit ab radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

MONI-

MONITVM XC.

Filia mea modò defuncta eſt.

Matth. 9.

PRIMÒ notanda eſt ſententia D. Auguſt. *Cùm unicuique mortalium, inquit, ſub quotidianis hujus vitæ caſibus innumerabiles mortes quodammodò comminentur, quamdiu incertum eſt, quænam earum ventura ſit: quæro utrum ſatiùs ſit unam perpeti moriendo, an omnes timere vivendo? Nec ignoro, quàm inertiùs eligatur diu vivere ſub timore tot mortium, quàm ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Debemus igitur & nos animo præmeditari*, ait D. Hieron. *quod aliquando futuri ſumus, & quod, velimus nolimus, abeſſe longiùs non poteſt. Reddēda eſt terræ terra*, inquit Cicero, ex Euripide. Et Phocylides antiquiſſimus ſcriptor; *Ex terra*, ait, *corpus nobis eſt, rurſum in illam ſolvimur, & pulvis ſumus. Capit omnia tellus Quæ genuit.*

De Civit. lib. 1. c. 11. Vide epiſt. 45.

Ad Heliod.

Li. 1. Tuſc. Aug. de Civit. li. 13. cap. 17.

Puella hæc defuncta duodennis erat. Nemo in ætate confidat. *Vita hujus principium, mortis exordium eſt*, inq. Proſp. *& quod ab initij ſui die mortale eſt, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec unquam ei vicinius eſt, poſſe vivere, quàm poſſe deficere.* Et Seneca: *In hoc omnes errore verſamur*, inquit, *ut non putemus ad mortem niſi ſenes vergere, cùm illò infantia ſtatim, & juventa, omniſque ætas ferat.* Dictum Marcellæ apud Hieron. *Iuvenis poteſt citò mori, ſenex diu vivere non poteſt.*

Lib. 2. de voc. gent. cap. 21. 22. De conſol. cap. 20.

In Epitaph. ejus.

Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo, ait Horatius.

In odis.

In rebus humanis nihil certius morte, nihil incertius

hora

Digitized by

Iſidorus. *hora mortis. Non miſeratur inopiam, non reveretur potentiam, non reſpicit morum aut generis excellentiam, non parcit juventuti vel ætati; ſenibus eſt in januis, juvenibus in inſidiis*, inquit Iſidorus.

Sap. 4. Beneficij tamen loco reputatur apud Sapientem citò ex hac vita rapi; *Raptus eſt*, inquit, *ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Et Apoſtolus *mori lucrum* eſſe dicit; quòd is qui moritur, jam ſæculi laqueis ampliùs non teneatur, nec ullis peccatis fiat obnoxius, & exemptus preſſuris angentibus, ad lætitiam ſempiternam Domino vocante proficiſcatur. *Excedunt in pace tutæ cum ſua gloria virgines: pueri periculum lubricæ ætatis evadunt*, inquit D. Cyprian. *Longa vita non ſemper emendat, ſed ſæpè culpam magis auget: Diu autem vivere, & vitam non emendare, eſt pœnam accumulare.* *Quid*, ait D. Nazianz. in oratione funebri fratris ſui Cæſarii, *nos paucis diebus, quibus ſupererimus lucri faciemus, niſi ut plura mala partim videamus, partim patiamur, partim faciamus?* Pulchrè à Menandro dictum eſt, inquit Plutarch. *Quem diligunt Dii juvenis moritur.* Refert Cicero de quadam matre, quæ pietate & obſequio filiorum erga ſe commota, petiit à Deo, ut quod optimum eſſet, illis daret; pietatis præmium mortem donavit, ſomno enim traditi, non ampliùs ſurrexere. Habet ſimile de duobus qui templum Apollini exædificârant, pro quo labore petierunt mercedem à Deo, quod optimum homini dari poſſet; reſpondit ſe poſt ejus diei diem tertium daturum: qui ubi venit, mortui reperti.

Philip. 1.

Cypr. de Mortal.

Kemp. in Soliloq. cap. 6. & de Imitat. li. 1. cap. 23.

In orat. Conſol.

Lib. 1. Tuſcul.

Etiam Sancti mortem deſiderant; *Rogatus D*

Ambroſ

Digitized by Google

Ambroſ.cur cùm audiret ſanctũ aliquẽ obiiſſe,fleret? Non, inquit,quia receſſit, ſed quia præceſſit. Ita ille Epiſcopus apud Poſſidonium, Auguſtino, qui quòd utilis foret adhuc populo, ſuadebat ei, ut commeatum à Deo peteret, ita reſpondit; *Si nunquam, benè; ſi aliquando, quare non modò?* Dixerunt ad Hilarionem latrones quaſi per jocum; Quid faceres ſi latrones ad te venirent? *Nudus, reſpondit, latrones non timet.* Certè,aiunt, occidi potes. *Poſſum, inquit,poſſum. Et ideo latrones non timeo,quia mori paratus ſum.* Cardinalis Polus, cùm ei Rex Angliæ Henricus VIII. Schiſmaticus mortem intentaſſet; *Hoc eſt, inquit, dormire cupienti etiam veſtem ipſam exuere velle. Quid enim eſt mors?* rogat D. Chryſoſt. *nihil aliud quàm veſtimentum exuere. Corpus enim nihil eſt aliud quàm veſtimentum animæ circundatum.* Vnde & S. Auguſt. *Non vis exui veſtem pannoſam? ſtolam gloriæ daturus eſt.*

Poſſido. in vita Aug.c.

Hieron. in vita Hilar.

Sander.de Schiſmate Anglic.

Hom.5.ad pop.

In Pſal.95.

Alius cùm rex idem ei minaretur ſe illum projecturum in mare; *Non dubitavi unquam, inquit, quin tam celeriter ad Deum aquâ perveniatur ac terrâ.* Vndiq; ad ſuperos tantundem eſt viæ. Alius quidam, deficiente paulatim corpore, *gaudere ſe aiebat, parietes carceris paulatim deſtrui, qui animam à Deo ſeparant, quibus fractis eam citò è carcere ad Deum evolaturam.* B. Ignatius Societatis parens; *cùm aliquid morbi ſentiret in corpore,gaudebat,ſperans adeſſe tempus migrandi ad meliora.* Alius quidam de ea Societate, cùm ei diceretur, Medicum de vita deſperare, pararet ſe ad mortem. *Nemo*, inquit, *mihi unquam tam lætum attulit nuntium.* Denique alius moribundus, circunſtantibus dicentibus; Morietur; *Non*,ait,*moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini.*

Idem. Sand. ibidem.

In Vita.

Pſal. 117.

Sancti ergo vitam habent in patientia, mortem in

Lib. 3. ca. 3. in deſiderio, ſcientes vitam ipſis non eripi, ſed in melius mutari. Cauſam reddit D. Gregor. in Dialogis, Cur boni interdum citiùs tollantur? hoc fit

In Epitaph. Nepot. 1. Propter ipſos, *ne ipſi deteriora videant*: Vnde D. Hieron. de Nepotiano optimo Sacerdote, in flore ætatis extincto; *Felix qui hæc non videt, hæc non audit.* &c. 2. *Hoc malitia remanentium meretur*, quibus boni

Paulin. in vita. proſunt. De D. Ambr. moriente dixit Comes Stilico, quòd tanto viro decedente, interitus immineret Italiæ; ideo miſit qui ſuaderent ei, ut ſibi à Domino vivendi peteret commeatum. ita accidit;

Ad Princip. nam illo mortuo Italia Barbarorum furore protrita eſt. Dicit S. Hiero. de Anaſtaſio Pontifice citò

Lib. 3. hiſt. Ang. ca. 14. ſublato, quòd *Roma non meruit diu talem habere Pontificem.* Sic Aidanus Epiſcopus apud Bedam, de Oſuvino Rege humillimo, flens, *Animadverto*, inquit, *citò illum ex hac vita rapiendum. Non enim digna eſt hæc gens talem habere Rectorem.* Cauſam etiam

Lib. 4. Dial. Sap. 24. dat S. Gregor. Cur interdum Sancti durè moriantur: *Eſt*, ait, *occulta quadã eorum culpa, quæ ita debet reſecari.* Sæpè enim videtur nobis aliquod opus eſſe perfectum, ubi artifex, qui opus illud fecit, multa adhuc deeſſe advertit.

Sed de morte hominum quid dicendum, bonáne an mala ſit? D. Proſper breviter reſpondet; *De*

Sent. *prima corporis morte dici poteſt, quod bonis bona ſit, malis mala.* His enim finis eſt ad omnia bona temporalia & tranſitus ad mortem æternam; illis verò finis ad omnia mala temporalia, & tranſitus ad vitam æ-

In Pſal. 148 ternam. *Quære ergo, non unde, ſed qualis exeat qui moritur: Mors enim undecunque pio accidat, bona eſt*, inq. D.

Lib. 9. Conf. cap. 3. Aug. Qui de ſuo Nebridio cum Domino loquens; Quem, inquit, fidelem Catholicum, caſtitate perfectâ,

fectâ, atque continentiâ tibi ſervientem in Africa apud ſuos, cùm tota domus ejus per eum Chriſtiana facta eſſet, carne ſolviſti, & nunc ille vivit in ſinu Abraham. Quicquid illud eſt quod illo ſignificatur ſinu, ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem Domine adoptivus, ex liberto filius, ibi vivit. *Nam quis alius tali animæ locus?* Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Iam non ponit aurem ad os meum, ſed ſpirituale os ad fontem tuum, & bibit quantum poteſt ſapientiam pro aviditate ſua ſine fine felix. *Nec ſic eũ arbitror inebriari ex ea, ut obliviſcatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, noſtri ſis memor.* ita Auguſt.

Sic S. Hieron. poſtquam oſtendiſſet Licinium Bæticum jam defunctum ex vita præterita in variis virtutibus tranſacta regnare cum Chriſto, ita ait ad Theodoram uxorem; *Ille jam ſecurus & victor te aſpicit de excelſo, & favet laborãti & juxta ſe locũ præparat.* Refert etiam de matre ſua Monica Auguſt. quòd paulò ante mortem colloquebatur cũ ſuis *de contemptu hujus vitæ, & bono mortis*: de quo etiam ſcripſit Ambroſ. Ac reprehendens dolorem ſuum & lachrymas in morte matris quod eſſent ex affectu carnali, dicit funus ejus non debuiſſe quæſtibus lachrymoſis gemitibuſque celebrari. *His enim*, inquit, *plerumque ſolet deplorari quædam miſeria morientium, aut quaſi omnimoda extinctio. At illa nec miſerè moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc & documentis morum ejus, & fide non ficta rationibuſque certis tenebamus. Mala mors putanda non eſt quam bona vita præceſſit*, ait idem Auguſt. *Non enim facit malam mortem niſi quod ſequitur mortem. Non itaque multum curandum neceſſariò morituris, quid accidat ut moriantur, ſed moriendo quò ire cogantur.*

Li. 9. ca. 11. 12. 13. Ibidẽ

De Civit. li. 1. Cap. 11. Eſt ſen. 50. D. Proſp.

MONI

diaboli, qui eſt pater omnium corruptorum, qui eos malos & impios ſua ſuggeſtione fecit, eisque venenum impietatis & concupiſcentiæ malæ afflavit. Vnde Chriſtus impiis dicebat; *Vos ex patre diabolo eſtis*; non ſecundum naturam, ſed ſecundum corruptionem, & affectus pravos. Homini enim primo peccatum perſuaſit, peccando corruptus eſt, & non niſi corruptos gignit; ſubjectos, videlicet, ignorantiæ rerum agendarum, & concupiſcentiæ noxiarum: quæ duæ, ut D. Auguſt. ait. cauſæ ſunt omnium peccatorum. *Peccamus enim, quia vel non videmus quid agendum ſit, vel ſi videmus, cupiditate tamen prævalente, non agimus.* Hinc Ioannes; *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* Egredimur ergo & obliviſcimur, quando carnales affectus vel luxuriæ; vel ſuperbiæ, &c. quos ex parentibus traximus, non ſequimur.

Ioan. 8.

Ench. 81.

1. Ioan. 3.

Lib. 9. c. 6. Confeſſ.

Ego (ait D. Aug. de filio ſuo ex fornicatione nato) *in illo præter peccatum, nihil habebam. Tu Domine, bene feceras eum.* Quid à parentibus accepimus, niſi peccatum, quod in nos transfundunt, & omnium malorum eſt fundamentum & radix; ob quod tanta patimur, ac tandem etiam damnamur, niſi ab eo per gratiam Chriſti in baptiſmo liberemur. Elias apud D. Bern. ad parentes ſuos infeſtos ſibi, ita ait; *Quid à vobis habeo, niſi peccatum & miſeriam? Hoc ſolum quod geſto corruptibile corpus de veſtro habere me fateor & agnoſco. Non ſufficit vobis, quòd in hanc ſæculi miſeriam, miſeri, miſerum induxiſtis, quòd in peccato & peccatorem peccatores genuiſtis, quòd in peccato natum de peccato nutriſtis?* &c.

Epiſt. 111.

Dicebat mater Machabæorum filiis ſuis; *Non ego ſpiritum, & animam donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra compegi, ſed mundi creator, qui formavit hominis*

Lib. 2. Mach. ca. 7.

August. Ench. 27. *hominis nativitatem, & omnium invênit originem.* Ille eſt qui dat & format ſemina, animat & ordinat membra, vegetat ſenſus & alimenta donat, &c. Iob. 10. 8. Vnde Iob, *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut coagulũ me coagulaſti? pelle & carnibus veſtiſti me, & plaſmaſti me totum in circuitu.* Gen. 12. Sic dictum eſt Abrahæ, *Egredere de domo tua, & de domo patris tui*, &c. & idem ſignificatum eſt. Deut. 23. Et in Deuter. *Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ, Neſcio vos, hi ſunt qui cuſtodierunt eloquium tuum Domine.* Matth. 23. Et mandat Chriſtus in Evang. *Nolite vobis patrem dicere ſuper terram*, id eſt, corruptionem quam à patre accepiſtis, nolite ſequi. Pater dicitur ab imitatione

Magna autem fuit fides iſtius mulieris, teſtante Domino, 1. Quia humilis, nam canis vocata à Domino, non fuit offenſa, ſed ingenuè ſe canem confeſſa eſt, dicens; *Id Domine*, verum eſt quod dicis. Eſt enim approbantis, non corrigentis. Canis ſum, nec panem peto ut filius, ſed micam ut canis. *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* August. in Pſalm. 58. Gentiles canes erant, 1. Ob immunditiam. 2. Ob idololatriam, quia lapides adorabant, ſicut canes lapides lambunt. 3. Ob latratum contra veritatem. In Pſal. 21. *Qui latrant cæcis oculis, non diſcernentes contra quos, aut pro quibus, canes ſunt*, inquit Auguſtinus. Ioan. 11. Matth. 8. Cant. 2. Filij autem dicuntur Iudæi, & alij, 1. Ob divinam prædeſtinationem; 2. Ob præſentem juſtitiam; 3. Ob communionem Sacramentorum.

Fuit ergo hoc verbum magnæ humilitatis: conſiderabat Chriſti magnitudinem, ſuam vilitatem, & ideò ita ſe humiliabat: *ſuſcepit humiliter convitium, & accepit beneficium; & quod aſſiduo clamore non impetrabat, hoc humili confeſſione promeruit.* Vide Aug. de corr. & grat. cap. 9. Verè diceretur avaro,

Digitized by Google

avaro, lupus es; crudeli, leo es; immundo, porcus es; detractori, ſerpens es; adulatori, ſcorpius es; doloſo, vulpes es; &c. ſed quis ferret? Nónne ſtatim pro uno centum convitia regeret, & fortè etiam ad verbera, & cædes provolabit? In Pſal. 47. In Pſal. 58. De S. Vir. cap. 42

2. Magna fuit fides, quia magnùm myſterium credidit, ut piè opinari poſſumus. Dicendo enim, *Miſerere mei Domine, fili David*, Deum credidit & hominem. Eſt enim Dominus, quia Deus: *Vnus Deus, unus Dominus*; creator, rector, & conſervator omnium, Epheſ. 4. *Eſt filius David*, quia humanam naturam aſſumpſit, ex ſemine David. Rom. 1. 2. Tim. 2. Magna fides, & magni meriti, eum credere eſſe verum Deum, quem in miſeria & ſimilitudine carnis peccati reliquis ſimilem videbat. Quam ſubiit, ut *omnem juſtitiam adimpleret*, & juſti, iuſtè vivendo; & peccatoris, pœnas ſuſtinendo: *ſuſcipiens pro nobis pœnam ſine meritis malis, ut nos ſine meritis bonis conſequeremur gratiā* Matth. 3. Hæc eſt ejus prærogativa, ait D. Auguſt. Quam expreſſit bonus latro, dicens; *Nos quidem juſtè, am digna factis recipimus; hic verò nihil mali geſſit.* Cont. 2. ep. Pelag. lib. 4. cap. 4. Luc. 23.

Aſſumptio autem humanæ naturæ in unitatem ſuppoſiti divini, eſt Dei opus maximum ac mirabiliſſimum: & in quo maximè elucet gratia Dei. 1. Enim gratia Dei in ipſo prævenit omne peccatum; nam *illam humanæ naturæ portionem, quam Filius Dei aſſumpſit; aut aſſumendo, aut aſſumendam purgavit*, inq. S. Aug. Erat enim portio humanæ naturæ corruptæ & damnatæ, & ex ea natus fuiſſet corruptus, niſi Deus eam præveniſſet. Lib. 2. de peccat. mei 6. ca. p 25. 2. Ita eam aſſumpſit in unitatem ſuppoſiti Dei, ut non ſolùm non peccaret, ſed ne peccare quidem poſſet. Quo merito? nullo prorſus, quia eadem eſt natura Iudæ, quæ Chriſti. Nullum meritum, nulla bona voluntas præceſſerat.

De Trinit. lib.13. c.19. Enchir. 36. & 40. De prædeſt. Sanct. c.5. De bono perſev. cap. ult.

Hinc D. Auguſt. *Nulla major gratia, nullum donum majus, quam donatum eſt Chriſto ſecundùm humanam naturam, ut ſcilicet, nullis meritis, nullâ bonâ voluntate præcedente, ab exordio humana natura, ipſe homo Deus eſſet naturaliter, non potens peccare. Ex quo etiam intelligimus, nos per eandem gratiam operatione Spiritus ſancti juſtificari à peccatis per quam gratiam factum eſt, ut homo Chriſtus nullum poſſet admittere peccatum.* Eſt ergo illa Chriſti gratia noſtræ ſanctificationis exemplar.

In Pſal. 58.

Non ſtatim tamen hanc mulierem exaudivit, ex duplici cauſa. 1. Vt oſtenderet aliis magnitudinem fidei ejus, ad exemplum. *Omnia prævidebat, omnia ſciebat*, ait S. Auguſt. *ſed fidem ejus oſtendere volebat, differebat beneficium, & eam ſuſpendit.* Magno ergo noſtro profectu & utilitate differt noſtras orationes exaudire, ut in nobis magis accendatur fervor deſiderii & devotionis, eoque magis inflammemur ad precandum, quò diutiùs differtur quod impensè cupimus, & obtentum multis precibus bonum, pluris faciamus, ac ex eo plus exhilaremur. Ea autem eſt orationis indeſinentis efficacia, quod per talem id tandem impetratur, quod variis etiam juſtiſque rationibus meritò deberet negari; quodque per eam Deus cogitur quodammodo mutare ſemel conceptam ſententiam, ac mirâ ratione is qui eſt fortiſſimus, tamen ab homine ſuperatur. Quemadmodum id in typo monſtratum eſt in lucta Iacob cum Angelo.

Exod. 32. Auh.q. 144. & 149. ſup. Exod. Gent. 32.

2. *Non ſum*, inquit, *miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſraël.* Quomodo oves, ſi perierunt? Oves quia prædeſtinatæ; ad hoc venerat, ut eas de perditione liberaret. Sic dicit: *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere:* loquens

Ioan. 10.

de

de Gentibus nondum converſis, & adhuc idola colentibus, tamen prædeſtinatis ad fidem, juſtitiam, vitam. Ad illas autem non dicitur miſſus, *quia non venerat, ut illis corporale miniſterium impenderet*, inquit D. Aug. Sed illos converſurus erat per ſuos miniſtros, Apoſtolos, & alios. Sic dicit Apoſtolus, *Chriſtum miniſtrum fuiſſe Circumciſionis, ad confirmandas promiſſiones Patrum: Gentes autem debere ſuper miſericordia honorare Deum*, quæ ex occaſione ſalvari debebant, quando, videlicet, Iudæi à ſe verbum Dei repellerent. Vnde ad illos Paulus; *Quoniam repellitis verbũ Dei, ecce convertimur ad Gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus; Poſui te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ.* Et ad Rom. *Illorum delicto, ſalus eſt gentibus, ut illos æmulentur.*

Serm. 41. in Nov.
Rom. 15.
Actor. 13.
Iſaiæ. 46.
Rom. 11.

MONITVM XCII.

Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit, &c.

Luc. 1.

AGIT gratias Zacharias de redemptione generis humani, non quæ per Ioannem fieret, ſed Chriſtum; cujus is erat præcurſor: *Non enim potuit fieri per purum hominem, vel angelum*, ut D. Aug. ait. Ad ordinem ergo redemptionis Ioannes pertinebat; non enim erat venturus Salvator, niſi præmiſſo præcurſore; quo nato, ſciens inſtare adventum redemptoris, gratias agit Deo. Nos benedicimus Deum verbis, ei agendo gratias, nihil ei conferimus. Optimus tamen modus conſervandi & au-

In Pſal. 71.

Matth. 13. gendi beneficia Dei, per gratiarum actionem. *Qui habet*, inquit Chriſtus, id eſt, qui amat, *magnifacit, quod habet, & de eo gratias agit, dabitur ei amplius, imò abundabit.* Hinc omnis noſtra oratio à gratiarum actione debet incipere, inſtruente nos ipſo Chriſto, in oratione quam nobis tradidit. Nam Pater noſter, gratiarum actio eſt, inquit S. Cyprian. quód nos de filiis diaboli, fecerit filios Dei. Dominus nos benedicit, ſed benedicendo, benefacit. *Benedixit nos*, inq. Paulus, *in omni benedictione ſpirituali*, id eſt, replevit gratiis. Sic oramus, *Benedicat nos Deus*, id eſt, benefaciat, *Benedicat tibi Dominus ex Sion. Iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Sic dicitur ager benedictus, qui abundat frugibus.

De orat. Dominic.

Epheſ. 1. Pſal. 69. Pſal. 127. Eſai 61.

Luc. 1. Sed unde agendæ præcipuè gratiæ: oſtendit hoc conſequenter Zacharias, dicens: *Quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Hæc præcipua eſt cauſa gratiarum actionis. Creaſſe, multum eſt; ſed quid prodeſt, ſi pereundum eſt; redemiſſe, multò plus eſt: & quando pretium conſideratur, ſtupet mens. Mirabiliter condidit, mirabiliùs reformavit. *Viſitavit*, ut ægrum medicus, adferens ſecum omnis generis remedia ſalutaria, & efficacia, verba, exempla, Sacramenta, &c. contra omnes morbos, id eſt, peccata hominum. De ligno vitæ dicitur (quod ſpiritualiter Chriſtus eſt) *folia ejus & fructus ſunt ad ſanitatem gentium.* Imò quicquid dixit Chriſtus, quicquid fecit, *quicquid geritur in Eccleſia, ſunt alligamenta vulnerum*, ait D. Auguſt. ut iis homo paulatim ad plenam ſanitatem & firmitatem perveniat. Sed dices; Si viſitavit ut medicus, quomodo non omnes ſanantur? quia medicamenta ab ipſo parata non ſumunt; hæc enim medicina, *ſi non bibitur*, *non*

Apoc. ult. In Pſal. 146.

non medetur, inquit Divus Proſper.

Redemit: Captivi eramus ſub poteſtate diaboli, ſub dominio peccati. Hoc juſtum erat, *A quo enim quis devictus eſt, hujus & ſervus eſt*, ait D. Petrus. Sed quo pretio redemit? *Non corruptilibus auro & argento, ſed pretioſo ſanguine agni quaſi immaculati Chriſti*, inquit S. Petrus. *Si vos viluiſtis ex infirmitate veſtra* ait D. Auguſt. *ex pretio veſtro vos appendite*: eodẽ pretio & proximum appendere debemus, ne eum contemnamus. Sicut ipſe Chriſtus monet: *Videte ne contemnatis unum ex puſillis iſtis; Venit enim Filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.* Et ejus Apoſtolus; *Noli illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* De quo pretio D. Auguſt. in Confeſſ. *Quis refundet ei innocentem ſanguinem? Quis ei reſtituet pretium, quo nos emit ut nos auferat ei?*

Proſp. art. 1. falſo impoſ. Auguſt.
2. Petri. 2.
1. Petri. 1.
In Pſalm. 32. cont. 1.
Matth. 18.
Rom. 14.
1. Cor. 8.
Lib. 9. Confeſ. cap. ult.

Miratur vehementer David dicens; *Quid eſt homo, quod memor es ejus, aut Filius hominis, quia reputas eum? Pretioſum quid eſſe oſtendit, dum unici ſanguinem pro eo fudit*, inquit D. Auguſt. Noli ergo, ô homo, te dejicere, per vanitates tuas, luxurias, comeſſationes, &c, & brutis animantibus ſimilem facere, quem Deus tanti fecit. Vnde graviter Apoſtolus; *Non eſtis veſtri; empti enim eſtis pretio magno: Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Et iterum; *Pretio empti eſtis nolite fieri ſervi hominum.* Et Petrus: *In timore*, inquit, *incolatus veſtri tempore converſamini, ſcientes, quòd non corruptibilibus auro vel argento*, &c. ut ſuprà.

Pſal. 143. & ibi. Aug.
1. Cor. 6.
1. Cor. 7.
1. Petri. 1.

Plebi ſuæ, id eſt, electæ, prædeſtinatæ. *Non repulit plebem ſuam quam præſcivit*, id eſt, prædilexit, prædeſtinavit. Et dicebat Angelus ad Ioſeph; *Ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, Nullus electorum peribit, *Numerus ſanctorum*, inquit D. Auguſt.

Rom. 11.
Auguſt. de bon. perſe. cap. 18.
Matth. 1.

per Dei gratiam Dei regno prædeſtinatus, donatâ ſibi etiã uſque in finem perſeverantiâ, illuc integer perducetur, & illic integerrimus jam ſine fine beatiſſimus ſervabitur. Plebi ſuæ, non quam ſuam invenit, (niſi in prædeſtinatione) ſed quam viſitando & redimendo ſuam fecit. *Vocabo non plebem meam, plebem meam.* Tunc plebs Domini dicitur, quando eum pro Deo habet, illi credit, illi fidit, illi ſervit, illum diligit: & viciſſim Dominus illam regit, cuſtodit, protegit. Invenitur autem hæc plebs ſub manu diaboli; ſed Chriſtus *intrat in domum fortis, & eripit vaſa quæcunque vult eripere.*

De cor. & gra. ca. 13.
Oſeæ 2.
Auguſt. Epiſt. 107.

Quiſque ergo redimitur, quando hujus redemptionis fit particeps. *Signati eſtis*, ait Paulus Epheſiis, *in die redemptionis*, id eſt, baptiſmi, converſionis. Signantur autem, quia fide, ſanctâ converſatione, bonis moribus diſcernuntur ab aliis, qui in infidelitate & malitia relinquuntur. Sed ſi redemit, cur ergo tam multi manent ſub diaboli & peccati captivitate? quia hujus redemptionis participes non ſunt. Opus eſt enim, ut quod ſemel pro omnibus geſtum eſt, cuilibet ſigillatim communicetur: quod fit fide, oratione, ſacramento, &c. quæ ſunt veluti cochlearia vel ſitulæ, quibus ex pleno fonte bibitur, & hauritur.

Epheſ. 4.

Erexit cornu ſalutis nobis. In cornu duo ſunt conſideranda; eminet, & firmum eſt. Significatur fortitudo Chriſti, quæ ab omnibus videtur, tanquam in alto poſita. Senſus ergo eſt, quod Chriſtus ſit firmum fundamentum ſalutis. Quem enim Dominus ſanctificare & ſalvare vult, nemo poteſt impedire. Hinc Apoſtolus; *Si Deus pro nobis*, volens nos convertere, juſtificare, glorificare; *quis contra nos,*

Rom. 8.

nos,quis impediet? *Certus ſum,quòd neque mors , neque*
vita,neque angeli,neque principatus, &c. *Confidite,* inq.
*ego vici mundum.*vicit in ſe , vincit in nobis. Ille eſt Ioan. 14.
qui *facit os in occulto,*inquit Aug. *notum Deo, occultum* Pſal. 138.& ibi Auguſt.
hominibus mirabantur , homines tam gravia poſſe pati.
Os in occulto eſt,firmitas quædam interior,quia in oſſibus
firmitas & fortitudo intelligitur. Eſt quædam interior
animæ vis vel firmitas quæ non frangitur. Quælibet tor-
menta , tribulationes , adverſitates hujus ſæculi undique
ſæviant,illud quod Deus in occulto fecit firmum,in nobis
frangi non poteſt,non cedit;imò hoc os facit Chriſtianum
non ſolùm non frangi,ſed & gloriari in tribulationibus.

Et rurſum : *Firmamentum fidei ipſorum frangi non* In Pſal. 33. verſu Cu-
potuit illis ictibus quibus crura fracta ſunt;cuſtodit enim ſtodit.
Dominus oſſa eorum,id eſt,firmamẽta fidei,ſive patientiã
& tolerantiam in omnibus tribulationibus : ipſa ſunt oſſa,
quæ non franguntur.Hoc ſignificatũ erat in agno Paſchali, Exod. 12.
de quo dicitur,Os ejus noli frangere;quod impletum quidẽ
in Chriſto,in cruce;ſed promiſit illud & cæteris Chriſtia- Luc. 23.
nis,ut in Pſalmo,Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorũ, &c. Ioan. 19. Pſal. 52.
Contrà de aliis dicitur , *Deus diſſipavit oſſa eorum qui*
hominibus placent, id eſt , abſtulit ab eis omnem for-
titudinem ad bene operandum ; ſicut enim eri-
guntur laudibus , ita vituperationibus dejiciuntur.

In domo David pueri ſui. 1. Quia Chriſtus eſt ex
familia David ; propter promiſſiones ; *De fructu* Pſal. 141.
ventris tui,ponam ſuper ſedem tuam & ſimiles. 2. Do-
mus David Eccleſia eſt , in qua ſola Chriſtus dona
ſua beatifica operatur. Hinc ipſe dicitur *fons patens* Zachar. 13.
*domui David in ablutionem peccatoris.*Et,*Effundã ſuper* Zach. 12.
*domum David ſpiritum gratiæ.*In Eccleſia eſt remiſſio
peccatorum , & juſtificatio , à diaboli inſidiis prote-
ctio , glorioſa denique reſurrectio. Extra eam nihil

Digitized by

Aug. de Civit. lib. 2. c. 21. Ench. 65. De patientia cap. 28. De Civit. lib. 16. c. 34. Geneſ. 21. Geneſ. 25. Galat. 4.

horum operatur Spiritus ſanctus. Poſſunt extra eam eſſe, aliqua Dei munera, vera aliqua de Chriſto ſententia, ipſius Chriſti Sacramenta, bona aliqua opera, ſed non juſtitia & ſanctitas vitæ, non peccatorum remiſſio, non ſolida ſpes hæreditatis æternæ. Sicut Abraham filiis concubinarum (per quas hæreſes & ſchiſmata deſignantur (largitus eſt quædam munuſcula: at ſoli filio Saræ, (quæ Eccleſiam noſtram præſignabat) hæreditatem. Imò omnium Prophetarum promiſſiones de juſtitia & vita, ad hanc pertinent.

MONITVM XCIII.

Fornicatores & adulteros judicabit Deus

Hebr. 13.

PRIMÒ agendum de fornicatione ſimplici; quæ ſimplex dicitur, ut ab adulterio diſtinguatur: interdum enim in Scriptura nomen generale eſt, etiam adulterium complectens. Vt ibi; *Quicunque dimiſerit uxorem ſuam exceptâ fornicationis causâ*, &c. (Matth. 5.) Eſt autem fornicatio ſimplex, viri ſoluti cum muliere ſoluta concubitus extra Matrimonium. De qua D. Auguſt. in Confeſ. (Lib. 2. c. 3.) *Licentioſa libido per dedecus humanum, illicita autem per legem divinam.* Etſi autem apud Ethnicos intolerabilis erat licentia amorum, vagarumque libidinum, non defuêre tamen, licet ut queritur etiam Cicero (In Tuſcul.), æquo pauciores, qui modeſtiam, & conjugalem tantùm ſocietatem probarent. Imò inter Chriſtianos non defuerunt qui contra

contra Scripturas, fornicationem, hanc, aut non eſſe peccatum, aut ſaltem non mortiferum, auſi ſunt affirmare,& ſcribere. Apoſt. *Fornicatores*,inquit,*judicabit*,id eſt, condemnabit *Deus*.Et; *Omnis fornicator non habet hæreditatem in regno Dei*.Et; *Fornicatores regnum Dei non poſſidebunt*. Hebr. 1. Epheſ. 5. 1. Cor 6.

Et ſi conſideremus fornicationem vergere in notabile detrimentum prolis, ex concubitu naturaliter oriturae, non erit mirum eam reſcenſeri inter peccata mortalia. Nocet enim proli in educatione, bono valdè notabili. Ad prolis educationem non ſolùm requiritur cura matris, à qua nutriatur, ſed etiam, idque multò magis,cura patris, à quo eſt inſtituenda, defendenda, & in omnibus adjuvanda. Hinc naturaliter in humana ſpecie matribus eſt ſollicitudo de certitudine patris, quia illis incumbit educatio. Tollitur autem certitudo hæc, niſi vir & mulier ſibi mutuò ad convivendum ſint obligati: quæ obligatio ſolùm ex matrimonio oritur. Perit quoque utrique parenti in prolem affectus,& amor, ad commodè eam educandam neceſſarius, dum conſiderat unus parens alterum parentem prolis ſuæ ſibi non adhærere, ſe non juvare, vel poſſe deſerere, cumque placuerit, alteri ſe tradere.

Gravior autem eſt fornicatio, cùm quis ad proſtibula accedit, eò quòd regulariter impediatur non tantùm bona educatio naſcituræ prolis, ſed etiam ne proles naſcatur. Contra qualem fornicationem loquens lex Domini: *Non erit*, inq. *meretrix de filiabus Iſraël,non ſcortator de filiis Iſraël*:prohibens ibi & meretrices eſſe, & ad eas accedere quarum publicè venalis eſt turpitudo. Ac in ſceleris deteſtationem ſubijcitur; *Non offeres mercedem proſtibuli,* Deuter. 23. Aug ſuper Deuter. quæſt. 37.

 nec

nec pretium canis in domo Domini: quia abominatio eſt utrumque apud Dominum Deum tuum. Vbi ſcortatorem carnem videtur appellare; quia ſicut ad unam caniculam plures canes concurrunt turpiter, ita & ad unam meretricem varij ſcortatores.

1. Cor. 6. Apoſt. quoque gravitatem hujus peccati declarans; *Neſcitis*, ait, *quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? &c. Abſit. Non potuit*, inq. S. Auguſt. *gravius dicere, non vehementius deterrere Chriſtianos ab amore fornicationũ, niſi ubi dixit, Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis?* Dicit quidam vir magnus: Videtur hodie in hujus criminis deteſtationem miſiſſe Deus in mundum novam illam lepræ ſpeciem quam morbum gallicum vocamus, unde miſerrimè homo necatur. Nam qui ſe à meretricibus continent, ab eo malo ferè ſunt immunes; qui verò illis adhærent, difficillimè evadunt.

Ser. 40. in Nov.

Heſſel. in Decalog.

Duplici ratione ſcorta vitanda indicat Sapiens: Et, quòd brevis ſit voluptas, & parvi pretij. Et quòd rem pretioſiſſimam nobis eripiat: *Pretium ſcorti*, inquit, *vix eſt unius panis, mulier autem viri pretioſã animã capit. Sicut unus panis, diurnam ſolùm effugat eſuriẽ*, ait Beda, *& nihilominus poſtmodum eſurit, qui comeſto pane ſatur abſceſſerat: ſic qui intrat ad ſcortum, ad horam quidem evaporat libidinem, ſed poſt paululum ardentior redit.* Et D. Hieron. *Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem* (unde ille; *Non emo tanti pœnitere*) *nunquam ſatiatur, & extincta reaccenditur, uſu creſcit & deficit; nec rationi paret, quæ impetu ducitur.* Multi Pamphilo ſimiles ſunt, cui cùm diceret pater; *Vxor tibi ducenda eſt hodie: para, abi domum:* quòd magis vago & fornicario concubitu delectabatur, conjugijque vincula

Prov. 6. & ibi. V. Beda

In epiſt. ad Geront.

Terent. in Andr.

Digitized by Google

vincula vehementer oderat; *Id mihi viſus eſt dicere*, inquit, *Abi citò, & ſuſpende te.* Lib.2.de Ordine. 4.

Permittuntur tamen meretrices, ne fiant graviora. Vnde S.Auguſt. *Aufer meretrices de rebus humanis, & omnia turbaveris libidinibus.* Et Solon Philoſophus ut ab adulteriis cohiberetur juventus, coëmptas meretriculas Athenis præſtituit primus, ne matronarum contagio polluerentur. Humanæ leges quibus populi reguntur, minoribus malefactis, ne majora committerentur, dedêre licentiam; & ea tamen quæ impunita relinquunt, juſtiſſimè divinâ providentiâ puniuntur. De Friſiis ſcribit Pius II. quòd non admittebant Sacerdotem ſine conjuge, ne aliena polluerent cubilia, quod continere putarent pænè eſſe impoſſibile ac ſupra naturam. In deſcript.Europæ. Cap. 35.

Coram Virginibus & Monialibus iſta omittantur.

Triplex autem eſt adulterium; Primum cùm conjugatus vir commiſcetur uxori alterius, quod eſt graviſſimum. Secundum, cùm vir ſolutus miſcetur uxori alterius. Tertium, cùm mulier ſoluta miſcetur marito alterius. Secundum gravius tertio: eò quòd longè magis impediatur bonum prolis & natura violatur, ſi una mulier duobus viris, quàm ſi vir unus duabus mulieribus miſceatur. Cum enim adultera tum adultero, tum marito ſe miſcet, aut fit ut non naſcatur proles, aut nata, eſt patris incerti; vel ſi certò ſciatur ex adultero naſci, impedit tamen adultera bonum legitimæ prolis, & cogitur maritus, infelix curruca, prolem à petulante coccyge ſuppoſitam, educare pro ſua, & defraudare hæreditate atque laboribus proles ſuas. Deinde, *Occultâ lege naturæ*, ait D. Auguſt. *amant ſingularitatem quæ principiantur: plura autem uni rectè ſubjiciuntur.* Nihilo- De bono conjug. ca. 17. De nup. lib. 1. cap. 9.

minus ex ea parte graviùs peccat vir adulter, quàm
1.Cor. 11. Epheſ. 5. mulier adultera; quia fortior eſt, magiſque ratione
viget: caput quoque mulieris eſt, eique proinde
caſtitatis exemplum præbere debet.

Quàm autem grave ſit adulterium, multis modis
Eccleſ. 23. in Script. deſcribitur, Sic Eccleſiaſticus: *Dedecus erit omnibus, mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matriomnio. primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit; & ſecundò, virum ſuũ dereliquit: tertiò, in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi.* Quorum primum, ſcilicet, quòd legi Altiſſimi inobediens ſit adulter, commune eſt omnibus ſceleribus. Quod quantum malum ſit, intelligitur, ſi cogitetur pulchritudo juſtitiæ, honeſtatis, legiſque divinæ, quæ contemnitur, & immenſitas divinæ Majeſtatis, quæ offenditur. Secundum quod adulterio proprium eſt, quod conjugem derelinquit. Peccatur enim per adulterium ſive viri, ſive mulieris, in conjugem, & fides ei debita violatur.
De bono conjug. cap. 4. *Cui fidei tantum tribuit Apoſtolus*, ait D. Auguſt. *ut eam poteſtatem appellet, dicens; Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter autem & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Hujus autem fidei violatio dicitur adulterium, cùm vel propriæ libidinis inſtinctu, vel alienæ conſenſu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concumbitur: atque ita frangitur fides, quæ in rebus etiam corporeis & abjectis magnum animi bonum eſt, & ideo eam ſaluti quoque corporali, quâ etiam vita iſta continetur, certum eſt debere præponi.*

Conjuncti ſunt conjuges tanquam ſocii vitæ, qui ſibi mutuo in omnibus neceſſitatibus ſummo amore ſuccurrant. Hoc bonum amicæ ſocietatis & pacis totum per adulterium diſſolvitur. Vnde Iob de

Digitized by Google

de eo dicit: *Ignis eſt uſque ad perditionem devorans & omnia eradicans genimina.* Et apud Sapientem, exiguum peccatum reputatur furtum præ adulterio: Quia videlicet læſus conjux reconcialiari non vult. *Non grandis eſt culpa,* inquit, *cùm quis furatus fuerit; furatur enim ut eſurientem impleat animam; deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam; turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquã precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima.* Iob. 31. Prov. 6.

Non autem tantum valet, inquit Auguſt. *quod ait Apoſtolus, Vir ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed mulier; ut permittẽte uxore, quæ maritalis corporis habet poteſtatem, poſſit vir cum altera quæ ſoluta eſt concumbere; alioqui & fœmina permittente viro lenone, hoc facere poterit quod omnium ſenſus excludit. Sicut enim nemo eſt dominus corporis ſui, ut ſe occidere vel mutilare poßit: ita nõ eſt dominus corporis conjugis ſuæ, ut hoc alteri cõcedere poſſit.* Turpis ergo lex Lycurgi quæ permittit ut aliquis paſciſcatur cum marito de ejus conjuge. Fœda etiam erat conſuetudo quarundum nationum quæ faciebãt, quod Cato dicitur feciſſe Romanis *ut traderet unius uxorem, etiã alterius domum filiis impleturam,* ut ait S. Aug. de bono conjug. Sed quid fœdius quam ſententia Socratis teſtimonio Delphici dæmonis omnino ſapientiſſimi, quid ab omni ratione alienius? qua dicit, *Vxorem propriam nullus habeat: matrimonia enim cunctis debent eſſe communia.* Quare omnes viri omnium mulierum fiant mariti, omnes fœminæ virorum omnium uxores, ut eſt apud Salvianum de Provident. Dei. 1. Cor. 7. Lib. 1. de ſerm. Dom. in mont. cap. 29. Aug. li. 1. c. 19. Retract. Cap. 18. Lib. 8.

Dicit

Dicit Sapiens, *Qui tenet adulteram*, impœnitentem videlicet, & perſeverantem in crimine, *ſtultus & inſipiens eſt*. Et dicit Conc. Arelat *talem reum eſſe, & ejus peccati participem*. De matre ſua ſcribit Aug. quòd *ita tolerabat cubilis injurias ut nullam hac de re cum marito unquam haberet ſimultatẽ Expectabat autem miſericordiã Domini ſuper eũ ut in illũ credens caſtificaretur. Erat verò ille ſicut benevolentia præcipuus, ita ira fervidus.*

Vide par. 2. Monit. 10.

Lib. 9. ca. 9. confeſſ.

Tertium, quod etiam adulterio proprium eſt, quod adultera ex alio viro ſtatuit ſibi liberos, hoc eſt, quòd adulterium fit nocumentum prolis, ut ſuprà oſtendimus. Similiter cùm conjugatus vir mulieri ſolutæ commiſcetur, proles naſcitur miſerrima, utpote quæ non habeat, ſicut natura requirit, patrem & matrem matrimonio conjunctos, ad ſui educationem. Imò patrem habet, cujus cor, & cura, ab hac prole & ejus matre, ad legitimas proles & earum matrem diſtrahi debet. Gravitas hujus delicti ex pœnis intelligitur. Pœna futuri ſæculi eſt æterna damnatio. Vnde Paulus: *Adulteros judicabit*, id eſt condemnabit *Deus*. Et; *Adulteri regnum Dei nõ poſſidebunt*. Pœna temporalis in veteri teſtamento erat mors. Etiam apud Romanos, & apud diverſas nationes, diverſæ erant pœnæ: cremabantur, exſecabantur, virilibus ſuſpendebantur, decollabantur, aſino vecti circumducebantur per compita, naſo privabantur, omnibus honoribus & dignatibus exuebantur, nec ad eas aditum habebant, &c.

Lib, 5. Decret. tit. de adult. ca. 29.

Adulterij pœna.

Heb. 13. 1. Cor. 6. Malach. 3. Deut. 22. Vide Alex. ab Alex. Gen. dier. Lib. 4. & Peret. in Danielem.

Iuſt. lib. 41.

Parthi, inquit Iuſtinus Hiſtor. *etſi uxores, dulcedine variæ libidinis, ſinguli plures habent, nulla tamen delicta gravius adulterio puniunt. Quamobrem fœminis non convivia tantum virorum, verùm etiam conſpectum interdicunt.* Macrinus Imperator adulteros junctis corporibus

ribus vivos ſimul incendi juſſit, ut refert Iulius Capitel. Narrat etiam S. Chryſoſt. de quodam Rege qui uxorem adulterii ſuſpectam habens, nudam in montibus alligavit ac feris tradidit, facta ſibi multorum Regum matre. Sic & Minutia Virgo veſtalis propter ſuſpicionem ſtupri viva defoſſa eſt, *injuſta ut reor pœna*, inq. Hieron. *niſi grande crimen putaretur læſa Virginitas*. Exiſtimabant Romani non minus divina cubilia polluta punienda quàm humana, ut Auguſt. de Civit. Dei. Quàm magnum ſit Elephanti odium in eos, qui cum alienis uxoribus ſtuprum faciunt, vide Ælianum de varia hiſtor. In Macrino Hom. 66. ad pop. Lib. 1. in Iovinia. Lib. 3. ca. 5. Lib. 11. c. 15.

MONITVM XCIV.

Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.

Matth. 11.

MVLTI Iudæi ſcandalizabantur in humilitate diſpenſationis Chriſti; quia enim noverant ejus educationem humilem ac ſimplicem, noverant ejus parentes modicos & pauperes, itemque cognatos viles & abjectos ſecundùm ſæculum homines; hinc minorem de eo quàm debebant, habebant exiſtimationem, donaque Dei, quæ in eo cernebant, viliùs quàm par erat, pendebant, quaſi in homine tam ſecundùm ſæculum abjecto, nil magni ac præclari poſſet exiſtere: ideoque tales, ut Nazereni, indigni erant, apud quos beneficia Matth. 13. Marc. 6. Lucæ 4.

ficia ac miracula Deus oſtenderet, imò digni qui ſi habebant, perderent.

Qui Chriſtum oculo fideli aſpiciunt, quicquid tandem in eo fuit, pulchrum ac decorum judicant, quia nimiâ erga homines charitate ac miſericordiâ ſuſcepiſſe conſiderant. Dicit de Chriſto Propheta; *Speciosſus forma præ filiis hominum.* Vbi non pulcher eſt Chriſtus Dominus? *Pulcher in utero, pulcher in præſepio, pulcher in manibus parentũ, pulcher in miſeriis, pulcher in flagellis, pulcher in ligno, pulcher in ſepulchro. Vbiq; ſpecioſus forma præ filiis hominũ Chriſtus Dominus, & ſi aliquid fœdi invenerimus in eo, non amemus eum, quia & hoc ipſum quòd carnem indutus eſt, quòd flagellatus, quòd crucifixus, &c. ſi conſideres miſericordiam, quâ factus eſt talis, etiam ibi pulcher eſt.*

P. 4. Mon. 4.
Pſalm. 44.
Auguſt. in eund. Pſal.

Quid ergo dicit Propheta, *Vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem?* Iudæorum perſonam gerebat, qui eum oculo infidelitatis aſpiciebant: intelligentibus autem & credentibus infirmitas & crux Chriſti magna pulchritudo eſt. Sequitur enim apud Iſaiam. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra; diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus.* Non ergo alienet hæc deformitas animas Chriſtianas ab amore ſponſi ſpiritualis, *quia reverà pulchritudo fuit; aut ſi deformitatem judicas, cogita tamen quòd ex hac deformitate redemptoris tui, manavit pretium decoris tui, ſed decoris interioris. Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinſecus.* Vnde magis in ejus amorem accendi debes.

Iſaiæ. 53.
Aug. bon. viduit. c. 19.
Pſalm. 44.

Quis decor animæ Chriſtianæ, niſi charitas, humilitas,

militas, caſtitas, manſuetudo; &c. Et unde iſta habentur? *Haurietis aquas in gaudio*, id eſt, gratias ſpiritales, *de fontibus Salvatoris*, id eſt, vulneribus Chriſti, ait Propheta, Vnde & Apoſtolus; *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Parum eſt ut non inde erubeſcas*, ait D. Auguſt. *niſi etiam & glorieris.* Chriſtus enim tanquam verus Noë, amore nimio inebriatus, denudatus eſt, & in carnis miſeria ac infirmitate conſpectus; à maledicto quidem filio irriſus, ſed ab aliis honoratus. Et tanquam verus David nudatus, & ante arcam ex devotione humilians ſe, deriſus quidem tanquam ſcurra à ſterili Michol, id eſt, Synagoga; ſed ab Eccleſia gentilium ob idipſum honoratus.

Iſaiæ 26. Gal. 6. Aug. ibidē. De Civit. lib. 16. ca. 2. Cont. Fauſt. lib. 12. c. 23. Gen. 9. 2. Reg. 6. Matth. 16.

Hinc ita commendatur fides Petri, qui non obſtante infirmitate carnis, profeſſus eſt, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et Chriſtus, omnibus: *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt, non propterea minorem de me habet opinionem, quia me miſerum & infirmum videt, in vulneribus & doloribus crucis: quia ego mortalis factus ſum, ut tu fieres immortalis; ego miſer, ut tu beatus; ego deformis, ut tu formoſus: ego pauper ut tu dives; ego infirmus ut tu fortis; ego vilis ut tu glorioſus. Et ob id, ob quod ab aliis contemnor, tu me magis honorare & amare debes.

Matth. 11.

Dona ergo Dei ubicunque & apud quemcunque inventa fuerint, honoranda, ac magni facienda ſunt; *Gratuita enim ſunt Dei munera*, ait D. Proſp. Et, *Dominus quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit*, inquit S. Ambroſ. Et; *Cujus vult miſeretur, & dona ſua diſtribuit cui voluerit*, ait D. Auguſt. Non attendendo propria hominum merita, quæ non ſunt niſi mala, non nobilitatem, genus, potentiam,

De vocat. gent. lib. 1. cap. 17. Apud. Aug. de bon. per. ſeu cap. 19. Auguſt. ad Simplician. quæſt. 2.

1. Cor. 1. ſapientiam,&c. *Imò contemptibilia mundi elegit Deus*,
Iacob. 2. pauperes in hoc ſæculo de ſtercore erexit, & col-
Pſalm. 112. locavit eos cum Principibus populi ſui; ut confun-
deret ſapientes, potentes, divites: oſtenderetque do-
1. Cor. 1. na ſua eſſe gratuita.

Quàm viles & abjecti fuerint ſecundùm ſæculum ſancti Dei homines & amici in veteri teſtamento, quibus gratiæ ſuæ munera liberaliſſimè
Hebr. 11. contulerat, declarat Apoſtolus ad Hebr. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ.* unde à reprobis contemnebantur, deridebantur. Sic in novo teſtamento, arietes gregis
1. Cor. 4. Domini, columnæ Eccleſiæ, ſi perſonas conſideres,
Sap. 5. viles fuerunt & abjecti, piſcatores, &c. *Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema*, ait Paulus de ſe, & aliis Apoſtolis. Vnde dicunt impii in judicio; *Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum; nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore.* Contempti ergo & deriſi ab impiis, ſed ab aliis honorati, qui Deum in ipſis, Deique dona penitiùs conſiderabant.

Dicitur de viro habitaturo in tabernaculo Do-
Pſalm. 14. mini; *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus*; Sive rex ſit, ſive princeps, ſive nobilis, dives, &c. quid enim ſunt iſta omnia niſi fumus, umbra, va-
Vide par. 4. mon. 15. nitas, ventus, ſomnium? *Timentes autem Dominum glorificat*, qualeſcunque tandem ſint, viles & abje-
In vita Gregorii Turonenſ. cti, &c. quia dona Dei in eis; & ſic ipſum Deum honorat. Admirabatur D. Gregor. Magnus tantam gratiam in S. Greg. Turonenſi (qui ſtatura brevis erat) cœlitus fluxiſſe. Quod ille divinitus ſentiens, ab oratione ſurgens, placido vultu ad Papam reſpiciens;

Digitized by Google

ſpiciens; *Dominus*, inquit, *fecit nos, & non ipſi nos, idem in parvis, qui in magnis.* Quod ſentiens Papa ſuæ cogitationi reſponſum, amplius eum veneratus eſt. De Petro, Ioan. & Iacobo dicit Paulus; *Cùm cognoviſſent gratiam quæ data eſt mihi, dextras mihi dederunt.* Galat. 2.
Non attenderunt quod fuiſſet perſecutor, blaſphemus, contumelioſus, &c. ſed Dei gratiam in ipſo.

Refert D. Greg. Magnus de Conſtantio. Valdè opinio ſanctitatis ejus excreverat, & multi hunc ex diverſis provincijs anxiè videre ſitiebant. Quadam verò die ex lonquiquo loco ad videndum eum quidam ruſticus venit. Eâdem verò horâ caſu contigerat ut ſanctus vir ſtans in ligneis gradibus, reficiendis ſerviret lampadibus. Erat autem puſillus valdè, exili formâ atque deſpectâ. Cumque is qui ad videndum eum venerat, quiſnam eſſet, inquireret, atque obnixè peteret, ut ſibi debuiſſet oſtendi: hi qui illum noverant, monſtrarunt quis eſſet. Sed ſicut ſtultæ mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur; eum parvulum atque deſpectum videns, ipſum hunc eſſe cœpit omninò non credere. In mente etenim ruſtica, inter hoc quod audierat & videbat, quaſi facta fuerat quædam rixa: & exiſtimabat tam brevem per viſionem eſſe non poſſe, quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cumque ipſum eum eſſe à pluribus fuiſſet aſſertum, deſpexit & cœpit irridere, dicens; *Ego grandem hominem credidi: iſte autem de homine nihil habet.* Quod ut vir Dei Conſtantius audivit, lampades quas reficiebat, protinus relinquens, lætus concitus deſcendit, atque in ejuſdem ruſtici amplexus ruit: eumque ex amore nimio conſtrin-

Lib. 1. Dialog. cap. 5.

Mon. 15. par. 4.

gere brachiis cœpit & oſculari: magnaſque gratias agere, quód is de ſe talia judicaſſet, dicens; *Tu ſolus es, qui in me apertos oculos habuiſti.*

2. Cor. 4. *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*, inq. Apoſt.
In Pſal. 44. *Non avertat*, ait D. Aug. *oculos veſtros à ſplendore pul-*
In Pſal. 32. *chritudinis carnis infirmitas. Summa & vera pulchritudo*
Conc. 1. *juſtitia eſt. Habet juſtitia formam ſuam. Oculos quærit, accendit amatores ſuos: pro hac martyres ſæculum calcãtes, ſanguinem fuderunt. Quid amabant, quando iſtis omnibus renuntiabant? non enim illi non erant amatores, aut hoc vobis dicimus, ut non ametis. Qui non amat, friguit, obriguit. Ametur, ſed illa pulchritudo, quæ cordis oculos quærit ametur, ſed illa pulchritudo, quæ laudatur, juſtitia accendit animos, juſtitia accenſi promũt verba, edũt voces, undique dicunt, benè, optimè. Quid viderunt? In quo pulcher eſt curvus, ſenex? Nõ enim ſi procedat ſenex juſtus, eſt aliquid in ejus corpore quod ametur; & tamẽ amatur ab omnibus: ibi amatur, ubi non videtur; ibi amatur, ubi corde videtur.*

MONITVM XCV.

Verbum caro factum eſt.

Ioan. 1.

EX his verbis ſumptum eſt vocabulum Incarnationis in Eccleſia Dei valdè uſitatum: & per Synecdochen caro pro homine ponitur, pars pro toto, quod in Scripturis non eſt infrequens, ſicut
Enchir. 34. oſtendit Aug. in Enchir. Non ergo dicitur Verbum incarnatum, quia incluſum carni, aut carni copu-
Epiſt. 28. latum, quemodo apud Aug. dicitur *Incarnatio animarum*, multòque minùs incarnatum dicitur, quia

verbum

verſum in carnem; ſed quia *Verbum caro factum eſt*, id eſt, homo, ſervatâ utriuſque proprietate naturæ. Vnde plus Complectitur verbum Incarnationis, quàm Vnionis, aut commixtionis; quibus etiam vocibus uſi ſunt hac in re veteres. Nam animam unitam carni, aut commixtam rectè dixerimus, non autem incarnatam hoc ſenſu, id eſt, carnem factam. Non enim anima homo aut caro facta eſt, ſed ex anima & carne unus homo conflatus eſt.

Cæterùm vocabulum, Vnionis, Eraſmus quodam loco tanquam impium & Scholaſticum repudiat, non attendens graviſſimos authores hoc frequenter uſurpaſſe. Vt D. Leo; *Natura*, inq. *inviolabilis, natura unita eſt paſſibili*. Conc. Calcedon. dicit *naturalem unionem*: aliique hunc in locum complures. Vocabulum autem Commixtionis duriuſculum videtur, quamquam hoc reperias apud Irenæum de hæreſibus, ubi dicit *Filium hominis commixtum Verbo*. Et Aug. ad Voluſianum, dixit *eum commixtum homini*. D. Leo, de Nativit. *Nec ſic*, inq. *creatura in ſocietatē ſui creatoris aſſumpta eſt, ut ille habitator, & illa habitaculū eſſet; ſed ita ut natura alteri altera miſceretur*. Item D. Hilar. de Trinitate, dicit *in Chriſto ſocietatem admixtionis Verbi cum carne*. Sed rectè hîc Auguſtinus monet debere hîc *auditorem recedere à conſuetudine corporum, quâ ſolent duo liquores ita commiſceri, ut neuter ſervet integritatem ſuam. Quanquam*, inquit, *& in ipſis corporibus lux incorrupta miſceatur*. Itaque juxta hanc Divi Auguſt. admonitionem, cum hoc admixtionis verbum auditur vel legitur, non ad aliquorum commixtionem eſt reſpiciendum, ſed ad eam magis, quâ lux aërem penetrans, ei permiſcetur. Bene proinde D. Cyril. negat *naturam*

Serm. 1. de Nat.

Lib. 3. c. 12.

Epiſt. 3.

Serm. 1.

Lib. 2.

In lib. qui dicitur Goliath.

Digitized by Google

minus ex ea parte graviùs peccat vir adulter, quàm
1.Cor. 11. Epheſ. 5. mulier adultera; quia fortior eſt, magiſque ratione viget: caput quoque mulieris eſt, eique proinde caſtitatis exemplum præbere debet.

Quàm autem grave ſit adulterium, multis modis
Eccleſ. 23. in Script. deſcribitur, Sic Eccleſiaſticus: *Dedecus erit omnibus, mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matriomnio. primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit; & ſecundò, virum ſuũ dereliquit: tertiò, in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi.* Quorum primum, ſcilicet, quòd legi Altiſſimi inobediens ſit adulter, commune eſt omnibus ſceleribus. Quod quantum malum ſit, intelligitur, ſi cogitetur pulchritudo juſtitiæ, honeſtatis, legiſque divinæ, quæ contemnitur, & immenſitas divinæ Majeſtatis, quæ offenditur. Secundum quod adulterio proprium eſt, quod conjugem derelinquit. Peccatur enim per adulterium ſive viri, ſive mulieris, in conjugem, & fides ei debita violatur.
De bono conjug. cap. 4. *Cui fidei tantum tribuit Apoſtolus*, ait D. Auguſt. *ut eam poteſtatem appellet, dicens; Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter autem & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Hujus autem fidei violatio dicitur adulterium, cùm vel propriæ libidinis inſtinctu, vel alienæ conſenſu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concumbitur: atque ita frangitur fides, quæ in rebus etiam corporeis & abjectis magnum animi bonum eſt, & ideo eam ſaluti quoque corporali, quâ etiam vita iſta continetur, certum eſt debere præponi.*

Conjuncti ſunt conjuges tanquam ſocii vitæ, qui ſibi mutuo in omnibus neceſſitatibus ſummo amore ſuccurrant. Hoc bonum amicæ ſocietatis & pacis totum per adulterium diſſolvitur. Vnde Iob de

Digitized by Google

de eo dicit: *Ignis eſt uſque ad perditionem devorans & omnia eradicans genimina.* Et apud Sapientem, exiguum peccatum reputatur furtum præ adulterio: Quia videlicet læſus conjux reconcialiari non vult. *Non grandis eſt culpa,* inquit, *cùm quis furatus fuerit; furatur enim ut eſurientem impleat animam; deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam; turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquã precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima.* Iob. 31. Prov. 6.

Non autem tantum valet, inquit Auguſt. *quod ait Apoſtolus, Vir ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed mulier; ut permittẽte uxore, quæ maritalis corporis habet poteſtatem, poſſit vir cum altera quæ ſoluta eſt concumbere; alioqui & fœmina permittente viro lenone, hoc facere poterit quod omnium ſenſus excludit. Sicut enim nemo eſt dominus corporis ſui, ut ſe occidere vel mutilare poßit: ita nõ eſt dominus corporis conjugis ſuæ, ut hoc alteri cõcedere poſſit.* Turpis ergo lex Lycurgi quæ permittit ut aliquis paſciſcatur cum marito de ejus conjuge. Fœda etiam erat conſuetudo quarundum nationum quæ faciebãt, quod Cato dicitur feciſſe Romanis *ut traderet unius uxorem, etiã alterius domum filiis impleturam*, ut ait S. Aug. de bono conjug. Sed quid fœdius quam ſententia Socratis teſtimonio Delphici dæmonis omnino ſapientiſſimi, quid ab omni ratione alienius? qua dicit, *Vxorem propriam nullus habeat: matrimonia enim cunctis debent eſſe communia.* Quare omnes viri omnium mulierum fiant mariti, omnes fœminæ virorum omnium uxores, ut eſt apud Salvianum de Provident. Dei. 1. Cor. 7. Lib. 1. de ſerm. Dom. in mont. cap. 29. Aug. li. 1. c. 19. Retract. Cap. 18. Lib. 8.

Dicit

Dicit Sapiens, *Qui tenet adulteram*, impœnitentem videlicet, & perſeverantem in crimine, *ſtultus & inſipiens eſt*. Et dicit Conc. Arelat *talem reum eſſe, & ejus peccati participem*. De matre ſua ſcribit Aug. quòd *ita tolerabat cubilis injurias ut nullam hac de re cum marito unquam haberet ſimultatē Expectabat autem miſericordiā Domini ſuper eū ut in illū credens caſtificaretur. Erat verò ille ſicut benevolentia præcipuus, ita ira fervidus.*

Vide par. 2. Monit. 10.

Lib. 9. ca. 9. confeſſ.

Lib, 5. Decret. tit. de adult. ca. 29.

Tertium, quod etiam adulterio proprium eſt, quod adultera ex alio viro ſtatuit ſibi liberos, hoc eſt, quòd adulterium ſit nocumentum prolis, ut ſuprà oſtendimus. Similiter cùm conjugatus vir mulieri ſolutæ commiſcetur, proles naſcitur miſerrima, utpote quæ non habeat, ſicut natura requirit, patrem & matrem matrimonio conjunctos, ad ſui educationem. Imò patrem habet, cujus cor, & cura, ab hac prole & ejus matre, ad legitimas proles & earum matrem diſtrahi debet. Gravitas hujus delicti ex pœnis intelligitur. Pœna futuri ſæculi eſt æterna damnatio. Vnde Paulus: *Adulteros judicabit*, id eſt condemnabit *Deus*. Et; *Adulteri regnum Dei nō pŏßidebunt*. Pœna temporalis in veteri teſtamento erat mors. Etiam apud Romanos, & apud diverſas nationes, diverſæ erant pœnæ: cremabantur, exſecabantur, virilibus ſuſpendebantur, decollabantur, aſino vecti circumducebantur per compita, naſo privabantur, omnibus honoribus & dignatibus exuebantur, nec ad eas aditum habebant, &c.

Adulterij pœna. Heb. 13. 1. Cor. 6. Malach. 3. Deut. 22. Vide Alex. ab Alex. Gen. dier. Lib. 4. & Peret. in Danielem.

Iuſt. lib. 41.

Parthi, inquit Iuſtinus Hiſtor. *etſi uxores, dulcedine variæ libidinis, ſinguli plures habent, nulla tamen delicta graviùs adulterio puniunt. Quamobrem fœminis non convivia tantum virorum, verùm etiam conſpectum interdicunt.* Macrinus Imperator adulteros junctis corporibus

ribus vivos ſimul incendi juſſit, ut refert Iulius Capitel. Narrat etiam S. Chryſoſt. de quodam Rege qui uxorem adulterii ſuſpectam habens, nudam in montibus alligavit ac feris tradidit, facta ſibi multorum Regum matre. Sic & Minutia Virgo veſtalis propter ſuſpicionem ſtupri viva defoſſa eſt, *injuſta ut reor pœna*, inq. Hieron. *niſi grande crimen putaretur læſa Virginitas.* Exiſtimabant Romani non minus divina cubilia polluta punienda quàm humana, ut Auguſt. de Civit. Dei. Quàm magnum ſit Elephanti odium in eos, qui cum alienis uxoribus ſtuprum faciunt, vide Ælianum de varia hiſtor.

In Macrino

Hom. 66. ad pop.

Lib. 1. in Iovinia.

Lib. 3. ca. 5.

Lib. 11. c. 15.

MONITVM XCIV.

Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.

Matth. 11.

MVLTI Iudæi ſcandalizabantur in humilitate diſpenſationis Chriſti; quia enim noverant ejus educationem humilem ac ſimplicem, noverant ejus parentes modicos & pauperes, itemque cognatos viles & abjectos ſecundùm ſæculum homines; hinc minorem de eo quàm debebant, habebant exiſtimationem, donaque Dei, quæ in eo cernebant, viliùs quàm par erat, pendebant, quaſi in homine tam ſecundùm ſæculum abjecto, nil magni ac præclari poſſet exiſtere: ideoque tales, ut Nazereni, indigni erant, apud quos bene-

Matth. 13. Marc. 6.

Lucæ 4.

ficia

ficia ac miracula Deus oſtenderet, imò digni qui ſi habebant, perderent.

Qui Chriſtum oculo fideli aſpiciunt, quicquid tandem in eo fuit, pulchrum ac decorum judicant, quia nimiâ erga homines charitate ac miſericordiâ ſuſcepiſſe conſiderant. Dicit de Chriſto Propheta; *Speciosus forma præ filiis hominum.* Vbi non pulcher eſt Chriſtus Dominus? *Pulcher in utero, pulcher in præſepio, pulcher in manibus parentũ, pulcher in miſeriis, pulcher in flagellis, pulcher in ligno, pulcher in ſepulchro. Vbiq; ſpecioſus forma præ filiis hominũ Chriſtus Dominus, & ſi aliquid fœdi invenerimus in eo, non amemus eum, quia & hoc ipſum quòd carnem indutus eſt, quòd flagellatus, quòd crucifixus, &c. ſi conſideres miſericordiam, quâ factus eſt talis, etiam ibi pulcher eſt.*

P.4.Mon.4.
Pſalm.44.
Auguſt. in eund. Pſal.

Quid ergo dicit Propheta, *Vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem?* Iudæorum perſonam gerebat, qui eum oculo infidelitatis aſpiciebant: intelligentibus autem & credentibus infirmitas & crux Chriſti magna pulchritudo eſt. Sequitur enim apud Iſaiam. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra; diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus.* Non ergo alienet hæc deformitas animas Chriſtianas ab amore ſponſi ſpiritualis, *quia reverà pulchritudo fuit; aut ſi deformitatem judicas, cogita tamen quòd ex hac deformitate redemptoris tui, manavit pretium decoris tui, ſed decoris interioris. Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinſecus.* Vnde magis in ejus amorem accendi debes.

Iſaiæ. 53.
Aug. bon. viduit. c. 19.
Pſalm. 44.

Quis decor animæ Chriſtianæ, niſi charitas, humilitas,

militas , caſtitas , manſuetudo ; &c. Et unde iſta habentur ? *Haurietis aquas in gaudio*, id eſt, gratias ſpiritales, *de fontibus Salvatoris*, id eſt, vulneribus Chriſti, ait Propheta, Vnde & Apoſtolus; *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Parum eſt ut non inde erubeſcas*, ait D. Auguſt. *niſi etiam & glorieris.* Chriſtus enim tanquam verus Noë, amore nimio inebriatus, denudatus eſt, & in carnis miſeria ac infirmitate conſpectus; à maledicto quidem filio irriſus, ſed ab aliis honoratus. Et tanquam verus David nudatus, & ante arcam ex devotione humilians ſe, deriſus quidem tanquam ſcurra à ſterili Michol, id eſt, Synagoga; ſed ab Eccleſia gentilium ob idipſum honoratus.

Iſaiæ 26.
Gal. 6.
Aug. ibidē.
De Civit. lib. 16. ca. 2.
Cont. Fauſt. lib. 12. c. 23.
Gen. 1c.
2. Reg. 6.
Matth. 16.

Hinc ita commendatur fides Petri, qui non obſtante infirmitate carnis, profeſſus eſt, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et Chriſtus, omnibus: *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt, non propterea minorem de me habet opinionem, quia me miſerum & infirmum videt, in vulneribus & doloribus crucis: quia ego mortalis factus ſum, ut tu fieres immortalis; ego miſer, ut tu beatus; ego deformis, ut tu formoſus: ego pauper ut tu dives; ego infirmus ut tu fortis; ego vilis ut tu glorioſus. Et ob id, ob quod ab aliis contemnor, tu me magis honorare & amare debes.

Matth. 11.

Dona ergo Dei ubicunque & apud quemcunque inventa fuerint, honoranda, ac magni facienda ſunt; *Gratuita enim ſunt Dei munera*, ait D. Proſp. Et, *Dominus quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit*, inquit S. Ambroſ. Et; *Cujus vult miſeretur, & dona ſua diſtribuit cui voluerit*, ait D. Auguſt. Non attendendo propria hominum merita, quæ non ſunt niſi mala, non nobilitatem, genus, potentiam,

De vocat. gent. lib. 1. cap. 17.
Apud. Aug. de bon. per. ſeu cap. 19.
Auguſt. ad Simplician. quæſt. 2.

1. Cor. 1. ſapientiam,&c. *Imò contemptibilia mundi elegit Deus*,
Iacob. 2. pauperes in hoc ſæculo de ſtercore erexit, & col-
Pſalm. 112. locavit eos cum Principibus populi ſui; ut confun-
deret ſapientes, potentes, divites: oſtenderetque do-
1. Cor. 1. na ſua eſſe gratuita.

Quàm viles & abjecti fuerint ſecundùm ſæculum ſancti Dei homines & amici in veteri teſtamento, quibus gratiæ ſuæ munera liberaliſſimè
Hebr. 11. contulerat, declarat Apoſtolus ad Hebr. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ.* unde à reprobis contemnebantur, deridebantur. Sic in novo teſtamento, arietes gregis
1. Cor. 4. Domini, columnæ Eccleſiæ, ſi perſonas conſideres,
Sap. 5. viles fuerunt & abjecti, piſcatores, &c. *Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema*, ait Paulus de ſe, & aliis Apoſtolis. Vnde dicunt impii in judicio; *Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum; nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore.* Contempti ergo & deriſi ab impiis, ſed ab aliis honorati, qui Deum in ipſis, Deique dona penitiùs conſiderabant.

Dicitur de viro habitaturo in tabernaculo Do-
Pſalm. 14. mini; *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus*; Sive rex ſit, ſive princeps, ſive nobilis, dives, &c. quid enim ſunt iſta omnia niſi fumus, umbra, va-
Vide par. 4. nitas, ventus, ſomnium? *Timentes autem Dominum*
mon. 15. *glorificat*, qualeſcunque tandem ſint, viles & abje-
In vita Gregorii Turonenſ. cti, &c. quia dona Dei in eis; & ſic ipſum Deum honorat. Admirabatur D. Gregor. Magnus tantam gratiam in S. Greg. Turonenſi (qui ſtatura brevis erat) cœlitus fluxiſſe. Quod ille divinitus ſentiens, ab oratione ſurgens, placido vultu ad Papam reſpiciens;

ſpiciens; *Dominus*, inquit, *fecit nos, & non ipſi nos, idem in parvis, qui in magnis.* Quod ſentiens Papa ſuæ cogitationi reſponſum, amplius eum veneratus eſt. De Petro, Ioan. & Iacobo dicit Paulus; *Cùm cognoviſſent gratiam qua data eſt mihi, dextras mihi dederunt.* Non attenderunt quod fuiſſet perſecutor, blaſphemus, contumelioſus, &c. ſed Dei gratiam in ipſo. Galat. 2.

Refert D. Greg. Magnus de Conſtantio. Valdè opinio ſanctitatis ejus excreverat, & multi hunc ex diverſis provincijs anxiè videre ſitiebant. Quadam verò die ex lonquiquo loco ad videndum eum quidam ruſticus venit. Eâdem verò horâ caſu contigerat ut ſanctus vir ſtans in ligneis gradibus, reficiendis ſerviret lampadibus. Erat autem puſillus valdè, exili formâ atque deſpectâ. Cumque is qui ad videndum eum venerat, quiſnam eſſet, inquireret, atque obnixè peteret, ut ſibi debuiſſet oſtendi: hi qui illum noverant, monſtrarunt quis eſſet. Sed ſicut ſtultæ mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur; eum parvulum atque deſpectum videns, ipſum hunc eſſe cœpit omninò non credere. In mente etenim ruſtica, inter hoc quod audierat & videbat, quaſi facta fuerat quædam rixa: & exiſtimabat tam brevem per viſionem eſſe non poſſe, quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cumque ipſum eum eſſe à pluribus fuiſſet aſſertum, deſpexit & cœpit irridere, dicens; *Ego grandem hominem credidi: iſte autem de homine nihil habet.* Quod ut vir Dei Conſtantius audivit, lampades quas reficiebat, protinus relinquens, lætus concitus deſcendit, atque in ejuſdem ruſtici amplexus ruit: eumque ex amore nimio conſtrin-

Lib. 1. Dialog. cap. 5.

Mon. 15. par. 4.

gere brachiis cœpit & oſculari : magnaſque gratias agere, quód is de ſe talia judicaſſet, dicens ; *Tu ſolus es, qui in me apertos oculos habuiſti.*

2. Cor. 4. *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*, inq. Apoſt.
In Pſal. 44 *Non avertat*, ait D. Aug. *oculos veſtros à ſplendore pul-*
In Pſal. 32. Conc. 1. *chritudinis carnis infirmitas. Summa & vera pulchritudo juſtitia eſt. Habet juſtitia formam ſuam. Oculos quærit, accendit amatores ſuos: pro hac martyres ſæculum calcãtes, ſanguinem fuderunt. Quid amabant, quando iſtis omnibus renuntiabant? non enim illi non erant amatores, aut hoc vobis dicimus, ut non ametis. Qui non amat, friguit, obriguit. Ametur, ſed illa pulchritudo, quæ cordis oculos quærit ametur, ſed illa pulchritudo, quæ laudatur, juſtitia accendit animos, juſtitia accenſi promũt verba, edũt voces, undique dicunt, benè, optimè. Quid viderunt? In quo pulcher eſt curvus, ſenex? Nõ enim ſi procedat ſenex juſtus, eſt aliquid in ejus corpore quod ametur; & tamẽ amatur ab omnibus: ibi amatur, ubi non videtur; ibi amatur, ubi corde videtur.*

MONITVM XCV.

Verbum caro factum eſt.

Ioan. 1.

EX his verbis ſumptum eſt vocabulum Incarnationis in Eccleſia Dei valdè uſitatum : & per Synecdochen caro pro homine ponitur, pars pro toto, quod in Scripturis non eſt infrequens, ſicut
Enchir. 34. oſtendit Aug. in Enchir. Non ergo dicitur Verbum incarnatum, quia incluſum carni, aut carni copu-
Epiſt. 28. latum, quomodo apud Aug. dicitur *Incarnatio animarum*, multòque minùs incarnatum dicitur, quia verſum

verſum in carnem; ſed quia *Verbum caro factum eſt*, id eſt, homo, ſervatâ utriuſque proprietate naturæ. Vnde plus Complectitur verbum Incarnationis, quàm Vnionis, aut commixtionis; quibus etiam vocibus uſi ſunt hac in re veteres. Nam animam unitam carni, aut commixtam rectè dixerimus, non autem incarnatam hoc ſenſu, id eſt, carnem factam. Non enim anima homo aut caro facta eſt, ſed ex anima & carne unus homo conflatus eſt.

Cæterùm vocabulum, Vnionis, Eraſmus quodam loco tanquam impium & Scholaſticum repudiat, non attendens graviſſimos authores hoc frequenter uſurpaſſe. Vt D. Leo; *Natura*, inq. *inviolabilis, natura unita eſt paſſibili.* Conc. Calcedon. dicit *naturalem unionem:* aliique hunc in locum complures. Vocabulum autem Commixtionis duriuſculum videtur, quamquam hoc reperias apud Irenæum de hæreſibus, ubi dicit *Filium hominis commixtum Verbo*. Et Aug. ad Voluſianum, dixit *eum commixtum homini*. D. Leo, de Nativit. *Nec ſic*, inq. *creatura in ſocietatē ſui creatoris aſſumpta eſt, ut ille habitator, & illa habitaculū eſſet; ſed ita ut natura alteri altera miſceretur*. Item D. Hilar. de Trinitate, dicit *in Chriſto ſocietatem admixtionis Verbi cum carne.* Sed rectè hîc Auguſtinus monet debere hîc *auditorem recedere à conſuetudine corporum, quâ ſolent duo liquores ita commiſceri, ut neuter ſervet integritatem ſuam. Quanquam*, inquit, *& in ipſis corporibus lux incorrupta miſceatur*. Itaque juxta hanc Divi Auguſt. admonitionem, cum hoc admixtionis verbum auditur vel legitur, non ad aliquorum commixtionem eſt reſpiciendum, ſed ad eam magis, quâ lux aërem penetrans, ei permiſcetur. Bene proinde D. Cyril. negat *natu-*

Serm. 1. de Nat.

Lib. 3. c. 12.

Epiſt. 3.

Serm. 1.

Lib. 2.

In lib. qui dicitur Goliath.

Digitized by Google

ram divinam in humanitate perpeſſam commixtionem, ut eſſet quod non erat; qui locus citatur à Leone. Epiſt. 97.

Propter ipſam incarnationem dicitur miſſus ad nos Dei Filius (quemadmodum D. Leo ſignificat;) *Hanc miſſionem*, inq. *quâ Deus unitus eſt homini*. Nihil igitur aliud eſt Verbi miſſio, quàm ejus incarnatio, quâ homo factus eſt. Quanam autem ratione fieri potuerit, ut Deus eſſet homo, ſufficit annotaſſe, quod ſcribit D. Aug. *Si ratio quæritur, non erit mirabile. Si exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deũ aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe. In talibus tota ratio facti, eſt omnipotentia facientis.* Idem tamen Auguſt. cum iis agens, quibus iſta naturarum conjunctio impoſſibilis eſſe videbatur, conatur eam credibilem reddere, ex conjunctione animæ cum corpore. Neque alio commodiori exemplo uti potuit adverſus Philoſophos gentiles, eos præſertim, qui id animæ humanæ tribuebant, ut eam fieri poſſe dicerent conſubſtantialem illi paternæ menti.

Serm. 5. de Nat.

Epiſt. 3.

Sunt qui & alias adhibent ſimilitudines, ſive de ſubjecto, & accidente, ſive de inſitione, ut D. Thomas. Vt enim truncus aliquis ramos habens ex ſe enatos, alios accipit per inſitionem, fitque alienorum ramorum truncus, qui priùs erat ſuorum: ita divina hypoſtaſis priùs habens divinam naturam, in eaque exiſtens ab æterno, habere etiam per unionem, tanquam per inſitionem cœpit naturam humanam, factaque eſt perſona Deitatis, etiam perſona humanitatis, ut Deus homo, idque naturarum inter ſe junctarum proprietatibus conſervatis, ſicut duorum ramorum propriæ qualitates integræ perſeverant. Atque iſta quidem infirmis mentibus & ſenſibus aſſuetis,

3. par. q. 2. art. 9.

aſſuetis, aliquanto adminiculo ſunt ad divina capienda, ſed quantâ diſtantiâ procul ſint ab ijs ad quas illuſtrandas aſſumuntur, quis non videt?

Cùm autem duarum naturarum unio, bifariam concipi poſſit, aut in unam naturam aut in vnam perſonam, ſciendum eſt, priorem omninò impoſſibilem fuiſſe. Neque enim ex natura divina & humana, potuit una aliqua conflari ſubſtantia: poſteriorem verò neque impoſſibilem per rerum naturam, & factam eſſe credi oportere, quoniam ad hoc natura humana divinæ copulata eſt naturæ, ut una in ambabus perſona ſubſiſteret, quæ ratione unius, Deus; ratione alterius, homo eſſet. Idcirco. S. Aug. *Homo*, inquit, *Deus, quia per unitatem perſonæ, acceſſit Verbo anima rationalis & caro.* Ench. c. 35.

Infidelibus autem hominibus incredibile videbatur, ut qui excederet univerſa ſuâ magnitudine, is in re minima contineretur, & ad quem pertineret rerum maximarum cura, ad parva ſe tranferret. Quibus reſpondit D. Aug. ad Voluſian. *Non id habere doctrinam Chriſtianam, ut ita ſit Deus infuſus carni humanæ ut curam gubernandæ Vniverſitatis vel deſeruerit vel amiſerit, vel ad illud corpuſculum quaſi contractum tranſtulerit: hominum enim eſt ille ſenſus, nil niſi corpus valentiū cogitare. Deus autē non mole, ſed virtute magnus eſt, unde magnitudo virtutis ejus; nullus in anguſto ſētit anguſtias.* Epiſt. 3.

Si verò quiſpiam dixerit in hac duarum naturarum commixtione, ſequi ut de eodem pugnantia dicantur; imò verò etiam contradicentia, videlicet, mortale, immortale; corporeum, incorporeum; creatum, increatum; immenſum, comprehenſum; finitum & infinitum: Reſpondebitur imprimis, non eſſe iſta contradicentia: oppoſita autem quædam poſſunt dici

de eodem ſimpliciter ſecundùm aliud, atque aliud; ſimpliciter non poſſunt, quia inſunt ſecundùm partes non ſecundùm naturas totas. Quo etiam fit, ut mortalis & immortalis, unus idemque homo ſimpliciter dici non poſſit; de Chriſto autem talia dici potuerunt, quod illi competerent, ſecundùm naturas totas & integras.

De fide Cont. Arian. cap. 8.

Dicit D. Ambroſ. quòd Filius Dei patribus veteris teſtamenti viſus eſt in forma humani corporis, quo ſcilicet poſtremis temporibus in homine venturus eſſe demonſtraretur. Etſi alia ſententia eſt omnes apparitiones veteris teſtamenti mediantibus angelis factas eſſe. Cum Ambroſio ſentiunt Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Cyrillus. Et tametſi dicatur, Angelus Domini deſcendit, &c. non tamen ſemper neceſſe eſt, intelligere naturam angelicam, cùm & ipſe Chriſtus propriiſſimè dicatur *magni conſilii Angelus.*

D. Thom. 3. part. q. 12. art. 1. ad 1.

MONITVM XCVI.

Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei.

Apoc. 3.

Heſſ. de Invoc. Sanct.

Conantur hæretici ſanctam Eccleſiam ſcindere & Sanctorum communionem velut diſrumpere. Ait enim Calvinus: *Dum mortuos à noſtro contubernio ſubduxit Dominus, nullum nobis cum illis reliquit commercium, ac ne illis quidem nobiſcum, quantum aſſequi licet conjecturis.* Quæ enim major diruptio

Inſtit. c. 15. par. 18.

ptio Eccleſiæ eſſe poteſt, quam eam quæ in terris peregrinatur, ſeparare ab ea quæ cum ſponſo ſuo, ſupernè ſecura jam vivit? (ſicut Abraham, Iſaac, Iacob, Lazarus;) hîc militantem à regnante cum Christo: homines fideles à ſocietate Angelorum ſanctorum; uſque adeò ut nec miſeri felicibus ſeſe jam commendare queant?

Credamus juxta Apoſtolicum Symbolum, *Eccleſiam eſſe ſanctorum communionem.* Non dubitemus quin ad eam pertineant angeli ſancti, dicente Apoſtolo, *Acceſiſtis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Ieruſalem cæleſtem, & multorũ millium angelorum frequentiã, & Eccleſiam primitivorum, qui cõſcripti ſunt in cælis, & judicem omnium Deum, & ſpiritus juſtorum perfectorum, & teſtamenti novi Mediatorem Ieſum.* Non ambigamus eos quoque membra eſſe Chriſti, qui peregrinantur à corpore, & præſentes ſunt ad Dominum. Et proinde magna cùm fiducia ab eis membrorum officium, ut pro nobis orent, poſcamus, more omnium ſanctorum Patrum, qui nos præceſſerunt ad Dominum; ſurdiſque auribus ad Calvini, cæterorumque hæreticorum blaſphemias prætereamus. Hebr. 12.

Audiamus D. Auguſtinum piè vereque dicentem: *Hoc bonum* (Deo videlicet adhærere) *quibus commune eſt, habent, & cum illo cui adhærent, & inter ſe ſanctam ſocietatem, & ſunt una civitas Dei, eademq; vivũ ſacrificium ejus, vivumq; templum ejus. Cujus pars conjungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur, & nunc mortaliter peregrinatur in terris: vel in eis qui morte obierunt, ſecretis animarũ receptaculis ſedibuſq; requieſcit.* Rurſum: *Regnaverunt cum Ieſu mille annis* (animæ ſcilicet martyrum) *nondum ſibi* De Civit. lib. 20. ca. 9. Ibidem.

 corporibus

corporibus ſuis redditis. Neque enim piorũ animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communione corporis Chriſti: nec aliquid prodeſſet ad ejus in periculis baptiſmũ currere, ne ſine illo finiatur hæc vita; nec ad reconciliationẽ ſi fortè per pœnitentiam malàmve conſcientiam quiſquã ab eodem corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiunt iſta, niſi quia fideles etiam defuncti mẽbra ejus ſunt. Quamvis ergo cum ſuis corporibus nondum ſunt, jam tamen eorum animæ regnant cum illo, dum iſti mille anni decurrunt. Vnde in hoc eodem (Apocalypſis)
Apoc. 14. *libro & alibi legitur; Beati mortui qui in Domino moriũtur. Amodò jam etiam dicit ſpiritus, ut reſquieſcãt à laboribus ſuis: nam opera eorum ſequuntur illos. Regnant itaque cum Chriſto nunc primùm Eccleſia in vivis &*
Rom. 14. *mortuis. Propterea enim ſicut dicit Apoſtolus, Mortuus eſt Chriſtus, ut & vivorum & mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodò Martyrum animas commemoravit, quia ipſi præcipuè regnant mortui, qui uſque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed à parte totum, etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti.* Hæc. Aug.

Ipſa quoque beneficia quæ vivis præſtant Martyres glorioſi attendamus. Equidem ſatis convincunt eſſe falſum, quod affirmat Calvinus, nullum eis no-
Apoc. 3. biſcum eſſe commercium. Scriptura denique aliud docet, dicens; *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Tantùm quippe de iis hoc dicit, qui uſque in finem vitæ
Ibd. perſeveraverunt; ſicut antè præmittit, *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Quomodo enim ſancti poſt hanc vitam columnæ ſunt in templo, niſi quia precibus ſuis ac meritis poſteros fideles ſuſtentant? ſicut à Domino eis promiſſum

Digitized by Google

eſt in Decalogo; *Faciam*, inquit, *miſericordiam in multa millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.* Deut. 5.

Sed contra concordem Patrum atque adeò ipſius Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſum objiciunt: Sanctorum animæ cum Chriſto agentes non noverunt preces noſtras: ergo non ſunt invocandæ. Antecedens tametſi falſum eſſe conſtet ex eodem conſenſu Patrum & Eccleſiæ; tamen etiam ex Scripturis rectè deduci poteſt: Sanctorum animas noſſe preces ad ſe directas. Ex iis enim conſtat eas ſuper homines hîc viventes jam accepiſſe poteſtatem, præfecturam & regimen. Quæ enim niſi ridicula eſt præfectura, poteſtas, aut regimen ejus, qui ſubditos ſuos, eorumq; negotia non noverit. Apoc. 2. Sic autem ſcriptum eſt in Apoc. *Qui vicerit, & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo.* Hîc Chriſtus pollicetur vincenti falſam doctrinam, & perſeveranti in bono ad finem vitæ uſque, poteſtatem ſuper gentes, quâ eas regat in virga ferrea, & velut fictilia vaſa confringat: qualē poteſtatem ſe dicit accepiſſe à Patre ſuo. Quia verò Chriſtus Pſalmum 2. allegat, ad eum recurramus, videamuſque quænam ſit illa poteſtas. *Poſtula* (ait Pater ad Filium) *à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Pſalm. 2.

En, hîc dicitur Chriſtus, dono Patris gentes ſuam hæreditatem, & poſſeſſionem: ſive peculium, paſturus, hoc eſt, (ut rectè annotavit S. Hilarius) paſtoraliter recturus in virga ferrea, vel ſtabili ſceptro, & eorum impietatem velut vas fictile In eundem locum. Pſalm. 2.

 confra

Digitized by

Apoc. 12. confracturus. Hoc & Apoc. 12. reperit Ioan. verba 2. Pſalmi cum verbis Danielis in prima viſione de Chriſto prophetantis, conjungens; ut videlicet, idem intelligamus eſſe illud; *Recturus erat omnes gentes*, &c. cum eo quod habet Daniel: *Omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient.* Cap. 19. Apoc. eadem verba ejuſdem Pſal. conjunguntur cum verbis Iſaiæ ex cap. 63. deſumptis: Vt illud regimen gentium intelligatur, quod Chriſtus, dæmonibus ſuperatis, & extinctis impiis, per ſuum ſanguinẽ in gentibus obtinet.

Daniel. 7.
Apoc. 19.

Cùm ergo & ſanctis vincentibus profunditates Satanæ malæque doctrinæ, & perſeverantibus in Chriſti doctrina & pietate, tale regimen ſit promiſſum, idq; tunc concedendum, quando gentes paſtoraliter regi poſſunt, & eorum pravitas confringi, ante reſurrectionem nimirum & extremum judicium: cùm item eis ſit promiſſum, quòd *in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebũt ſuper ſedes judicantes duodecim tribus Iſraël:* Deniq; quòd *Angelos & hunc mundum judicabunt*; mirum ſi nulla eſt eis jam cum Chriſto in cœlum agentibus poteſtas, judicio miſericordiæ, nunc eos judicandi, qui ad Chiſtianam regulam, vitam ſuam inſtituere cupiunt; cùm poteſtas eorum ſit (juxta verbum Chriſti) ſimilis poteſtati ipſius Chriſti Salvatoris, qui longè pronior eſt in judicium miſericordiæ, quàm juſtitiæ.

Matth. 19.
1. Cor. 9.

Adde (quod in Scripturis exercitati norunt) quòd jam animæ à corpore ſeparatæ, tempore hoc intermedio, mercedem à judice Deo, recipiant; quemadmodum ipſe totus homo in die judicii pro meritis ſuis eſt recepturus. Hinc anima immiſericordis epulonis, *jam in flamma cruciatur*; tunc verò ipſe

Luc. 16.

Digitized by Google

ipſe totus in ignem mittetur. Nunc animæ ſancto-
rum requieſcunt, quia *eorum opera ſequuntur illos*; Apoc. 14.
tunc autem totus homo erit in requiem. Nunc
animæ ſanctorum corpore ſolutæ præſentes ſunt
ad Dominum, *& per fidem non amplius ambulant, ſed* 2. Cor. 5.
per ſpeciem, & regnant cum Chriſto mille annis; tunc au- 1. Cor. 3.
tem totus homo videbit eum, & regnabit. Tunc qui
invenientur *ædificaſſe ligna, fœnum, ſtipulam, ſuper fun-
damentum Chriſtum, ſalvi erunt, detrimentum tamen paſ-
ſuri per ignem*; nunc animæ eorum ſimile detrimen-
tum patiuntur. Igitur cùm ſimiliter promittatur
ſanctis in extremo judicio poteſtas judiciaria & re-
gimen, quodque ſuper omnia bona Domini con-
ſtituentur; conſequens eſt, ut & nunc eam habeant,
& exerceant aliquouſque eorum animæ.

Vnde rectè Ambroſ. *Civitates*, inquit, *decem eæ quæ* Lib. 8. in
poſſunt eſſe, niſi fortè animæ, quibus jure præponitur, qui pe- Luc. ca. vit.
*cuniam, & illa eloquia caſta, probata ſicut argentum, men-
tibus hominum fœneravit? Nam ſicut Ieruſalem dicitur* Pſal. 121.
*ædificata ſicut civitas, ita ſũt animæ pacificæ. Et ſicut angeli
præſunt, ita & hi qui vitã meruerũt Angelorum.* Et Are-
thas: *His*, inq. *qui ob ſimplicitatem ſunt expertes pugnæ, ſa-
tis erit obſervatio præceptorũ, ut mihi placeãt: ei verò qui* In eadem
ex pugna & lucta præmiũ retulerit, dabo ad triumphũ vi- verba
ctoriæ, poteſtatem ſuper gentes. Sive, quemadmodũ ait Do- Apocal.
*minus in Evang. illi qui minas, & talẽta rectè diſpenſave-
rat, Præſis decem civitatibus, & alii, quinque civitatibus.
Quendam enim principatum ac poteſtatem hæc ſignificant* Luc. 19.
ſãctis datã ſuper infirmiores, & eos quibus dirigi opus eſt. Pſal. 44.
*Ideo quoque ſcriptum eſt, Virga directionis, virga regni tui.
Solet enim quod dictum eſt, per virgam directionis, de-
ſignari velut indicando, quod punitivam correctionem
non inducat, ſed quæ emendet.*

Ad hæc

Adhæc in præfatione Miſſæ de Apoſtolis (quam reperit Gelaſius inter antiquas Miſſæ præfationes) confitemur ſanctorum animas etiam jam regimen in homines habere. Sic enim ibi dicimus: *Aequum & ſalutare, te Domine ſuppliciter exorare, ut gregem tuũ Paſtor æterne nõ deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos cõtinuâ pietate cuſtodias. ut eiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem cõtuliſti Paſtores.* Divus quoque Leo; *Nec abeſt*, ait, *ut cõfido, ab hoc cœtu etiam beatiſſ. Apoſtoli Petri pia dignatio, & fida dilectio: nec veſtrã devotionẽ ille deſeruit, cujus nos reverẽtia cõgregavit. De veſtro quoque & ipſe gaudet affectu, & in conſortibus honoris ſui obſervantiam Dominicæ conſtitutionis amplectitur, probans ordinatiſſimam totius Eccleſiæ caritatẽ, quæ in Petri ſede Petrum ſuſcipit, & à tanti amore Paſtoris nec in perſona tã imparis tepeſcit hæredis.* Item; *Petrus*, inquit, *nunc plenius & potentiùs, ea quæ ſibi commiſſa ſunt, peragit, & omnes partes curarum atque officiorum, in ipſo per quẽ eſt glorificatus, exequitur. Si quid igitur rectè à nobis agitur, recteq; diſcernitur; ſi quid à miſericordia Dei quotidianis ſupplicationibus obtinetur, illius eſt operum atque meritorũ, cujus in ſede ſua vivit poteſtas, & excellit autoritas.* Ruſum: *Quamvis*, inq. *in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique paſtores, omnes tamen propriè regit Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.*

Et infrà; *Si quid etiam noſtris temporibus rectè per nos agitur, recteq; diſponitur, illius operibus, illius ſit gubernaculis deputandũ, cui dictum eſt; Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos: & cui poſt reſurrectionem ſuam Dominus ad trinã æterni amoris profeſſionẽ, myſticâ inſinuatione ter dixit; Paſce oves meas. Quod nunc quoque procul dubio facit, & mandatum Domini pius paſtor exequitur, confirmans nos cohortationibus ſuis, & pro nobis orare non ceſſans,*

De Conſec. dict. 1. cap. Invenimus.

Ser. 1. de anniverſ. ſui Pontif.

Ser. 2.

Ser. 2.

Luc. 22.

Ioan. ult.

Digitized by Google

ceſſans, ut nullâ tentatione ſuperaremur. Si autẽ hanc pietatis ſuæ curam omni populo Dei ſicut credendum eſt, ubiq; prætendit, quantò magis nobis alumnis ſuis opem ſuam dignatur impẽdere, apud quos in ſacro beatæ dormitionis toro, eadem quâ præſedit carne, requieſcit? Denique idẽ alibi: *Sicut nos experti ſumus, & noſtri probavêre majores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adjuvandos, ut quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apoſtolicis meritis erigamur, per Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum.* Ser. de Petro & Paulo.

Ecce expertus erat Leo, quam curam Romanorum gererẽt Apoſtoli, quando ipſe ſupplex Atthilæ regi Hunnorum factus, placavit barbarum, non tam oratione, quàm per læva dextraque ſibi aſtantes Petrum & Paulum, minantes Atthilæ mortem, niſi dictis Pontificis paruiſſet; ut ipſemet Atthila ſuis poſteà retulit, teſte Eutropio. Idipſum, experti ſunt etiam Gentiles Romani (quam nimirum curam ad ſe confugientium gererent Apoſtoli & Martyres) dum in ea memorabili Vrbis per Gothos & Alaricum Regem everſione, illis omnibus pepercerunt crudeles barbari, qui ad loca Martyrum, & Baſilicas Apoſtolorum ſe contulerant, ut narrat D. Aug. Ad eundem modum Felix Confeſſor, ſuis Nolanis, cùm à barbaris Nola oppugnaretur, non ſolùm beneficiis, quæ multa eis conferebat, ſed etiam conſpectui eorum ſe objiciens, veluti defenſor eorundem & propugnator, adſtitit. Aug. de Civit. Dei lib. 1. ca. 1. De cura pro mort. cap. 16.

Similiter Maximus Epiſcopus Taurinenſis, de Martyribus Tauricis loquens, *Cùm omnium*, inquit, *ſanctorum Martyrum devotiſſimè natalem celebrare debemus, tum præcipuè eorum qui in noſtris domiciliis propriũ ſanguinem*

ſanguinem fuderunt. Nam licet univerſi ubique ſint, & omnibus proſint, ſpecialiter tamē illi pro nobis interveniūt qui & ſupplicia pro nobis pertulerunt. Et paulò poſt; *Cùm martyres devotiſſimè percolendi ſint, ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus. Illi enim orationibus nos adjuvāt, iſti etiam adjuvāt paſſione. Cum his autem nobis familiaritas eſt: ſemper enim nobiſcum ſunt, nobiſcum morantur, hoc eſt, & in corpore nos vivētes cuſtodiūt, & de corpore recedētes excipiūt; hic, ne peccatorū labes non aſſumat; ibi, ne inferni horror invadat,* &c.

Hom. 20. Sic & S. Baſil. de 40. Martyrib. *Hi ſunt*, inq. *qui noſtram obtinentes regionem, quaſi quædam turres contra adverſariorum incurſum, refugium exhibent. Nec in uno loco ſe clauſerunt, ſed in multis locis hoſpitio recepti, multorum patrias ornaverunt*, &c. Sic Chryſ. in epiſt. ad Rom. hom. 32. Apoſtol. Petri & Pauli ſepulchris Vrbem eſſe munitam dicit: *Hoc corpus*, videlicet Pauli, *plebem hanc munit quod quavis turri, innumeriſque mœnibus ac vallis eſt tutius, & cum iſto corpus etiam Petri*, &c. Quod

Lib. 3. Carm. & Fortunatus ſic carmine expreſſit.

A facie hoſtili duo propugnacula præſunt,
Quos fidei turres Vrbs caput orbis habet.
Hi radiant oculi pretioſi in Corpore Chriſti
Lumine qui proprio cætera membra regant:

Hoc expertus D. Greg. rogans Ruſtitianam patritiam ut Romam veniret: *Si gladios Italiæ & bella formidatis ſollicitè debetis aſpicere, quāta B. Petri Apoſtolorū princi-*

Lib. 7. ep. 3. *pis, in hac urbe protectio eſt, in qua ſine magnitudine populi, ſine adjutoriis militum tot annos inter gladios illæſi, Deo auctore, ſervātur.* Ex quibus omnibus clarū evadit, ſanctorum Apoſtolorum, & Martyrum animas, noſtri curam gerere, & ſuper nos poteſtatem habere & regimen, ac inſuper eas preces noſtras noſſe.

MONI

MONITVM XCVII.

Salvus erit; ſic tamen quaſi per ignem.

1. Cor. 3.

Catholicorum de Purgatorio ſententia eſt, eſſe locum, ſive, ut loquitur D. Aug. receptaculum quoddam abditum, in quo quæ continentur animæ, medium quendam habent inter felicitatem æternam, & damnationem reproborum ſtatum: extremi quidem utriuſque participem, ſed ab utroque interim longo diſcrimine ſeparatum. Etenim in eo ſtatu ærumna eſt & afflictio, & pœna, quæ pro peccatis in hac vita contractis exolvitur; id quod habet cum gehenna commune. Eſt nihilominus in eodem *juſtitia, pax & tranquillitas conſcientiæ*, ſocietas cum Chriſto, ejuſque membris omnibus; magna denique ſecuritas quâ exploratum habent ſe de juſtitiæ ſtatu nunquam eſſe deinceps caſuras. Atque hæc illi ſunt cum cœleſti beatitudine communia; imò quædam ejus ſunt inchoationes, quibus & ipſa conſummatione, quæ eſt in regno, & ab æterna damnatione, quæ eſt in gehenna, differt plurimum. Quippe hoc in extremo ſempiternæ infelicitatis, horrida, turbulenta, & plena deſperationis ſunt omnia: ubi iniquitas, quamvis torquetur, dominatur; & à ſocietate ſanctorum, incommutabili decreto ſegregata & projecta reproborum turba æternis pœnarum vinculis, ſocietati dæmonum aſtringitur.

Lenſ. de Purgator.

Rom. 14.

Hujus

Hujus autem abditiſſimi receptaculi & loci quæ deſcriptio dari poteſt ? Vt enim ſpiritus, & expers corporis ſubſtantia, quid ſit, animo concipere vix poſſumus; ita quis, qualiſque ejus ſit locus, quoque in eo ſit modo, ægrè poſſumus, aut cogitatione concipere, aut verbis explicare. Neque id quod à prioribus medius eſſe dicitur inter felicitatem æternam & ſupplicium damnatorum locus, propter corporeum ſitum dici intelligendum eſt; ſed propter ipſum illum, quem explicavimus, animorum ſtatum.

Vt enim æterna felicitas, ſeu Paradiſus, regnumque cœlorum, non eſt æſtimandum ex loco propriè, ſed ex ſtatu, hoc eſt, ex clara Dei viſione, quæ
Matth. 5. mundis corde promittitur, ubi ſcriptum eſt; *Beati*
Luc. 23. *mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Vnde & latroni dicitur; *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Neque etiam angeli ſancti, quia hîc nobis dati ſunt ad tutelam, propterea in regno ſuo non ſunt, de quibus
Matth. 18. dicitur; *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris qui in cœlis eſt.* Vt ipſi quoque dæmones quocunque loco circumvolant, ſuum ſecum ſupplicium & gehennam, damnationemque trahant, idque ſpectamus potiſſimùm in inferno; loci interim ipſius, quis & ubi, qualiſque ſit, multum ignari. Ita cùm purgatorium dicimus animarum; non tam locum aliquem in quo recluſi illi ſpiritus ſint, attendere debemus (quamvis in hoc admodum pro ſuâ conſuetudine noſtra propendeat cogitatio) quam ſtatum ipſorũ ærumnoſum, & afflictione doloribuſq; plenum: ſed temporarium non æternum, & aliis quidem productiorẽ, aliis breviorem: prout ſe hîc cujuſq; merita habuerint.

Eſt autem alicujus modi ſatisfactio, quæ poſt mortem à defunctorum animis pro peccato penditur.

Generatim

Generatim verò ac juxta Grammaticam ſignificationem, ſatisfactio eſt, cùm tantum ſupplicii tantumque vindictæ exolvitur, quantum irato ſatis ſit, ut placetur, & iraſci deſinat. In inferno igitur ſatiſpaſſio quidem eſſe poteſt, ut ſic loquar, ſatisfactio verò eſſe non poteſt, ubi nullus expectatur ſupplicij finis, nulla in amicitiam reditio. Quippe ſatis patitur, qui dignam ſuis meritis pœnam pendit, etiam ſi æterna illa ſit. Satisfacimus verò læſo cuipiam & irato, cùm pœna quam ſubimus, illius tandem ira conquieſcit. Nam cùm iraſci deſinit nunquam, ſed inceſſanter affligit, quamvis juſtitiæ ſatisfit æterno ſupplicio: tamen offenſo tunc intelligitur eſſe ſatisfactum, cùm eum aliquando placatum recipimus.

Porrò duplex eſt ſatisfactio: alia in pœna, alia pro pœna. Cum enim lege fixa eſt pro offenſis pœna ut v.g. effoſſio oculi, amputatio manus, patibulum, &c. haſce pœnas ſi quis judicii decreto ſubire cogitur, ejus eſt in pœna ſatisfactio. Sin autem permutatio, & pœnæ ejus, quam lege fixam diximus, redemptio quædam & compenſatio recipitur, velut mulcta pecuniaria, aut ultroneum quodpiam erga eum qui læſus eſt, officium ſervitutis, hæc erit pro pœna ſatisfactio nuncupanda. Cùm enim deſtinatum peccato ſupplicium propriè futuri ſæculi ſit, quod *tempus non fruſtra judicii*, ut D. Aug. annotavit, ſignificatur eſſe in divinis literis; velut cùm ait Apoſt. *Statutum eſſe hominibus ſemel mori; poſt hoc autem judicium*; quiſquis poſt hanc vitam, ob ſuas offenſas, in ærumna eſt, temporarium de manu ſupplicium excipiens, ejus eſt ſatisfactio in pœna. Enchir. 66. Hebr. 9.

At ſi quis non hoc expectat, ut in ultrices incidat Dei manus, ſed præveniendi ſtudio pœnas hîc de

ſeipſo pro culpæ magnitudine expetit ſeque ipſum affligit modis Evangelicâ, & Apoſtolicâ doctrinâ probatis, ut jejuniis, ut orationibus, ut piis vigiliis, ut eleëmoſynis aliiſque ejuſmodi carnem affligentibus officiis; quoniam talem commutationem, ſive redemptionem divina bonitas recipit, ſuæque
Matth. 3. miſericordiæ præcepto requirit; cùm jubet *dignos*
Dan. 4. *pœnitentiæ fructus facere, aut peccata eleemoſynis redimere.* hujus ergo ſatisfactio pro pœna eſſe cenſenda eſt. Seipſum enim hîc punit, ut præparatam in futuro ſæculo pœnam evitet. Quæ ultrò ſuſcepta, & ex offenſæ ſincero dolore oblata Deo ſatisfactio, pergrata illi & accepta eſt, plenioremque gratiam & vitam æternam promeretur. Atque hæc talis pœnitentiæ ſatisfactio eſt, quam hîc agere jubemur.

Altera verò futuri ſæculi ſatisfactio, non ad noſtrum pertinet officium, ſed ad Dei judicium, qui illic animadvertit in eos, qui ſeipſos hîc non judica-
1. Cor. 11. verunt, juxta id quod ſcriptum eſt; *Si noſipſos judicaremus, non utiq; à Domino judicaremur. Cùm autẽ judicamur à Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Cùm igitur in noſipſos pœnitentiæ dolore exſtimulati ulciſcimur, tum ipſi Domino ſatisfacimus. At cum nos ipſe Deus judicans flagellat poſt hanc vitam, atque acerbis excipit cruciatibus, magis ipſe ſibi de nobis ſatisfacit, corripiens nos & repurgans penitus, ut à mundi ſocietate perdita ſegregemur. Nam ſi id in hac vita ſubinde facit, morborum, mortiumque plagas immittendo, quemadmodum
Ibidem. ſignificavit Apoſtolus; quid alienum, ſi quod hîc non fecit, poſt hanc vitam facere credatur, præſertim cùm illud tempus, ſicut dictum eſt, propriè judicii dies tempuſque ſit?

Si

Digitized by Google

Si quis autem objiciat in Purgatorio pœnam temporariam ſuſcipi, ut æterna non incurratur, ſicut docere videtur D.Aug. Si quis inquam hoc & ſimilia objiciat, tanquam quæ ſignificent, Purgatorij pœnam eſſe ſatisfactionem pro pœna, temporariam videlicet pro æterna; reſponderi poterit, hæc ideò dixiſſe S. Aug. quod per remiſſionem quæ fit in hac vita, virtute clavium, reatus damnationis æternæ, in ſupplicium temporarium commutetur, ideoq; hoc pro illo ſuſcipi, quia niſi eſſet Dei benignitate ea facta commutatio, vigore tamen præſtitæ hîc condonationis, illa æterna fuerat ſubeunda. De Civit. li. 12. cap. 2. & 21.

Eſt autem S. Aug. ſententia, pœnam Purgatorij eſſe graviſſimam comparatione ſuppliciorum hujus vitæ: quæ tametſi magna ſæpè acerbaque ſint, tamen cum futuri ſæculi purgatoriis cõparata cruciatibus, parua ducuntur. Scribens enim in Pſal. 37. atque in eum verſiculum, *Domine ne in furore tuo arguas me*, ſic commentatur ut deprecari Prophetam ſignificet futuri ſæculi pœnas, quas Domini furor infert. Atque ad id proferens Apoſtoli teſtimonium, de *his qui ſalvi fiunt per ignem*, inter cætera ſic dicit; *Quia dicitur, Salvus erit, contemnitur ille ignis. Ita plane, quamvis ſalvus per ignem: gravior tamen erit ille ignis, quam quidquid poteſt homo pati in hac vita; & novimus, quanta hic paſſi ſunt mali, & poſſint pati.* Hæc Auguſt. In Pſal. 37. 1. Cor. 3.

Sed quamvis pœna hâc comparatione graviſſima ſit, minor eſt tamen quàm infernalis. Primùm, quia illa temporaria eſt, hæc æterna: ſiquidem ad damnationis & infelicitatis magnitudinem, incredibiliter facit ipſa æternitas; cùm cogitatur, quantuncumque temporis detractum ſit, tamẽ adhuc infinitũ eſſe quod reſtat. Deinde ut ſit par ſubinde cruciatus ab igne,

tamen ille mirificè conſolatur, ſummi boni vel poſt longa tormenta adipiſcendi ſecuritas. Hic extremum malum eſt, à facie Dei, ſine ſpe revocationis eſſe projectum. Cujus quidem mali magnitudinem D. Aug. expendens, *negat cum damno unius animæ infantis ſine regenerationis lavacro decedentis, innumerabilium mortes corporum poſſe comparari.*

Epiſt. 75. ad Auxilium.

Ideoq; & D. Chryſoſt. hoc ipſum vigilanter noſtræ conſiderationi ſubjiciens; *Ponam*, inq. *ante oculos, quanti doloris ſit excludi ac projici à regno cælorum; quod, ut mihi videtur, gravius eſt ipſa gehennâ, Nam etſi ignis ille non arderet, & immortalis illa pœna non eſſet parata, hoc ſolum, quòd alieni efficimur à Chriſto, & excludimur à bonis æternis, nonne omni pœnâ cruciabilius diceretur?* Ex quibus D. Chryſoſt. verbis elucet pœnas inferni & purgatorij, non ſolâ æternitate differre, ſed ipſa omninò pœnâ damnationiſq; naturâ. Aliud quippe eſt regnum differri, aliud penitùs auferri. In quo ineſt pœnarum ingens diſtantia, etiam ſi ignem ejuſdem rationis, paremque ab eo cruciatum interdum exiſtere utrobique fateamur.

Lib. 1. de compunct. cordis. Vide eund. hom. 24. in Matth.

Cùm autem omnis repurgatio à maculis & ſordibus ſit bifariàm, poteſt homo inquinatus & deformis intelligi, ſeu turpis; videlicet à culpæ macula, vitioſarumque affectionum & cupiditatum ſordibus; aut à reatu pœnæ, ſive turpitudine ſupplicii; quod ex peccato incurritur, cujuſmodi eſt, in patibulum agi, aut carceris ſqualorem perpeti. Propter hoc enim ſordium genus, quod in peccatorum pœnis & vili abjectione conſtitutum eſt, dicit Chriſtus *ſe inquinaſſe veſtimenta ſua.* Et Ioſedec, qui Chriſti typũ geſſit, *turpia ſcribitur veſtimenta induiſſe.*

Iſai. 63. Zach. 6.

Sed

Sed & in Pſalmo Chriſtus *de luto facis eductum ſe reſurrectionis gloriâ gratulatur.* Pſal. 39.

Vt igitur duplex eſt inquinamentorum genus, ſic poteſt ipſa hominis purgatio bifariàm intelligi; vel ab affectu pravo, & cupiditate ſæculi hujus; vel à pœna peccati, tanquam à ſordibus carceris, dum in priſtinum honorem ac nitorem reſtituitur, penituſque liberatur. Prius illud purgationis genus, non raro D. Auguſt. attendit, ut de civit. Dei lib. 9. Lib. 9. ubi diſtinguit emendationem peccati, & cohibitionem à peccato, ab ipſa punitione. cap. 15. 16. Clariſſimè verò lib. 21. ubi contra Platonicos multa diſſerit, qui omnes pœnas purgatorias eſſe cenſebant, quia per eas Cap. 13. fieret emendatio atque correctio.

Platonici, inq. *quamvis impunita nulla velint eſſe peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi putãt, vel humanis inflictas legibus vel divinis, ſive in hac vita, ſive poſt mortem: ſi ita parcatur hîc cuiquam, aut ita plectatur, ut hîc non corrigatur.* Et paucis interpoſitis; *Qui hoc opinantur*, inq. *nullas pœnas niſi purgatorias volunt eſſe poſt mortem, ut quoniã terris ſuperiora ſunt elemẽta, aqua, aër, ignis, ex aliquo iſtorũ mundetur per expiatorias pœnas, quod terrenâ contagione contractum eſt.* Et infrà; *Nos verò etiam in hac quidem mortali vita eſſe quaſdam pœnas purgatorias confitemur, non quibus affliguntur, quorum vita vel non inde fit melior vel potiùs inde fit pejor, ſed illis ſunt purgatoria, qui eis coërciti corriguntur.*

Iuxta hanc ſignificationem, D. Aug. incertum Ench. 69. ſe eſſe ſubinde declarat, ſintne pœnæ ad hunc mo- de fide & dum purgatoriæ poſt hanc vitam, quibus videlicet oper. c. 16. affectus quidam pravi atque diſtorti corrigantur de civ. li. & aboleantur: an verò omnes potiùs iſtiuſmodi 21. cap. 26. affectus & amores ſæculi: quibus ſæpè juſti homi-

nes tenentur uſque ad corporis mortem, in ipſa corporis & animæ diſſolutione prorſus ſecundùm ſeipſos intereant. At juxta poſteriorem purgatoriæ pœnæ rationem, quâ videlicet per temporariam afflictionem tranſit homo ad plenam libertatem, nuſquã ſe S. Aug. de purgatorio dubitare ſignificat, quin illo ipſo cap. 13. poſtquam dixiſſet, in hac vita iis duntaxat, purgatorias eſſe pœnas, qui illis coërciti corrigerentur, ſubjunxit, *temporarias pœnas alios in hac tantum vita, alios poſt mortem, alios & nunc & tunc, veruntamen ante judicium illud ſæveriſſimum noviſſimumque* perpeti. Vbi procul dubio Christianarum animarum Purgatorium eſt, quia ſufficiat ibi pœnas conſtituere temporarias, ſeu aliquando finiendas; quamvis an purgatoriæ ſint, quomodo Platonici de purgatoriis pœnis loquebantur, non certò conſtet.

Li. 2. c. 20. Ideoque de Geneſi cont. Manich. ignem purgationis poſt hanc vitam ſine dubitatione poſuit, ſcribens in hunc modum; *Qui coluerit agrum ſuum interiùs, & ad panem ſuum, quamvis cum labore, pervenerit, poteſt uſque ad finem vitæ hujus hunc laborem pati: poſt hanc verò vitam non eſt neceſſe ut patiatur. Sed qui fortè agrum non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionẽ terræ ſuæ in omnibus operibus ſuis, & poſt hanc vitã habebit, vel ignem purgationis, vel pœnam æternã. Ita nemo evadit iſtam ſententiam: ſed agendum eſt, ut ſaltem in hac tantùm vita ſentiatur.* Sic Aug.

Ser. 34. de verb. Apoſt. Idem alibi apertè negat de eo dubitandum, cùm ait; *Proinde pompa funebris, agmina exequiarum, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumentorum opulenta conſtructio, vivorum ſunt qualiacunque ſolatia, non adjutoria mortuorum. Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, nõ*

eſt

eſt dubitandum mortuos adjuvari,ut cùm eis miſericordiùs agatur à Domino,quàm eorum peccata meruerunt. Addit etiam cur dubitandum non ſit:*Hoc enim,*inq. *à Patribus traditum,univerſa obſervat Eccleſia, ut pro iis , qui in corporis & ſanguinis Chriſti cõmunione defũcti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium ſuum loco ſuo commemorãtur, oretur,ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commendandorum cauſa, opera miſericordiæ celebrantur,quis eis dubitet ſuffragari,pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis,ſed talibus qui ita vixerint ante mortem,ut poſſint hæc eis utilia eſſe poſt mortem.*Ita Aug.

Conſtat igitur inter Catholicos Doctores, purgationem quorundam,poſt hujus vitæ mortalis exitum, divino judicio fieri. Neque ea purgatio intelligenda eſt,niſi à peccatis gravioribus hîc remiſſis,aut pulvere quodam ſæculari,quo perfacilè eſt inquinari eos , qui ſuper terram deſideriis adhuc ſæcularibus gradiuntur. Cæterùm , cùm in peccato ſint, & affectus & reatus ; neque habeatur exploratiſſimum , utrum ſit poſt hanc vitam ab affectibus carnis in ipſa voluntatis correctione futura purgatio , tamen quin ſit tum futura purgatio à peccatis quoad reatum,neque id modò Eccleſiæ dubium eſt,nec fuit unquam inter Catholicos tractatores controverſum. Atque id ſufficit ut purgatorii ratio teneatur , ne videlicet illud magnopere ſit formidandum , quod Lutherus objiciebat , *Punitorium, non Purgatorium vocari oportere.* Pœna quippe eſt , ſed per quam peccati debitum abſtergitur , carcer eſt & pœna polluens , ut plenè repurget à vinculis & obligatione peccati; brevis eſt ſervitus , ſed per quam tribuitur æterna libertas.

MONITVM XCVIII.

Mulierem fortem quis inveniet?

Proverb. 31.

Ex D. Aug. ſer. 31. in Nov. Matth. 16.

ECcleſia, quam non vincunt inferorum portæ, & quælibet anima Chriſtiana, quæ vincit diabolum, ſæculum, carnem, mulieri comparatur, quia uxor eſt, & ſponſa Domini; ab eo fœcundatur ad procreandos fœtus bonarum cogitationum, affectuum, & operum. Fortitudo ejus in duobus maximè ſpectatur, in ſuſtinendis adverſis, & in comprimendis cupidiatibus pravis. Diſtinguit D. Auguſt. *duplicia mala; quædam per continentiam comprimenda; quædam per patientiam toleranda.* ad utrumque vi & robore opus eſt. Vnde Chriſtus; *Violenti rapiunt regnum cælorum. Magna enim violentia eſt*, ait D. Hier. *abnegare ſeipſum, & tollere crucem ſuam quotidie. Fortitudinem autem Chriſtianorum facit charitas, ſicut infidelium, cupiditas*, inquit idem Auguſt.

Cont. Iulia. lib. 5. cap. 4.

Matth. 11 ibi D. Hier.

Quis inveniet? Non quia nullus, ſed quia nullus hominũ. Sicut de Chriſto dicitur, *Quis ſuſcitabit eum?* Neque enim nullus, ſed quis hominum? quia non niſi Deus, aut ipſe ſe. Sic unus fuit Paſtor, qui ovem perditam quæſivit & invenit. Et difficilis fuit ejus inventio, quia latebat in vepribus & ſpinis delictorum; & ideò per tot ſudores & labores ejus in vita & morte. Deinde quia non facilè talis invenitur, qualis hîc deſcribitur. Sicut dicitur, *Quis eſt hic, & laudabi-*

Sent. 295. apud Proſp. Conc. Araſ. cap. 17. Gen. 49. Lucæ 15.

laudabimus eum? Et, *Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc?* Et, *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem ſuper terram?* Eccleſ. 31. Lucæ 18.

Procul & de ultimis finibus pretium ejus. D. Aug. legit, *pretiſior eſt omnibus lapidibus pretioſis*; qui videlicet, procul & de ultimis finibus adferri ſolent, & ab hominibus plurimùm æſtimari. Deinde ſunt lapides vivi pretioſi in Eccleſia, docti, abundantes ſcientiâ, & eloquio, ſed multi ex iis à charitate deficiunt, ut hæretici & mali Catholici; & jam viles fiunt, quia charitatem perdunt, quâ maximè pretioſi ſunt. Iactent illi linguam ſuam, jactent eloquentiam, doctrinam, &c. pretioſior eſt his omnibus anima, quæ in ornamento Eccleſiæ per charitatem permanet, ita æſtimante Apoſtolo, qui dicit; *Si linguis hominum loquar, & angelorum: ſi noverim omnia myſteria, & omnem ſcientiam, &c. charitatem autem non habuero, nihil ſum,* Hinc poſteà dicitur; *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas,* quia illæ floribus, tu & flore & fructu, videlicet charitatis, abundas.

Ser. 31. in Nov.

1. Cor. 13.

Confidit in ea cor viri ſui. Per ſuſceptionem Religionis, ſpiritualem cum Deo initur cōjugium. Hinc anima ab eo deficiens, *fornicaria vel adultera* nominatur in Script. *Confidit in ea cor viri ſui*, Chriſti videlicet, quod in omnibus ſe rectè geret, ſicut maritus cōfidit de bona uxore, quod fidem ei datam in omnibus ſervabit. Sicut confidit de Abraham; *Scio quòd præcepturus ſit filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Domini.* Et Paulus: *Fidelem me exiſtimavit, ponens in miniſterio. Et ſpoliis non indigebit.* Non quia non quærit, ſed quia abundat multis. Quid ergo, rapere, furari, bonum eſt? Dicitur Chriſto, *Spolia detrahe, feſtina prædari.* Spoliat ergo, ſed

Aug. ſer. 90 in Nou.

Geneſ. 18.

1. Tim. 1.

Iſaiæ 8.

Coloſſ. 2.

mundum, ſed diabolum, alios verbo veritatis, alios
Pſal. 118. converſationis exemplo, alios devotâ oratione, ad
Chriſtum adducendo. Sic dicitur in Pſal. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui invenit ſpolia multa.* Tribus ſe confortant in perſecutione Martyres: Cogitant parata ſupplicia negantibus, promiſſa præmia confitentibus, ſpolia detracta hoſtibus: plurimi enim
Proſp. de vocat gent. lib. 4. ca. 15. perſecutores admirati conſtantiam Martyrum, in eum, in quem ſævierant, crediderunt. Hic ſanctorum labor & cura auferre trophæa diabolo, mundo, inde lætantur.

Reddet, ſive operatur ei bonum. Vivit non ſibi, ſed viro, illi ſervit, illi devota eſt, illum diligit, illi in omnibus placere ſtudet, & deſiderat. Non ſe ornat, nec propter oculos ſuos, nec propter alienos; non eſt de ſibi placentibus, non eſt de ſua quærentibus: ſed operatur viro ſuo, quæ Ieſu Chriſti ſunt quærit, non ſua, in eaque intentione ac propoſito ſem-
Bern. epiſt. 32. per manet; hinc addit, *omnibus diebus vitæ ſuæ.*
Cont. Luciferia. Perſeverantia enim omnino neceſſaria eſt, utpote, *quæ ſola inter virtutes, coronatur.* Multi autem non Deo, ſed mundo operantur. *Non ſtatim*, inquit D. Hieronymus, *qui jejunat, Deo jejunat; aut extendens manum pauperi, Deo fœnerat. Vicina ſunt vitia virtutibus. Difficile eſt Deo tantùm judice eſſe contentum.*

Ser. 21. in Nov. *Quæſivit lanam & linum. Lanam*, ait D. Aug. *carnale aliquid puto; linum, ſpirituale. Hoc conjicere audeo ex ordine veſtimentorum noſtrorum. Interiora enim ſunt linea veſtimenta; lanea, exteriora. Quicquid carne operamur, in promptu eſt; quicquid ſpiritu, in ſecreto. Operari enim carne, & non ſpiritu, quamvis bonum videatur, utile non eſt Operari autem ſpiritu, & non carne, pigrorum eſt.* Invenis hominem porrigentem eleëmoſinam pauperi,

Digitized by Google

peri, nec tamen de Deo ibi cogitantem, ſe hominibus placere cupientem; lanea veſtis videri poteſt, interiorem lineam non habet. Invenis alium dicentem tibi; Sufficit mihi in conſcientia mea Deum colere, &c. quid opus ire in Eccleſiam, miſceri Chriſtianis, genua flectere, &c. lineam vult habere ſine tunica.

Vtraque autem opera debet operari, carnis & animæ. Quia utrumque à Deo accepimus, utrumque remunerationem à Deo accipiet: æquum ergo eſt, ut utroque ei ſerviamus. Deinde providere debemus bona non tantùm coram Deo, ut illi placeamus; ſed etiam coram omnibus hominibus, ut ædificentur, & glorificent Patrem qui in cælis eſt. Hinc Pſalmiſta; *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum*. Et, *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum*. Et Apoſtolus, *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro*. Et; *Et exhibete corpora veſtra hoſtiam viventem Deo. Quod ſit quando ejus bonus ac legitimus uſus ad Deum refertur*, inquit D. Auguſt.

Rom. 12. Matth. 6. Pſal. 83. Pſal. 62. 1. Cor. 6. Rom. 12. De civit. lib. 10. c. 5. & 6.

Facta eſt quaſi navis inſtitoris. Divitias ſpirituales, quibus è cœlo repletur, ad alios defert, aliis communicare ſtudet. Sicut monet Petrus; *Vnusquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes*. Dat enim bona ſua Deus *ad utilitatem* tuam, & aliorum. Qui abſcondit talentum Domini ſui, arguitur, nudatur, damnatur. Sumus enim *diſpenſatores multiformis gratiæ Dei*. Bonus erat diſpenſator, qui dicebat; *Sapientiam ſine fictione didici, & ſine invidia communico*. Item & ille, qui dicebat; *Impoſſibile eſt, ut non communicem aliis lumē quod ipſe percepi*. Ad hoc hortatur Sapiēs, dicens;

1. Pet. 4. 1. Cor. 12. Pet. ibid. Matth. 25. Sap. 27. Hiſt. Trip. lib. 10. c. 3.

Prov. 5. cens; *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide,*

De nocte ſurrexit. Nox tribulatio eſt. Quid valet? non eam premit, ſed in ea proficit. *Deditque prædam, ſive eſcas, domeſticis ſuis,* id eſt, aliis Chriſtianis præbuit ſe imitandam. Paſcitur corpus cibo, paſcitur animus exemplo. Faciens docuit, quod faciendum dixit, & tunc dividit eſcas. Quis comedit de nocte? prorſus & tunc dedit eſcas: quibus enim dedit, ſemper eſuriunt: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam.* Matth. 5. Sic profecit in nocte Iſaias; *Anima mea,* inq. *deſideravit te in nocte.* Compellit enim nos tribulatio ad Deum, & facit æterna deſiderare. Et David; *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Hoc eſt ſurgere in tribulatione, approbare Dei judicia, cantare illi judicium. Qui murmurant, vituperant, cadunt in nocte. *Mala quæ nos premunt, ad Deum nos ire compellunt,* ait D. Gregor. Et, *Moleſtiæ, cùm in hujus vitæ fragilitate crebreſcunt, æternam requiem nos deſiderare compellunt*, inquit S. Auguſt.

Iſaiæ 26. Pſal. 118. Epiſt. 144.

Conſideravit agrum. De quo dicitur, *Pulchritudo agri mecum eſt:* ubi herba ſemper viridis eſt, ubi paſcitur Iſraël in æternum veritatis pabulo. *Agrum, non ubi labores,* inq. Auguſt. ut hîc, *ſed ubi quieſcas, paſcaris.* Illum conſideravit, fide, ſpe; inde & de nocte ſurrexit. *Si enim quod non videmus, ſperamus, per patientiam exſpectamus.* Sic Moyſes *reſpiciens in remunerationem, elegit magis affligi cum populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere jucunditatem.* Et David *propter retributionem, inclinavit cor ſuum ad faciendas juſtificationes Dei.* In omnibus ergo tribulationem patiens, conſiderat ſeu proſpicit agrum, quem emit. Inde enim mulier fortis dicitur. Et quid eſt nox præ illo agro? *Quod in*

Pſal. 49. Ser. 31. in Nov. Rom. 8. Heb. 11. Pſal. 118.

in præſenti momentaneum & leve eſt tribulationis,ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis,contemplantibus quæ non videntur, id eſt, habentibus cor ad iſtum agrum. 2. Cor 4.

Sed unde emit?quod eſt pretium ? Sequitur ; *De fructu manuum ſuarum plantavit vineam , ſeu poſſeſſionem.* Dum hîc operamur in terris,poſſeſſionem acquirimus in cælis:ibi duplicia poſſidebunt ſancti beatitudinem animæ;& corporis. Iſta poſſeſſio etiam vinea dicitur , cujus fructu inebriantur , ſatiantur,ut omnium aliorum obliviſcantur , nihil amplius deſiderent. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Satiabor,cùm apparuerit gloria tua. Tam pulchra & dulcis eſt facies Domini,quam videbunt ſancti,ut illâviſâ, nihil aliud poſſit delectare*,inq. S. Auguſt. Vide Greg. l.4. Dialog. cap. 36. Pſal. 35. Pſal. 16. Ser. 53. in Nov.

MONITVM XCIX.

Accinxit fortitudine lumbos ſuos , &c.

Prov. 31.

A*Ccingit lumbos ſuos , ut paratior & devotior ſit ad opera,ne fluitantes ſinus carnalium concupiſcentiarum impediant operantem.Succinxit lumbos , ut nihil ſuperfluum calcet,dum in opere feſtinat.* Ibi enim caſtitas mulieris hujus zonâ præcepti conſtricta , & ad omne opus bonum ſemper parata. Deinde ad reſtringendam ab omni impura libidine , quæ in lumbis ſedem habet , mentem , fortitudine opus eſt ,

eſt quia *inter omnia Chriſtianorum certamina, duriora ſunt prælia caſtitatis, ubi quotidiana eſt pugna, & rara victoria*, ait idem Aug. *Firmavit brachia*, non defectura in opere. *Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite*, ait Paulus. Vnde hoc? *guſtavit, quia bona eſt negotiatio ejus. Negotiamini dum venio*; bona eſt negotiatio ſpiritualis, quia magnum eſt lucrum, perpetuæ quietis pro brevi labore; æternæ lætitiæ pro momentanea paſſione. D. Auguſt. legit, *Quia bonum eſt operari*. Vbi palatum, quo hoc guſtatur? Fugiunt homines laborem, quaſi amarum: timendo guſtare, neſciunt quid amare. *Bonum opus facit bona conſcientia, Et quid dulcius bona conſcientia? Quaſi non eſt, & malè pungit, amara ſunt omnia. Guſta ergo, guſta*, inq. Auguſtin. *& videbis quomodo ſapiat, quàm te delectabit, quàm poſtea non deſines, niſi totum conſumas.*

De honeſt. mulie. ſc 1.2. Heb. 2.r

Edd. ſerm.

Matth. 5.

Non extinguetur in nocte hujus ſæculi, vel tribulationis, *lucerna ejus*, id eſt, lux fidei, bonorum operum, de qua dicitur, *Sic luceat lux veſtra coram hominibus*, &c. &; *Lucernæ ardentes in manibus veſtris. Sicut ſtellas cæli non extinguit nox*, inq. De Proſp. *ſic mentes fidelium adhærentes firmamento Scripturæ ſacræ, non obſcurat mũdana iniquitas.* Lucebant Philippenſes *in medio nationis pravæ & perverſæ ſicut luminaria in mundo Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio. Tu illuminas lucernam meam, Domine.* Deinde, *Lucerna ejus ſpes ejus* inq. Aug. *Ad illã operatur omnis homo; quicquid boni ad ſpem facit. Omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe*, ait Ioannes. Et in nocte ardet lucerna ejus. *Quod enim non videmus, ſperamus*: ideo nox eſt. Si autem & non videmus, & non ſperamus; & nox eſt, & lucerna non ardet. Quid infelicius talibus tenebris? Vt autem non deficiamus in talibus tenebris, &

Luc. 12. Sen. 120. Philip. 2. Eodẽ ſerm. 1. Ioan. 3. Rom. 8.

per

per patientiam exſpectemus; quod non videmus ſperamus. Totâ nocte ardeat lucerna noſtra. Qui enim nobis quotidie loquitur verbum, tanquam oleum infundit, ne lucerna extinguatur.

Manus ſuas miſit ad fortia. Non eſt contenta communibus hominum virtutibus, ſingulares & excellentes appetit, quas majores animi requirunt. Commune eſt, diligere qui nos diligunt, ſalutare fratres, amicos, &c. Singulare & excellens, *diligere inimicos, odientibus nos benefacere, orare pro perſequentibus.* Matth. 5. *Sic fortis & magnus animus eſt,* inq. S. Aug. *miſeriam potiùs ferre, quàm fugere, & præ conſcientiæ puritate, humanum judicium, quod plerumque cæcum eſt, contemnere.* De civit. li. 1. cap. 22. *Denique violenti rapiunt cælum. Magna autem violentia eſt* ait S. Hieron. *in terra nos eſſe generatos, & cælorum ſedem quærere; poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam.* Matth. 11. & ibi Hier. Quantos labores & ſudores perpetimur, ut montes & colles aſcendamus; quid non patiemur ut aſcendamus cælum? D. Auguſt. legit, *ad utilia.* Homines plerique vani ſunt, & vana ſectantur, ut terrena, ex quibus nulla utilitas: imò ſæpè etiam noxia, ut peccata. Ait quidam Sapiens; *Dimitte vana vanis, tu autem intende iis quæ tibi præcepit Deus.* Kemp. li. 1. de Imit. cap. 25. Cogita omne perire tempus, quod bene agendo non impertias. *Gaudebis ſemper veſperè ſi diem expendas fructuoſè.* De viro habitaturo in tabernaculo Domini dicitur; *Nec in vano accepit animam ſuam*, id eſt, animam permanentem non deputat rebus non permanentibus, ſed utilibus, ſed æternis. Pſal. 14. & ibi Auguſt.

Et digiti ejus apprehenderunt fuſum. In colo eſt opus faciendum, in fuſo opus jam factum. Vult ergò Sapiẽs, ut curet homo aliquid, imò multum habere in fuſo, ut

ut inde conſcientia ſit aliquo modo ſecura, & ex præteritis operibus bonis ſpem futuræ ſalutis accipiant. *Satagite*, ait D.Petrus, *ut per opera bona certam*
2.Pet.2. *vocationem & electionem veſtram faciatis. Sunt enim præterita prædeſtinationis indicia, futuræ ſalutis præſagia*, inq. D. Bern. Et quò plura & majora opera bona, eò &
Eod.ſerm. ſpes ac fiducia ſalutis major. Inde dicit Deo, ait D.
Iob.29. 30. 31. Auguſt. *Da quia dedi dimitte, quid dimiſi; fac, quia feci.*
4.Reg.12. Nota eſt fiducia Iob, Ezechiæ, Pauli, Hilarionis, ex
2.Tim. 4. bonis operibus jam factis.
Hiero.in Vita.

Manum ſuam aperuit inopi. Multis divinarum teſti-
Ser.1.de Collect. *moniis ſcripturarum edocemur*, inquit S. Leo, *quantum eleemoſynarum meritum, & quanta ſit virtus. Certum eſt enim unumquemque noſtrûm animæ ſuæ benefacere: quoties miſericordia ſua inopiæ ſuccurrit alienæ. Prompta ergo & facilis apud nos largitas eſſe debet; ſi credimus ſibi unũquemque id præſtare, quod ingentibus tribuit. Theſaurum enim ſuum condit in cælo, qui Chriſtum paſcit in paupere. Benignitatem itaque in hoc & diſpenſationem divinæ pietatis agnoſce. Idcirco enim te abũdare voluit, ut per te alius non egeret; & per miniſterium operis tui, pauperem ab egeſtatis labore, te à peccatorum multitudine liberaret. O mira providentia & bonitas creatoris! ut uno facto duobus vellet eſſe ſuccurſum.*

Non timebit domui ſuæ à frigoribus nivis. Frigus eſt torpor, negligentia, acedia, indevotio, &c. Hæc omnia impediuntur, & expelluntur duplici veſte charitatis, quâ veri Eccleſiæ filij ſunt ornati; *omnes enim domeſtici ejus*, inquit, *veſtiti ſunt duplicibus.* Quid enim non libenter patitur & facit, qui Deum propter ſe, & proximum propter Deum diligit? ut illi
Kemp. li. 3. placeat, huic ſuccurrat. Vnde quidam de amore:
26.de Imit. *Magna res eſt amor, magnum omninò bonum, quod ſolùm leve*

Digitized by Google

leve facit omne oneroſum,& fert æqualiter omne inæquale. Nam onus ſine onere portat,& omne amarum dulce ac ſapidum efficit. Amans volat,currit,lætatur,liber eſt , & non tenetur. Amor modum ſæpè neſcit , ſed ſuper omnem modum ferveſcit. Amor onus non ſentit,labores non reputat,plus affectat quàm valet , de impoſſibilitate non cauſatur , &c.

Stragulatam veſtem fecit ſibi, id eſt, diſcolorem, variis diſtinctam virtutibus. Dicitur in Pſal. Sponſa Chriſti,*circundata varietate. Quâ veſte polymitâ*,ait D.Hieron.*& multarum virtutum diverſitate contextâ, indutus fuit & Ioſeph,& regum quondam utebantur filiæ. Vis ſcire quales ornatus quærat Dominus? Habete prudentiam, juſtitiam,temperantiam, fortitudinem. Nihil hoc monili pretioſius,nihil hâc gemmarũ varietate diſtinctius.* Prudentia præſcribit quid fugiendum expetendumque ſecundùm honeſti rationem. Iuſtitia virtus eſt ſuum cuique tribuens. Temperantia virtus eſt voluptatum carnis,quæ guſtu & tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo virtus eſt qua labores mortiſque pericula conſtanter & ſuſcipiuntur & perferuntur. Pſal. Gen. Epiſt. Nep.

Varius etiam eſt ornatus in fructibus Spiritus, quos recenſet Apoſt. ad Galatas; 1. *Charitas*,eſt radix bonorum omnium ,*ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ ipſa non poteſt haberi ſine cæteris bonis,quibus homo efficitur bonus*, inq. S. Auguſt. 2. Eſt *Gaudium*, hoc præſtans ut homo ſpiritualis alacriter lætèque ſerviat Deo. 3. *Pax*, quæ eò ſpectat, ut in hujus mundi procellis, animi ſervetur tranquillitas. 4. *Patientia* , quæ in duris ferendis eſt ſita. 5. *Longanimitas* , quæ magnitudinem ani- Galat. 5. Tract. 8. in Ioan.

mi in futuris bonis exſpectandis declarat. 6. *Bonitas*, quæ nulli nocet, ſed bene vult omnibus. 7. *Benignitas*, invitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus temperata. 8. *Manſuetudo*, quæ omnes iræ motus ſedat, & mitigat. 9. *Fides*, in proximum, ut fideles, pactorumque ac promiſſorum obſervatores ſimus. 10. *Modeſtia*, quæ omnem faſtus & arrogantiæ ſuſpicionem excludit. 11. *Continentia*, quâ non ſolùm ab eſcis, ſed etiam ab omni nequitia abſtinemus. 12. *Caſtitas*, quæ mentem caſtam in caſto corpore cuſtodit.

Poteſt etiam varius animæ ornatus declarari, ex variis operibus charitatis, quæ recenſet Paulus ad Corinthios, & nos alibi explicavimus. Denique ex variis gradibus humilitatis à D. Benedicto deſcriptis; quos in gratiam religioſorum hic libet aſſcribere. Primus eſt, ſiquis timorem Dei in memoria habeat, Dei præcepta, & paratas pœnas eorum tranſgreſſoribus, & præmia parata obſecutoribus, & ſic omni hora, à peccato ſe cuſtodiat. 2. eſt ſiquis non amans propriam voluntatem deſideria ſua non delectetur implere. 3. ſi quis pro Dei amore omni obedientia majori ſe ſubdat. 4. ſi in ipſa obedientia contra aſpera patientiam amplectatur. 5. ſi omnia mala ſua abſcondita Abbati ſuo ſimpliciter confiteatur. 6. ſi ad omnia quæ ſibi injunguntur indignum ſe judicet. 7. ſi omnibus ſe inferiorem & viliorem non ſolum lingua ſua ſe pronuntiet, ſed etiam intimo credat cordis affectu. 8. ſi nihil agat Monachus niſi quod communis Monaſterij regula probat & majorum exempla hortantur. 9. ſi linguam ſuam cohibeat & eam uſque ad taciturnitatem teneat. 10. ſi non ſit facilis & pronus in riſum. 11. ſi pauca verba

1. Cor. 13. Parte 1. Mon. 116. 117.

verba & rationabilia habeat, & non loquatur clamoroſè, 12. ſi non ſolum corde humilitatem habeat, ſed etiam corpore oſtendat eam, ſemper defixis in terram aſpectibus.

MONITVM C.

Stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Ioan. 20.

CHriſtus non minùs poſt reſurrectionem, quàm ante, corpus habebat, quod carne, oſſibus, & nervis conſtabat, quod palpabile erat, & magnam ſuam, nempe virilem ſtaturam retinebat, in quo ſuum quemque locum occupabant membra, ac ordinem cuſtodiebant, & jam tam ſolidam quantitatem, quæ locum repleret, antè, habebat. Tale corpus habens, ingreſſus eſt, januis clauſis, ad diſcipulos, quod eſt contra naturam humani corporis, etiam glorioſi, ut D. Leo, & Gregorius docent, ideoque id non naturæ aut conditioni glorioſi corporis aſſcribendum, ſed miraculo omnipotentis. Et oſtendit hîc Evangeliſta omnem Philoſophicam ex natura corporis petitam rationem Dei

Ser. 1. de reſur. & ca. 5. epiſt. 10. in Cõcil. Calced. approbatæ.

 inſcruta-

Hom. de oct. Paſchæ & D. Thō. inſcrutabili potentiæ cedere. Et in hac re multum ſe humiliarunt veteres ſub Dei potentia, fatentes hoc ſibi prorſus inſcrutabile.

Dominus, inq. S. Hilar. *ad omnem ſe intelligentiæ noſtræ imbecillitatem accommodans, & dubitationi infideliũ ſatisfacturus, arcanũ inviſibilis virtutis operatur. Integra ſunt omnia & obſerata: ſed ecce aſſiſtit medius, cui per virtutem ſuam omnia ſunt pervia*, &c. *Dicamus factum non fuiſſe, quin intelligentiam facti non apprehendimus, & ceſſante ſenſu noſtro, facti ipſius ceſſet effectus. Sed mendacium noſtrum facti ipſius fides vincit*, &c. Sic & D. Cyril. *Nullus quærat*, ait, *quomodo clauſis januis corpus Domini penetravit, quum non intelligat de homine nudo, ut nos ſumus, ſed de omnipotente Filio Dei hæc ab Evangeliſta conſcribi. Nam quum Deus verus ſit, rerum naturæ non ſubjacet, quod in cæteris quoque miraculis patuit*, &c. Sicut & S. Auguſt. *Deus*, inq. *eſt qui fecit: conſidera authorem, & tolle dubitationem.*

Lib. 3. de Trinit.

Lib. 12. in Ioan. c. 35

Feria. 3. Paſchæ.

Qui & alibi: *Ipſa virtus per inviolata matris virginea viſcera mēbra infantis eduxit, quæ poſtrà per clauſa oſtia, membra juvenis introduxit. Hîc ſi ratio quæritur, non erit mirabile: ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare nō poſſe. In talibus rebus tota ratio facti, eſt omnipotentia facientis.* Ac generaliter dicit idem Aug. *Super motum curſumque rerum naturalem, poteſtas Creatoris habet apud ſe, poſſe de his omnibus facere aliud, quam eorum quaſi ſeminales rationes habent; non tamen id quod non in eis poſuit, ut de his fieri, vel ab ipſo poſſit.* Vbi nota quod dicit, de omnibus Deum aliud facere poſſe, quàm in eorum natura inſtituit; hinc enim non malè inferas, etiam de quantitate aliud eum

Epiſt. 3. ad Voluſian.

Lib. 7. de gen. ad lit. cap. 7.

Digitized by Google

etim poſſe diſponere, quàm in ejus ſit conditione: ut in Euchariſtia.

Dicit eis : Pax vobis. Chriſtus ad mortem abiturus, pacem diſcipulis valde commendaverat, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*; altiùs eam infigi volens eorum memoriæ. Hanc reſurgens à mortuis, rurſus commendat, *Pax vobis.* Quam & aliis annuntiari voluit à diſcipulis; *dicite : Pax huic domui.* Vnde & D. Paulus hâc ferè ſalutatione uſus, *Gratia vobis & pax.* Hinc & quotidie dicitur in Miſſa à Sacerdote, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.* Hujus causâ incarnatus eſt, ac mortuus. Vnde etiam vocatur *Princeps pacis.* & Paulus: *Ipſe*, inquit, *eſt pax noſtra. Pacem habere ad Deum & ad noſipſos*, inq. D. Cyrill. *fons eſt & origo omnium bonorum. Habete*, ait Apoſt. *pacem, & Deus pacis erit vobiſcum.* Ille veram pacem habet, cui Deus eſt propitius per remiſſionem peccatorum, conſcientia pacata, & proximus bene conciliatus. De hac pace Angeli; *Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.* Hæc eſt *pax Dei, quæ*, ut Apoſt. *exuperat omnem ſenſum, in qua factus eſt locus Dei*, ut David. *Quærens pacem cum Deo, tibi ipſi eſto pacatus; non ſit inter os & cor rixa. Hoc dicitur contra tumidos, & ſimulatores. Illi quod habent in corde non dicunt ore: hi quod dicunt ore non habent in corde.* Sic Auguſtinus in Pſal. 39.

Ioan. 14. / Ioan. 20. / Matth. 10. / Iſaiæ 9. / Epheſ. 2. / 2. Cor. 13. / Lucæ 2. / Philip. 4. / Pſal. 75

Hæc eſt commendatio pacis apud D. Leonem; *Ipſa eſt quæ parit filios Dei, nutrix dilectionis, & genitrix unitatis, requies beatorum, & æternitatis habitaculum; cujus hoc opus proprium eſt & ſpiritale beneficium, ut jungat Deo, quos ſecernit de mundo. Vnde Apoſtolus ad hoc bonum nos incitat, dicens; Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum; cujus ſententiæ brevitate, omnium ferè mandatorum*

Ser. 6 de Natali. / Matth. 5. / Rom. 5.

totum continetur effectus, quia ubi fuerit veritas pacis, nihil ibi poterit deeſſe virtutis. Quid eſt autẽ pacem habere ad Deum, niſi velle quod jubet, & nolle quod prohibet? Si *enim humanæ amicitiæ, pares animos, & ſimiles expetunt voluntates, nec unquam diverſitas morum ad firmam poteſt venire concordiam: quomodo divinæ particeps erit pacis, cui ea placent quæ Deo diſplicẽt, & iis appetit delectari, quibus illum novit offendi?* Sic Leo.

Salluſt. in Catil.

Oſtendit eis manus & latus. Variæ ſunt rationes, cur Chriſtus in corpore ſervârit vulnerum cicatrices. 1. Servavit vulnera carnis, ut in nobis ſanaret vulnera mentis, id eſt, infidelitatis. *Ad ſananda infidelium cordium vulnera*, ait S. Leo, *clavorum & lanceæ erant ſervata veſtigia.* 2. *In eo*, inquit D. Ambroſ. *non ſolum firmat fidem ſed & devotionem acuit, quòd vulnera ſuſcepta pro nobis, cælo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri noſtræ pretia libertatis oſtenderet.* Sic dicit Apoſt. quod appareat nunc vultui Patris cum illis, ut illum nobis reddat propitium. 3. Servavit illa, ut idem ait Ambroſ. *velut noſtræ ſalutis quædam trophæa perpetua*, vel, *velut ſuæ victoriæ triumphum*, ut V. Beda. Fortè *in martyrum corporibus etiam videbimus vulnerũ cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertulerunt, tanquam virtutis & glorioſarum vulnerum indicia: nec in eis erit deformitas, ſed dignitas*, inq. S. Auguſt. 4. Vt ita Sanctis ſuis oſtenderet, quæ pro ipſis ſit paſſus, & quàm miſericorditer eos ſuâ morte redemerit. 5. Vt ea tandem etiam malis oſtendat, in majorem eorum ignominiam & damnationem; ut hinc videant, quàm juſtè damnentur. *Videbunt*, ait Propheta, *in quem compunxerunt.*

Aug. Gregor.

Ser. 11. de aſceſ. lib. 10. in Luc.

Hebr. 9.

Ibidem.

Lib. 22. civit. cap. 20.

Ioan. 19. Zach. 12.

Et quoniam hoc mandavit Chriſtus diſcipulis; Videte manus, pedes, latus, ut eos faceret ſuæ reſurrectionis

Luc. 24. Ioan 20.

Digitized by Google

ſurrectionis certiores, cujus teſtes debebant eſſe ad populum: eadem & nos ſæpe inſpiciamus, in quibus videre licet immenſa illa Dei charitatis erga nos inſignia. Vnde D. Aug. *Patent viſcera miſericordiæ per foramina carnis.* Eadē verba S. Ber. repetens, ait; *In quo enim clariùs quàm in vulneribus tuis eluxiſſet, quòd tu Domine, ſuavis & mitis, & multa miſericordiæ. Majorem enim charitatē nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat pro peccatoribus & damnatis.* Cujus conſideratione dixit S. Ignatius, *Crucifixus, amor meus,* & S. Bonavent. *Nolo ſine vulnere vivere, cùm te vulneratum video.* & D. Bern. *Fortiùs,* inquit, *fert ſua miles, cùm ſui Ducis vulnera intuetur. Columba mea,* inquit ſponſus de ſponſa, *in foraminibus petræ,* id eſt vulneribus Christi, quieſcit, & habitat. In Manuali. cap. 21. In Cant. ſer. 61. Ioan. 15. In epiſt. ad Rom. In cant ſer. 30. Cant. 2

Cùm me pulſat, inquit S. Auguſt. *aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti. Cùm me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo. Cùm diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Domini mei extinguitur. In omnibus adverſitatibus meis, non inveni tam efficax remedium, quàm vulnera Chriſti. Peccavi peccatum grande, & multorum mihi conſcius ſum peccatorum, nec ſic deſpero, quia in vulneribus Chriſti medicinam invenio.* Sic & S. Bernard. *Peccavi peccatum grande, turbabitur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nēpe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Quid tam ad mortem, quod non Chriſti morte ſalvetur? Si ergo in mentem venit tam potens atque efficax medicamentum, nulla jam poſſum morbi malignitate terreri. Per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.* In Man. cap. 22. Ser. 61. in Cant. Iſai. 53.

MONITVM CI.

Magiſter, volumus à te ſignum videre.

Matth. 12.

De pec. mer. lib. 2. cap. 34.

DIcit S. Auguſt. *Quamvis Dominus multa viſibilia miracula fecerit, unde ipſa fides, velut quibuſdam primordiis lacteſcentibus germinaret, & ex illa teneritudine in ſuum robur coaleſceret, tamen tantò nunc fortior eſt, quantò magis iſta non quærit*. S. Alphonſus primus Luſitaniæ rex Domino illi in cruce apparente: *Quid tu*, inq. *ad me Domine? credenti enim fidem vis augere? melius eſt ut te videant infideles & credant, quã ego qui à fonte Baptiſmatis te Deũ verum Filiũ virginis & Patris æterni agnovi & agnoſco*. Et S. Hugo Epiſc. Lincolnienſ. ſuggerentibus aliis, ut cruorem Domini inſpiceret, qui è Sacramento manaverat, tanquam veritatis teſtem: *Habeant ipſi*, inquit, *ſigna infidelitatis ſuæ; nobis autem qui verè credimus ſub ſpeciebus ſacramentalibus verum corpus & ſanguinem Chriſti contineri, ſigna quid proderunt?*

Ioan. 4. Lib. 10. conf. cap. 35.

Increpantur qui ſigna petunt; *Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis*. Vnde & idem Auguſt. tentationi ſignum aliquod petendi fortiter reſtitit, & pro ea Dominum orat diligenter, ne unquam conſentiat. Malè ergo petunt ſignum à Chriſto: ſufficere debebant ſigna facta; ex illis duci potuiſſent facilè ad fidem, & veritatis cognitionem,

nem, niſi planè cæci fuiſſent ſuâ malitiâ: erant enim de Meſſia à Prophetis prædicta: & tunc maximè ad credendum incitari ſolemus & debemus, quando videmus vaticinia Prophetarum eventui conſona, ut ſæpè D. Auguſtinus. Cujus eſt & illa ſententia apud Proſp. *Stultus eſt, qui non credit denuntiationibus Prophetarum in paucis quæ reſtant, cùm videat tamen multa completa, quæ tunc non erant quando prædicebantur implenda.* Epiſt. 3. 42. Sent. 214.

Generatio prava Pleni erant rapinâ & immunditiâ, hypocriſi & iniquitate, tametſi foris haberent ſpeciem juſtitiæ; hinc eos comparat *ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent ſpecioſa, intus autem ſunt plena oſſibus mortuorum.* *Adultera*, quia relinquebat ſponſum ſuum, Deum. Per ſuſceptionem Religionis fit quoddam conjugium, qui ab hac religione diſcedit, ille adulterat, ut quando Chriſtianus fit Apoſtata. Simpliciter fornicantur, qui nunquam ſecuti ſunt Chriſtum, ſponſum ſpiritualem. Et Lucas habet, *Generatio fornicaria*: adulterant qui contra profeſſionem à Chriſto recedunt. Vide Auguſtinum. *Perdes omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt.* Malum autem & amarum, illum relinquere, id eſt, alteri credere, alium diligere. Matth. 23. Aug. ſer. 90. in Nov. Pſal. 72. Ierem. 2.

Sed quomodo dicitur, *Signum non dabitur ei*; Nónne Chriſtus multa miracula coram eis fecit? Ita: coram eis; ſed non eis, quia non in bonum ac utilitatem eorum, quia ex iis non ſunt converſi ad fidem, & pietatem. Dantur autem ſigna infidelibus ut convertantur. Electis

autem data ſunt, quia illi ſigna videntes, Chriſto crediderunt, & adhæſerunt. Illis dantur quibus proficiunt ad fidem, & pietatem. Sic prædicavit Evangelium coram eis, non eis, quia contemnebant, calumniabantur: ſed electis, qui illis erant permiſti. Si ſoli fuiſſent, non prædicaſſet, nec miracula feciſſet coram eis; quia præcepit; *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos*, nos docens, in prædicando, corripiendo, diſputando, monendo, non oſtentare zelum, doctrinam, &c. ſed ſpectare fructum animarum; cujus ſi non oſtenditur ſpes, tacere: quia cavendum diligenter, ne ſimus occaſio cur verbum Dei contemnatur, conculcetur.

Aug. in ſer. Nov.

Matth. 7.

Non dabitur ergo eis ſignum in eorum bonum ac utilitatem: ſed bene ſignum Ionæ Prophetæ, id eſt, quod per illud fuit ſignificatum, & eſt exitium Synagogæ; perditio ſtatus Judaici. Signum Ionæ eſt Chriſti reſurrectio; Chriſtus autem reſurgens, fuit everſio Iudæorum, converſio autem & ſalus gentium. Ut autem hoc melius intelligatur, multa ſunt conſideranda in Iona Propheta.

Aug. epiſt. 49. quæſt. 6.

Ionæ 1. & 2. 1. Sicut Jonas ex navi in alvum ceti miſſus eſt, ita Chriſtus ex ligno in ſepulchrum, vel in mortis profundum.

2. Sicut ille pro iis qui tempeſtate periclitabantur, ita Chriſtus pro iis qui in hoc ſæculo fluctuant.

Ionæ 2. 3. Ionas fuit tribus diebus & noctibus in ventre ceti, Chriſtus in corde terræ.

Ionæ 1. 4. Sicut primo juſſum eſt ut prædicaretur Ninivitis à Iona, ſed non ad eos pervenit prophetia Ionæ;

Digitized by Google

Ionæ, niſi poſteaquam eum cetus evomuit: ita prophetia præmiſſa eſt ad gentes, ſed niſi poſt reſurrectionem Chriſti non pervenit ad gentes. Ionæ 3.

5. Quod ſibi Ionas tabernaculum conſtituit, & ſedit ex adverſo civitatis Ninive, quid ei futurum eſſet expectans, alterius ſignificationis perſonam Propheta gerebat. Præfigurabat enim carnalem populum Iſraël. Nam & huic erat triſtitia de ſalute Ninivitarum, id eſt, de redemptione & liberatione gentium. Vnde venit Chriſtus *non juſtos, ſed peccatores vocare ad pœnitentiam.* Ionæ 4. Matth. 9.

6. Vmbraculum cucurbitæ ſuper caput ejus, promiſſiones erant veteris teſtamenti, vel ipſa jam munera, in quibus erat, ut Apoſtolus ait, *umbra futurorum*, tanquam ab æſtu temporalium malorum in terra promiſſionis defenſaculum præbens. Ionæ 4. Coloſſ. 2.

7. Vermis matutinus, quo rodente, cucurbita exaruit, idem ipſe Chriſtus, qui dicit in Pſalmo; *Ego autem ſum vermis, & non homo.* 1. Propter humilitatem paſſionis. 2. Propter partum Virginis: nam hoc animal plerumque de carne, vel quacumque re terrena, ſine ullo concubitu naſcitur. Ex hujus ore Evangelio diffamato, cuncta illa quæ temporaliter apud Iſraëlitas, velut umbraculi priùs ſignificatione viguerunt, evacuata marceſcunt. Ionæ 4. Pſal. 21. ibi Auguſt. & epiſt. 120. cap. 8. Ionæ 4.

8. Ionas aduritur à ſolis ardore, & dolet graviter & tamen dolori ejus atque umbræ quam deligebat, ſalus gentium, pœnitentiumque præponitur; & cunctus ille populus, amiſſo Ieroſolymitano regno, & ſacerdotio, & ſacrificio (quod totum umbra erat futuri) in captiva

va

Matth. 23. va diſperſione magno æſtu tribulationis aduritur.

Hoc minatur eis Dominus in Evangelio; *Relinquetur vobis domus deſerta.* &, *Auferetur à vobis regnum Dei*; cauſamque inſinuat, quòd *lapidem angularem* Chriſtum, *reprobaſſent.* Lapis ipſe Chriſtus, ob firmitatem, quam & ipſe habet, & Eccleſiæ ac electis ſuis præbet. Deinde, quia *omnes impios conteret*, ut eſt Dan. 2. *de lapide abſciſſo de monte ſine manibus*, id eſt, nato de Maria Virgine ſine opere humano. & Matth. 21. *Super quem lapis ceciderit, conteret eum*; quia etiam invitos puniet, & in judicio impios irreparabiliter perdet. Hunc lapidem reprobarunt, quando occiderunt. De quibus & Oſeas; *Exſiccata eſt radix eorum, & ideò non facient fructum. Abjiciet eos Deus meus, & erunt vagi in nationibus.*

Matth. 21. 1. Pet. 2. Daniel. 2. Aug. ſer. 45. 46. in Nov. Oſeæ 9.

Sed quomodo clementiſſimus quondam Deus, qui nunquam tui oblitus eſt, ô Iudaee, nunc per tanta ſpatia temporum, miſeriis tuis non adducitur, rogat Hieron. *ut ſolvat captivitatem, & ut verius dicam, expectatum tibi mittat Antichriſtum? Ob quod, inquam, facinus, & tam execrabile ſcelus, avertit à te oculos ſuos? Ignoras? Memento vocis parentum tuorum: Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* & *Venite, occidamus eum, & noſtra erit hæreditas.* &, *Non habemus Regem niſi Cæſarem. Habe quod elegiſti: Vſque ad finem mundi ſerviturus es Cæſari, donec gentium introëat plenitudo, & ſic omnis Iſraël ſalvus fiat; & qui quondam erat in capite, fiat in caudam.* De iiſdem loquens D. Cyprian. *Iudæis,* inq. *primùm erat apud Deum gratia; ſic olim juſti erant, ſic majores eorum religionibus obediebant, inde illis & regni ſublimitas, & generis magnitudo provenit. Sed illi negligentes, indiſciplinati, & ſuperbi facti poſtmodum, & fiduciâ patrum inflati,*

Hieron. ad Dardanum tom. 3. Matth. 27. Matth. 21. Ioan. 19. Rom. 11. De idolorum vanitatem.

inflati, dum divina præcepta contemnunt, datam ſibi gratiam perdiderunt.

MONITVM CII.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.

Pſal. 72.

DIvus Auguſtinus in Pſal. *Bonum tuum*, inquit, *quære, ô anima. Eſt enim bonum aliud alteri; & omnes creaturæ habent quoddam bonum ſuum, bonum integritatis ſuæ & perfectionis naturalis ſuæ. Intereſt quod cuique neceſſarium eſt, ut perficiatur. Quære tuum bonum. Nemo bonus, niſi unus Deus. Summum bonum, hoc eſt bonum tuum. Quid ergo deeſt, cui ſummum bonum, bonum eſt? Sunt & inferiora bona, quæ aliis & aliis bona ſunt. Pecori quid bonum eſt? niſi implere ventrem, carere indigentia, dormire, geſtire, vivere, ſanum eſſe, generare? Tale tu bonum quæris? Cohæres Chriſti, quid gaudes? quia ſocius es pecorum? Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium.* Similitudinem pecorum iis exprobrat D. Auguſt. qui beſtiarum ritu nullum aliud bonum norunt, nullas delectationes, niſi ad ſenſum permanantes, quod eò turpius eſt eis, qui ita facti ſunt, ut poſſint eſſe hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, id eſt, qui *Dei filii nominentur & ſint.* In Pſal. 102. Matth. 19.

Rectè autem animæ bonum, non epulas, non ſomnum, non etiam alia indigniora, ſed Deum ſolum eſſe confirmat, quoniam, ut idem ait, id eſt cuique bonum, à quo perficitur, & fit melius: At illa 1. Ioan. 3.

illa non modò animum non perficiunt, ſed deteriorem etiam faciunt. detrahunt enim illum à ſublimibus, ad quæ factus eſt, & abjiciunt ad infirma, quorum amore & contactu ſordeſcit. Atque hoc etiam aliâ ratione demonſtrari poteſt. Certum enim eſt atque neceſſarium, cùm cæteræ res omnes creatæ finem aliquem habeant, multò magis hominem quoque ſuum habere, ne tam præſtans natura tanto bono careat, ex quo cætera ferè pendent omnia. Hic verò humanæ naturæ finis; quem omnes appetunt, neque aliud eſt quàm beatitudo, nec beatitudo alia ulla eſt, quàm Deus. Quod B. Thomas ejuſmodi ratione confirmat, *quia bonum illud, in quo ſita ſit beatitudo, neceſſariò tale ac tantum eſſe oportet, ut omnino appetitum impleat, atque ex omni penitus parte exſatiet. Neque enim ultimi finis vel ratio vel nomen illi conveniret, ſi aliquid præterea appetendũ reſtaret.*

Vide Platum de bo ſtat. Relig.

1.2.q.2.art. 8.

Cùm igitur humanæ voluntatis objectum ſit bonum univerſale; objectum autem rationis atque intelligentiæ ſit univerſale verum, hinc efficitur nihil poſſe huic utrique tantæ tamque capaci facultati ſatisfacere, niſi ens univerſale bonum, quod idem etiam eſt univerſale bonum, quod quidem in rebus creatis non eſt invenire; quoniam habent omnes finitam, ac limitatam, tum naturam, tum bonitatem. Reſtat igitur ut in ſolo Deo hominis felicitas collocata ſit, in quo omnia ſunt infinita. Quò etiam pertinet illa docta & accurata diſputatio Aug. in eo libro, quem ſcripſit de moribus Eccleſiæ, ubi ita diſſerit: *Omnibus infixum & innatum eſſe, ut velint beatè vivere: ad beatitudinem tria requiri, ut id quo beatitudo quæritur, ſit* homini *optimum; deinde, ut ametur; tertiò, ut etiam habeatur.*

De morib. Eccleſ. cap. 2.& ſeq.

Nam

Digitized by Google

Nam & qui appetit, quod adipiſci non poteſt, cruciatur, & qui adeptus eſt quod appetendum non eſt, fallitur; & qui non appetit, quod appetendum eſſet, ægrotat.

Addit deinde, *id quod homini optimum ſit, aliquid eſſe oportere, quod non ſit ipſo homine deterius, aut minus, quia quiſquis id ſequatur, quod ipſo deterius eſt, fieri ipſum quoque deteriorem; ſed id tantum, quod ſit ipſo homine melius & excellentius, idq; habere poſſit, & ita habere, ut nunquã invitus amittat. Qui enim de bono quo fruitur certus non eſt ac ſecurus, eum in amittendi perpetuo timore beatum eſſe non poſſe. Quare hoc nihil aliud eſſe poſſe, quàm virtutem & Deum, cui virtute conjungimur; quem ſi ſequimur, bene, ſi aſſequimur, non tantùm benè, ſed etiam beatè vivimus.* Hæc Auguſt. Ibidem.

Quæ omninò vera ac potiùs neceſſaria ſunt, Ea enim eſt natura finis, ut quicquid finem habet, nec conquieſcere poſſit, niſi eo adepto, nec eo adepto non poſſit non conquieſcere; inſuper etiam quò propiùs ad eum quibuſdam quaſi paſſibus accedat, eò magis quieſcat & gaudeat: quò verò longiùs recedat, turbetur ac pejus habeat. Sic igitur etſi perfectum gaudium tum futurũ eſt, cũ *revelatâ facie videbimus Deum ſicuti eſt*, tamen quàm hoc verum eſt, tam neceſſariò quoque illud ſequitur; ut in hac etiam vita; quò magis ei propinquamus; quò diutiùs cum eo verſamur, quò clariùs eum cognoſcimus, eò majora gaudia in animo gignantur, quæ ejuſdem ſunt generis atque naturæ cum illis cœleſtibus, quanquam eo differunt, quòd illa minora, hæc majora ſunt. 2. Cor. 3. 1. Ioan. 3.

Verùm quid multis opus eſt in re tam evidenti? Quantum enim diſtat Dei natura à natura rei cujuſlibet creatæ, tantum inter utriuſq; jucunditatem intereſſe

eſſe oportet. Quid autem ſunt epulæ, quid horti, quid reliqua hujuſmodi ad oblectationem facta, ſi cum Deo comparentur? Vtrum enim melius, Deus qui & ipſum bonum, aut caro, aut quodvis obſonium? Quod ſi tanta eſt diſtantia, ut etiam pudeat hujus comparationis, illud quoque conſequens eſt, ut major ex illo ſuavitas, cùm animi palato guſtatur, quàm horum, cùm corporis.

Epiſt.114. Iure ergo D. Bern. *Reverà*, inquit, *illud verum & ſolidum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore percipitur, & quod cùm poſſederis, nemo tollet à te. Cui comparata omnis aliunde jucunditas, mæror eſt; omnis ſuavitas, dolor eſt, omne dulce amarum; omne decorum, fœdum; omne poſtremò quodcumque aliud delectare poſſit, moleſtum.* Accedit poſtremò ad hæc omnia etiam illud, quod quia in hoc genere maximum eſt, breviſſimè quidem, ſed quàm planiſſimè dicendum eſt. Nihil enim eſt in rebus creatis, quod verè ſit, nullus gradus bonitatis, nullus pulchritudinis, qui non idem multò abundantiùs & perfectiùs inſit in Deo. Primùm, quia illa natura infinita eſt: ſi autem aliquid ei deeſſet, non eſſet infinita. Deinde quoniam quicquid iſta habent, à Deo; nemo autem alteri dare poteſt, quod ipſe non habet. Itaque rectè idem Bern. *Miraris*, inq. *in ſole ſplendorem, in flore pulchritudinem, in pane ſaporem, in terra fœcunditatem: ſed à Deo hæc univerſa ſunt, nec dubium quin multò amplius reſervaverit ſibi, quàm dederit creaturis.*

Ser.1. de omnibus Sanctis.

Hoc itaque cùm ita ſit, ſequi neceſſe eſt, ut qui Deum teneat, ſimul etiam univerſa teneat, eamque ipſam ac multo majorem ex illo delectationem percipiat, quàm ex ſingulis rebus perciperet, ſi iis ſingulis frueretur. Vt enim qui aureum nummum poſſidet,

Digitized by Google

poſſidet, ita pretium poſſidet multorum argenteorum,ac ſi illos ipſos argenteos haberet,ſed hoc commodiùs, quòd illius molis ac ponderis moleſtiâ caret, quæ eſſet in argento: ſic qui cum Deo conjunctus eſt,ſuccum,ut ita dicam, habet omnis boni, quod in tanta rerum hujus mundi varietate diſpertitum eſt, rejectis tantùm ac reſecatis incommodis, quæ cujuſque natura finita, & exilis, & corporea neceſſariò continet.

Itaque hoc illud eſt,quod,ut accepimus, B. Franciſcus adeò in ore habere ſolebat, *Deus meus, & omnia*: quod illi ita erat infixum, ut nihil pænè aliud cogitaret, & in hujus meditatione totas noctes ponere ſolebat.De quo etiam egregiè illa ab Auguſtino dicta ſunt, quibus ita Deum alloquitur: *Quid amo, cùm te amo? Non ſpeciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis,ecce iſtis amicum oculis, non dulces melodias ſuavium cantilenarum omnimodarum, non florum,& unguentorum,& aromatum ſuaveolentium, non manna & mella,non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo,cùm amo Deum meum:& tamen amo quandam lucem, & quandam vocem, & quendam odorem,& quendam cibum,& quendam amplexum,cùm amo Deum meum, lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei; ubi fulget animæ,quod non capit locus,& ubi ſonat quod non rapit tempus,& ubi olet quod non ſpargit flatus,& ubi ſapit,quod non minuit edacitas,& ubi hæret,quod non divellit ſatietas:Hoc eſt quod amo,cùm amo Deum meum.* Hactenus Auguſt. De ſuprema beatitudine dicit S. Ioan. *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Chriſtum,videlicet, non tantum videbimus in forma ſervi, in qua videbunt eum etiam impij, ſed & in forma Dei, ſe-

Lib. 10. confeſ. ca. 6.

1. Ioan. 3.

candùm quam propriè eſt immutabiliter, poſſidens totum eſſe & omne bonum. Diſtinguit ergo hanc Chriſti viſionem ab ea quæ eſt ſecundùm humanam naturam, ſecundum quam etiam à Iudæis eſt conſpectus; deinde etiam ab iis apparitionibus, quæ factæ leguntur in veteri teſtamento, ubi videbant ſancti non incommutabilem Divinitatis naturam ſed creatam aliquam formam, per quam velut per ſpeculum, & ænigma Divinitas ſignificabatur. Viſio autem iſta non corporalis eſt ſed intellectualis; quomodo videre dicimur juſtitiam, principia ſcientiarum, & ſimilia. Vera eſt Dei intellectio, non tamen ipſius comprehenſio. Tractat hæc latè S. Aug. & docet ex ſcripturis *Deum videri mundo corde*, non oculis corporalibus. Et pulchrè admodum oſtendit quomodo ſancti poſt reſurrectionem aliquouſque etiam corporeis oculis in rebus corporalibus viſuri ſunt Deum; quemadmodum & nunc in viventibus ex motu & operatione incorporeas animas corporeis oculis rectè videre dicimur.

Epiſt. 111. 112. De Civit. lib. 22. ca. 29.

Erit autem hæc beata viſio non tranſitoria, quali Deum, ſicuti eſt, viderunt ſummus Iudæorum doctor Moyſes, & Chriſtianorum, Paulus: Eſt enim hæc ſententia D. Auguſt. hoc ipſorum fuiſſe ſingulare privilegium, ut Divinam eſſentiam viderint, quod alibi repetit. Quem ſequitur D. Thomas in 2. 2. ubi de raptu diſputat; etſi aliis aliter viſum. Non eſt ergo viſio tranſitoria, ſed tam ſtabiliter menti noſtræ lucebit Divinitas, tamque arctè eam ſibi conjunget, ut mens inde avelli non poſſit, nec à ſeipſa quidem, & hoc de ſe certiſſimè ſciat. Nam ſi vel minimus ibi foret ſeparationis metus non poſſet cor hominis eſſe quietum. Hæc autem viſio planè

De Gen. ad lit. ca. ult. li 12. Epiſt. 112. ex c. 12. Nu & ex epiſt. 2. ad Cor. c. 12.

planè ſatiat hominem, dum nihil eſt unquàm deſiderabile, quod in Deo non habeat dum eum videt, iuxta illud Prophetæ; *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Pſal. 16.

Porrò dum intellectus viſione Dei ſatiatur, rapitur deinde & voluntas in firmum & perfectum amorem ejus, & ineffabilis pulchritudinis ipſius juſtitiæ. Ex plena autem animæ juſtitia, perfecta ſequitur corporalis immortalitas. Atque hinc dicit Ioan. futuros nos ex ipſa Chriſti viſione, illi ſimiles. Vt enim videmus corpus ex alimentis immutari, atque aſſimilari: ſic & anima cùm paſcetur & ſatiabitur æternâ luce juſtitiæ, ſimilis efficietur. Quomodo verò ex animæ diſpoſitione corpus immutetur, experimur quotidie in iræ, lætitiæ, triſtitiæ affectibus. Idque in paradiſo manifeſtiſſimè cognitum eſt ubi ex animæ peccato, ſecuta eſt magna illa corporis immutatio, ut ex pleniſſimè ſano potentéque non mori, fieret morborum & mortis neceſſitati ſubjectum. *Tam potenti natura*, ait Auguſt. Epiſt. 56. *Deus fecit animam, ut ex ejus pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporum ſanctis promittitur, redundet, etiam in inferiorem naturam, quod eſt corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor.*

Digitized by Google

MONITVM CIII.

Grati eſtote.

Coloſſ. 3.

THomas Kempenſis, ſpiritualis Doctor egregius, de quatuor potiſſimùm ſibi in Domino gratulabatur. 1. Quòd inter Chriſtianos natus, & Chriſtianis ſacris à primordio vitæ eſſet initiatus. Quòd inter Chriſtianos natus, non inter infideles, Turcas, Iudæos, hæreticos, quibus ſimiles ferè ſunt, & fiunt qui inter illos naſcuntur. Peſſima autem
Hebr. 11. plaga, fide carere, *ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, aut ad eum accedere.* Eſt ſuperni agricolæ prima plantatio, ex qua reliqua profluunt. *Prima enim datur*,
De Prædeſt. ſanct. cap. 7. inq. S. Aug. *ex qua cætera impetrentur, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus juſtè vivitur. Quod enim lex im-*
In Pſal. 118. *perat, fides impetrat*, ait alibi. *Vbi autem non eſt agnitio veritatis*, inq. D. Proſp. *falſa eſt virtus in optimis mo-*
Sent. 106. *ribus.* Deinde quòd baptiſmo initiatus; quòd Sacramentum ad ſalutem planè neceſſarium, maximè infantibus, qui nullum aliud habent ſalutis remedium. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu S.*
Ioan. 3. inquit Chriſtus, *non poteſt introire in regnum Dei.* Illo
Tit. 3. dicimur in Scripturis *renaſci, regnerari, renovari, ſal-*
1. Pet 3. *vari.* Illo ex filiis iræ & maledictionis (quales om-
Epheſ. 2. nes naſcimur) filii gratiæ efficimur, & benedictionis.

Miſerandus eſt ſtatus parvulorum ſine baptiſ-
Epiſt. 75. mo decedentium, Dicit S. Auguſt. quod *damno unius*

Digitized by Google

unius animæ infantis abſque baptiſmo morientis innumerabilium mors corporum non valet comparari. Novellos hæreticos Pelagianos, ait idem Aug.lib.2.de orig. animæ ca.12.*juſtiſſimè Conciliorum Catholicorum,& Sedis Apoſtolicæ damnavit authoritas, eò quòd auſi fuerint non baptizatis parvulis dare quietis & ſalutis locum etiam præter regnum cælorum.* Loquitur autem ibi Auguſt.de Concilio Palæſtino, Carthaginenſi & Milevitano: Pontificibus verò Innocentio Primo & Zoſimo. Vide Epiſt.93. apud Aug. Manent enim in peccato & ira Dei,ſub poteſtate diaboli, à quo & in damnationem pertrahuntur. Vide Conc. Florent. in Concluſ.& Aug.lib.1. cap. 28.de pec. mer. & lib. 2. ca. 20.21. *Ex duobus autem parvulis, originali peccato pariter obſtrictis, cur iſte per baptiſmum ab originali impietate ſolvatur,ille non pertingat ad baptiſmum, ſed in ſua impietate relinquatur, ad inſcrutabilia judicia Dei referendum eſſe docet* idem Auguſt.

ad Auxiliū Sacerdotem.

De pec. mer. lib. I. cap. 21. de bo. perſev. cap. 8.

2. Quòd à Chriſtianis parentibus eſſet natus, iiſque piis ac modicis. Pii parentes ſolliciti eſſe ſolent, ut & liberi, quos gignunt,pii ſint. Quia pius erat Abraham,*præcepit etiam filiis ſuis,& domui ſuæ,ut cuſtodirent viam Domini.* Parentes Suſannæ, pudiciſſimæ matronæ,quia pii erant, etiam *filiam ſuam erudierunt ſecundùm legem Domini.* Tobias ſenior, quia pius erat, etiam *filium ſuum docuit ab infantia timere Deum,& abſtinere ab omni peccato.* Quàm multi filii pereunt, quia pios parentes non habent? Exſpectas ne ut parentes tradant filiis honeſtos mores quos non habent? aut alios mores, quàm quos habent? *Patrem ſequitur ſua proles.*

Geneſ. 18. Dan. 13.

Tob. 1.

Iuvenal. Sat. 14.

Modici etiam parentes non magnas opes relinquunt hæredibus, quas *malorum irritamenta* vocat

Luc. 6. Matth. 19. cat Poëta. *Væ vobis divitibus*, ait Chriſtus, *qui habetis hic conſolationẽ veſtram*, &, *Difficile eſt divitem intrare in regnum cœlorum*. Solent divites, in ſuis divitiis nimiùm confidere, propter illas ſuperbire, alios contemnere, illis abuti ad nequitias, &c. *Odi ego aurum*, ait Comicus, *multa multis ſæpe ſuaſit perperam*. *Quando Deus*, ait S. Auguſt. *aufert ſubſidia vitiorum, & copioſas libidines, inopes reddit, miſericorditer adverſatur*. Philoſophus amiſſis naufragio omnibus. *Niſi*, inq. *iſta periiſſent, ego ſalvus non eſſem*. Alius magnam auri vim ultrò projecit in mare, dicens; *Mergam vos, ne mergar à vobis. Non putans*, ait S. Hieron. *ſe ſimul poſſe poſſidere divitias & virtutes*.

Plautus. — Epiſt. 5. de Marc. — In Epiſt. ad Julian.

Quod ſatis eſt, cui contingit, nil amplius optet, inquit Poëta. *Eſt quæſtus magnus*, ait Apoſt. *pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus. Habẽtes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus*. Orat Dominum Sapiens; *Divitias & paupertatem ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam; Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Domini mei*. Dicit Poëta; *Aurum irrepertum & tunc melius ſitum, cum terra celat*. Et noſter Boët. de Conſol. Philoſ.

Horat. li. 1. Epiſt. 2. — 1. Tim. 6 — Prov. 30. — Horat. lib. 3. Carm. Ode 3. — Lib. 2. metro 5.

Heu quis primus fuit ille,
Auri qui pondera tecti,
Gemmaſque latere volentes,
Pretioſa pericula fodit?

3. Gratulabatur ſibi, quòd contigiſſet adoleſcentiam ſuam ab optimis magiſtris imbui. Magna cura eſſe debet de præceptoribus bonis, & eſt maximum bonum tales habere, qui pietatem cum

ſcientia

ſcientia ſimul inſtillant animis puerorum. Monet quendam Plinius Secundus, gentilis tamen; *Trade filium præceptori à quo mores primùm, mox eloquentiam diſcat, quæ malè ſine moribus diſcitur.* & D. Hieron. in epiſt. ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Magiſter*, inquit, *eligatur probæ ætatis, vitæ, & eruditionis.* Alexander potentiſſimus, & orbis domitor, & in moribus & in inceſſu, Leonidis pædagogi ſui non potuit carere vitiis, quibus adhuc parvulus fuit infectus. *Proclivis eſt enim malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia*, ait ibidem Hieronymus.

In Epiſt. ad Corelliam.

In Epiſt. ad Lætam.

ibidem.

Theodoſius Imper. ſcripſit ad Gratianum Imper. rogans ut egregium pietate virum, qui filios Arcadium & Honorium doceret, Conſtantinopolim mitteret: Gratianus ad Damaſum Papam hac de reſcripſit, qui miſit Arſenium inſigniter pium & doctum; (non contentus Theodoſius eis Imperium tradere, niſi in eos & pietatem tranſtuliſſet.) cui filios ſuos tradidit, dicens; *Poſthac tu magis pater eorum, quam ego. Diis, parentibus, & magiſtris nõ poſſumus reddere æquivalens*, inq. Ariſtot. lib. 9. Ethic. Imò dixerunt quidam amplius nos præceptoribus debere quàm parentibus: ex his enim habere nos quod homines ſumus, ex illis verò quod boni ſumus.

Quantum bonum dedit Deus Eccleſiæ, quando miſit B. Ignatium Societatis Ieſu fundatorẽm, qui Collegia inſtituit, in iiſq; magiſtros doctos & pios, qui juventutem optimè in literis & pietate inſtruant. *Quod munus* ? ait Cicero, *Reipublicæ afferre majus meliùſve poſſumus, quam ſi docemus atque erudimus juventutem* ? Ex bona enim inſtitutione puerorum,

Lib. 2. de Divinat.

Plato de legib.

Pp 4

Digitized by Google

Plut. de educ. puer. rum, ſalus pendet Reip. Magiſtratus enim bonus eſſe non poteſt, niſi cives boni ſint, ex quibus Magiſtratus creantur: viri autem nunquam tales erunt, niſi adoleſcentes, puerique tales ſint. *Adoleſcens enim juxta viam ſuam*, ait Sapiens, *etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.* Prover. 22. *Quod nova teſta capit, inveterata ſapit*, inquit Poëta.

4. Gratulabatur ſibi, quòd Monaſticam vitam inter viros religioſiſſimos ageret. Pſal. 132. *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum.* Fidiſſimus ſalutis portus, Religio bene ordinata & reformata, *in quem recepiſſe ſeſe dicebat.* Vincentius Lirinenſis, author inſignis libelli contra Novatores, In lib. cont. novatores. *ut ibi & præſentis vitæ naufragia, & futuri ſæculi incendia vitare poſſet.* Suadet Ruſtico Hieron. *vivere ſub unius diſciplina Patris, in conſortio ſanctorum:* duplici ex cauſa; 1. Ne ſi viam *ingrederetur ignotam ſine duce, pateret facilè errori.* 2. *Vt vivens in conſortio ſanctorum, ab uno* Epiſt. ad Ruſtic. *diſceret humilitatem, ab alio manſuetudinem, ab alio obedientiam, ab alio aliam virtutem. Quemadmodum enim*, inquit S. Baſilus, Hom. in Gordium martyrem. *ſuavia aromatum odoramenta proprium quiddam per aërem continentem ſpirant, quibus præſentes recreantur; ita vir bonus toti ſibi commorantium contubernio, ſalutaris & jucundus eſt.*

Tradit de S. Antonio magnus Athanaſius, de In vita Ant. induſtria eum inter multos potiùs, quàm ſolitarium vivere decreviſſe; quoniam ex omnibus, quibuſcum vivebat, bonum aliquod elicere ſtudebat; ita ut quaſi univerſarum virtutum fontibus irrigatus, omnium in ſe dotes exprimeret. Nec ſolùm hoc ipſe exequi, ſed idem etiam aliis præcipere, & inculcare conſueverat. Epiſt. 6. Dicit etiam Seneca; *Plus tibi viva vox & convictus, quàm oratio proderunt. Primùm,*

mùm, quia homines plus oculis, quàm auribus credunt. Deinde quia longum iter eſt per præcepta breve & efficax per exempla. Denique Divus Leo, *Nullus bonus,* inquit *ſibi ſoli eſt bonus, nec cujuſquam ſapientis ſibi tantùm amica eſt ſapientia. Et hæc verarum natura virtutum eſt, ut multos à tenebroſo abducat errore. Facilis ad exhortandum ſit ratio, efficax ad ſuadendum: validiora ſunt tamen exempla, quàm verba, & pleniùs eſt opere docere, quàm voce.* In ſer. de S. Laurentio.

Cogitandum poſtremò, quòd ſicut præſentis vitæ ſocietas cum dæmonibus, & hominibus impiis, ad initium pertinet perpetuæ damnationis, & æternæ cum ſatana ſocietatis: ſic converſatio cum Angelis, & hominibus ſanctis in hac vita, ſpectat ad initium patriæ noſtræ, & æternæ felicitatis. D. Baſilius, cùm multa de religioſi inſtituti præſtantia diſſeruiſſet, ad extremum ita concludit; nihil eſſe in terris tam magnum & tam pulchrum quòd ei comparari poſſit: itaque è ſolo cælo ejus ſimilitudinem petendam, quoniam ſicut in cœleſtibus omnibus incorruptio viget, ita viget etiam in religioſis, & ſicut cæleſtes charitate inter ſe conjunctiſſimi ſunt, ſic etiam religioſi. Verè bonum non eſt homini ad virtutem aſpiranti ſolitarium eſſe, quin potius damnoſum & periculoſum, quoniam & facilius à dæmone ſupplantatur, & ipſe citiùs in curſu fatigatur, & fidelibus conſiliis atque etiam ſalutatibus exemplis deſtituitur. Conſtit. Monaſt. ca. 19.

Digitized by Google

MONITVM CIV.

Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ, &c.

Pſalm. 50.

Pſal. 4. Pſal. 34. VOcat Propheta Deum, Deum ſalutis, ſicut & Deum juſtitiæ; quòd ab eo nobis ſit omnis juſtitia & ſalus. Vnde ipſe Deo: *Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.* Tametſi enim nobis plurima beneficia ex creaturis proveniant; ipſe tamen eſt ſalus noſtra; ipſe primus fons, & bonorum omnium prima origo; creaturæ verò, veluti quidam alvei ſunt & canales, per quos in nos ſua munera derivat Deus. 1. Tim. 4. De eo dicit Apoſtolus; *Qui eſt ſalvator omnium hominum, maximè fidelium,* quia omnibus dat aliquam ſalutem, corporalem ſeu temporariam, ſed electis æternam. Pſal. 35. Vnde & David, *Homines & jumenta*; *etiam carnales, ſalvabis Domine, ſed filij hominum* id eſt, *ſpirituales, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Audiam ergo dicentem mihi,* inquit S. Auguſt. *Salus tua ego ſum*; *non illum dicentem, Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus. Aliam ſalutem non requiram præter Dominum Deum meum.* In Pſal. 34. Pſal. 3. *De creatura mihi ſalus ſuggeritur, ab ipſo eſt; & ſi levo oculos meos in montes, tamen auxilium meum à Domino, non à montibus. In ipſis temporalibus anguſtiis ſubvenit per hominem Deus, ſalus tua ipſe eſt: Per Angelum ſubvenit Deus, ſalus tua ipſe eſt.*

Petit autem Propheta liberari de ſanguinibus, id

id eſt, de corruptione & concupiſcentia mala, in qua naſcimur. *Qui non ex ſanguinibus, ſed ex Deo nati ſunt*, ait Ioannes & Paulus, *Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt*, atque hoc explicans. *Neque corruptio*, inquit, *incorruptionem. Quantum enim ad ſubſtantiam attinet*, ait D. Aug. *etiam tunc caro erit: quantum autem ad corruptionem, quæ nunc aggravat animã, & ad vitia trahit, quibus caro concupiſcit adverſus ſpiritum, tunc non erit caro ſed corpus.* Multiplex autem eſt corruptio cum qua naſcitur homo; 1. Ignorantia mentis. 2. Malitia voluntatis. 3. Inferiorum partium animæ erga ſuperiores inobedientia. 4. Membri genitalis rebellio contra imperium voluntatis. Ioan. 1. 1. Cor. 15. Ench. c. 91.

Quæ vitia nunquam plenè etiam in ſanctis extinguuntur. Vnde Paulus Apoſtolus; *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et Paulinus Epiſcopus, *Infelix ego qui in me venenatum inimicæ arboris guſtum nec crucis ligno digeſſi. Durat enim mihi illud per Adam virus paternum, quo univerſitatem generis ſui pater prævaricatus infecit.* Petit ergo liberari ab iſta corruptione, & concupiſcentia mala, non ut non ſit; non enim hîc datur: ſed ne dominetur; eſt enim nobis multorum malorum cauſa; & ut magis magiſque in nobis minuatur. Quod fit Dei gratiâ & noſtrâ cooperatione. Vnde monet Paulus; *Mortificate concupiſcentiam malam: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: Exuite veterem hominẽ*, &c. Rom. 7. Apud Aug. epi. 106. Coloſ. 3.

Exultabit lingua mea juſtitiam tuam, id eſt, cum gaudio & exultatione laudabit. Sed quomodo juſtitiam laudabit? Nónne miſericorditer facit, quando ſic liberat? Ita. tamen etiam juſtè. Sæpè enim in Scripturis juſtitia idem eſt quod bonitas, juſtus quod

Pſal. 111. quod bonus, Vt Pſal. 111. *Miſericors & miſerator & juſtus.* & Pſal. 114. *Miſericors Dominus & juſtus.* Iuſtitia enim nomen generale eſt ad omnem virtutem. Dicitur etiam juſtus Deus; vel quia reddit homini prout meretur & dignus eſt, atque ei debetur: vel quia ſic hominem tractat, ut ſummam illam Sapientiam atque bonitatem decet.

Pſal. 114.

In Proſcelogio ca. 9 & 10. Vnde D. Anſelmus; *Iuſtum eſt*, inq. ô *Deus, ut parcas malis, & ut facias bonos de malis: ſed & juſtum eſt ut malos punias. Quid namque juſtius, quàm ut boni bona, mali mala recipiant? Quomodo ergo & juſtum eſt, ut malos punias, & juſtum eſt, ut malis parcas? An alio modo juſtè punis malos, & alio modo juſtè parcis malis? cùm enim punis malos juſtum eſt, quia illorum meritis convenit; cùm verò parcis malis, juſtum eſt, non quia illorum meritis, ſed quia bonitati tuæ condecens eſt.* Dicitur Deo proprium miſereri ſemper & parcere; ſed nónne etiam vindicat & punit? *Sed miſerendi cauſam ſumit ex proprio, ulciſcendi magis in alieno*, inquit S. Bern.

In orat. Eccleſ. Ser. 5. de Nat.

Vel *juſtitiam tuam*, quæ mihi abs te eſt, ut ſit contra eos qui ſuam juſtitiam quærunt ſtatuere, de quibus Apoſtol. id eſt, ſuis viribus vel meritis partam. De quibus D. Auguſt. cont. 2. epiſt. Pelagian. Hoc autem etiam ad juſtificationem hujus vitæ pertinet, cum prædictis vitiis, ignorantia, concupiſcentia, &c. viriliter congredi, & ea magis magiſque minuere, & in interioris hominis novitate, magis magiſque proficere; quod non ſuis viribus tribuere debet qui proficit, & vincit, ſed Dei gratiæ, eique de dono iſto gratias agere. *Contra iſta enim vitia pugnantes, profectò vincimur*, inquit Sanctus Auguſtinus, *niſi divinitus adjuvemur, non ſolùm ut videamus quid faciendum ſit; ſed etiam accedente ſanitate, delectatio*

Rom. 10.

Lib. 3. c. 7.

Enchi. 81.

lectatio juſtitiæ, vincat in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo, ſcientes videnteſque peccamus.

Quantus autem fuerit David gratiæ Dei cognitor ac prædicator, patet ex verſu ſequenti; ne enim videretur dixiſſe præſumptuoſiùs, *Exultabit lingua mea juſtitiam tuam*; quaſi hoc ipſe ex ſe faceret; gratiam Dei etiam ad hoc ſibi neceſſariam perſpiciens, mox addit, *Domine labia mea aperies. Laudare te vult homo*, ait Divus Auguſtinus Deo, *aliqua portio creaturæ tuæ. Tu enim excitas ut laudare te delectet.* &; Lib. 1. Conf. c. 1.
Accipe ſacrificium confeſſionum mearum de manu linguæ mea, quam formaſti, & excitaſti, ut confiteatur Nomini tuo. Lib. 5. c. 1. Viribus enim animæ, membriſque corporis rectè uti non poſſumus, niſi per Dei gratiam. Vnde Epiſt. 1. c. 7. quod apud Cæleſtinum, dicitur in epiſt. in titulo cap. 7. de libero arbitrio, quòd *nemo niſi per Chriſtum illo rectè utatur*: locum etiam habet in aliis. De lingua dicit Iacobus Apoſt. quòd *nullus hominum eam domare poteſt.* Iac. 3. *Non dicit*, inq. Auguſt. *nullus, ſed nullus hominum, ut ſi quis eam domet ac rectè utatur, fateatur id Dei gratiâ & miſericordiâ fieri.* De nat. & grat. c. 15.

Vnde Sancti rectum ejus uſum à Domino petunt; Pſal. 140. *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, ait David, & *oſtium circumſtantiæ labiis meis.* &, Pſal. 118. *Ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque*, &. Pſal. 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Salomon quoque: Prover. 30. *Vanitatem & verba mendacii longè fac à me.* & Eccleſiaſticus, Eccleſ. 22. *Quis dabit ori meo cuſtodiam & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Domine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno, & conſilio eorum, nec ſinas me cadere in illa exprobratione.*

Hinc

Epheſ. 6. Hinc & ipſe Apoſtolus orabat, ut Deus ſibi daret
Coloſ. 4. legitimam ac rectam Evangelii prædicationem, alioſque rogabat, ut pro ſe eam à Deo peterent. Sic
Lib. 11. etiam orabat D. Aug. *Circuncide, Domine, ab omni te-*
Conf. ca. 2. *meritate, ab omniq; mendacio interiora & exteriora labia*
Li. 4. de Doct. *mea.* & Doctorem monet, quando ad dicendum ac-
Chriſt. c. 15. cedit, *exerat proferentem linguam, ad Deum levet animã ſitientem. Quis enim facit,* inq. *ut quod oportet, & quemadmodum oportet, dicatur à nobis, niſi in cujus manu ſunt, & nos & ſermones noſtri?*

MONITVM CV.

Pars mea Dominus, dixit anima mea, &c.

Threnor. 3.

SEnſus iſtius verſiculi eſt; Ego ipſe apud me, & mecum dixi in mediis calamitatibus, & amiſ-
Matth. 16. ſionibus bonorum hujus ſæculi: quia ut nihil *prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, Dei verò ſui detrimentum patiatur:* ſic nihil ei obeſt, ſi totum mundum perdat, dum tamen Chriſtum lucrifaciat. Quid autem dixit? nempe quod præceſſit: *Pars mea Dominus,* id eſt, hæreditas mea, q. d. totum bonum meum, ſeu univerſa poſſeſſio mea, Dominus eſt.
Pſal. 72. Sic David in Pſal. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Illius verò hominis Deus pars eſt in hoc ſæculo, qui ſe Majeſtati ipſius & credulitati conſociat, & probabili actione commendat: in venturo autem, qui videt eum facie ad faciem. Hoc autem dicit fidelis in ſua tribulatione ſe conſolans: *Pars*

mea

mea Dominus q. d. Quamvis mihi omnia hujus mundi bona adempta ſint, tamen hæc una res me pro omnibus conſolatur, quòd Dominus mea pars eſt, & mea poſſeſſio, quam mihi nulla res poterit eripere, juxta illud fideliſſimi Pauli, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Certus ſum quòd nulla creatura.* Rom. 8.

Quod ſi & Philoſophus neſcio quis laudatur, & cum plauſu excipitur, dicens, *Omnia mea mecum porto*, cùm nudus captâ patriâ evaſiſſet, propter nonnullam ſpeciem ſapientiæ, quâ præditus erat: quanto meliori jure quicunque fidelis debet cum ſancta quadam arrogantia, dicere, Nihil amiſi, nihil perdidi, omnia mea mecum porto, quia *Pars mea Dominus in æternum.* Vnde & ipſe Dominus Abraham confirmans, ait, *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis*, ego ipſe ſum ut poſſis dicere, *Pars mea Deus in æternum.* Sic conſolabatur etiam Paulus fideles Hebræos, dicens; *Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiã.* Et dicebat Oroſius; *Nihil perdidi, ubi nihil amavi; totumq; habeo, quando quem diligo mecum eſt.* Et D. Hier. *Affatim dives eſt*, inquit, *qui cum Chriſto pauper eſt.* Sequitur apud Prophetam. Geneſ. 15. Heb. 10. Lib. 5. hiſt. cap. 2. Epiſt. ad Heliod.

Propterea exſpectabo eum; ut, videlicet, teneam per ſpeciem, quem teneo per ſpem; in hoc enim ſæculo, quamvis hæredes ſimus Dei, & ipſe noſtra pars ſit, & noſtra hæreditas, ut etiam Paulus, *Ipſe Spiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur.* Tamen parvuli adhuc ſumus, necdum nobis tradita eſt hæreditas; unde ibi ſubdit; *Spe ſalvi* Rom. 8. Ibid.

facti

facti ſumus; ſpes autem, quæ videtur, non eſt ſpes; nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quo non videmus, ſperamus, per patientiam exſpectamus.

Vt enim qui erant in veteri lege, ad novam comparati dicebantur parvuli, ut Apoſt. ad Galat. *Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt à ſervo, cùm ſit Dominus omnium; ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, uſque ad præfinitum tempus à Patre.* Ita nos ad beatos comparati, parvuli ſumus, hæreditatis ſupernæ ſpem habentes, non adhuc poſſeſſionem. Recte igitur Propheta nomine cujuſque fidelis: Quamvis interim uſque ad præfinitum tempus à Patre, ſerviam quadantenus & quodammodo malis & tyrannis hujus ſæculi: ſcio tamen quòd filius Dei ſum, & *ipſe eſt pars & hæreditas mea: propterea exſpectabo eum* quouſque finiatur tempus pueritiæ meæ, & prædagogiæ meæ, patienter interim ferens dominationem ſervorum & improborum.

Galat. 4.

Atque hinc diſcimus quomodo nos debeamus gerere in hoc ſæculo cùm non ſenſerimus à potentioribus opprimi, & tanquam ſervituti ſubjici: ut videlicet, feramus patienter, & meliora futura exſpectantes, iſta præſentia, quæ adverſa videntur, ſancta quadam ſuperbiâ contemnamus, & nihili faciamus, dicentes. *Pars mea Deus in æternum.* Vide autem quomodo prophetica lamentatio, incipit eſſe aperta morum & pietatis eruditio. Non enim more muliercularum verba inania fundit, ſed ubique docet, nunc latenter, nunc apertè, omnia quæ in hoc mundo chara, pulchra, atque pretioſa habentur, vanitatem eſſe, & ſubitò auferri; ſolam autem pietatem ſolidam eſſe & ſtabilem.

Ibidem in

Bonus eſt Dominus, id eſt, ſuavis jucundus, benignus

gnus, beneficus, etiam quando flagellat, quando percutit, quando iratus videtur. Sed hoc non eſt omnibus, non improbis, non deſperatis, non infidelibus, qui dum flagellantur, non corriguntur, ſed blaſphemant, & indignantur: ſed *bonus eſt ſperantibus in eum*, piis, & fidelibus, & paternam manum agnoſcentibus. Qualis erat Tobias, de quo ait Scriptura, quòd *non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis evenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* Vnde etiam irridentes pietatem ejus, increpabat dicens; *Nolite ita loqui, quia filij ſanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt ijs qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Threnis. Tob. 2. Ibidem.

Quaſi cum noſtro Propheta diceret, *Pars noſtra Deus in æternum, ideò exſpectemus eum.* Sic David; *Quàm bonus Iſraël Deus, his qui recto ſunt corde.* Quid igitur? alijs non eſt bonus Deus? ſi quidem ſummum bonum nemini poteſt eſſe malum. Audi eundem Pſalmiſtam; *Cum ſancto ſanctus eris, & cum electo electus eris, & cum perverſo perverteris.* Et rationem, vel expoſitionem ſubjungit, dicens; *Quoniam tu populum humilem ſalvum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.* Pſal. 72. Pſal. 17. Ibidem.

Dicitur ergo Deus bonus eſſe iis, quos ſalvat, & quibus vitam largitur æternam: non bonus autem iis quos ob ſua ſcelera damnat, & mittit in ignem æternum. Deus igitur ſecũdùm ſuam eſſentiam ſummũ bonum eſt, & nemini eſt, aut poteſt eſſe malũ; ſed ſecundùm ſuos effectus, dum malum pœnæ damnatis & perverſis infligit, malus, id eſt, moleſtus eſt, & odio habetur à corruptis voluntatibus. Vnde D. Aug. tractans illud Amos; *Si eſt malum in civitate, quod* Cont. Adimant. c. 26. Amos. 3.

non fecit Dominus, ait; *Divinâ prudentiâ cuncta moderāte, ita homo malefacit quod vult, ut malè patiatur quod non vult.* Et Tertullian. contra Marcionem; *Deus initio, inquit, tantùm bonus fuit, orto peccato factus eſt juſtus, id eſt, cœpit exercere juſtitiam.*

Lib. 2. c. 11.

Ibid. *Hæc ergo ratione*, ait Aug. *Deus malum facit, quod non ipſi Deo malum eſt, ſed eis quos vindicat. Itaque ipſe, quantū ad ſe pertinet, bonum facit, quia omne juſtum bonū eſt, & juſta eſt illa vindicta. Quamvis enim malum ſit gehenna dānato, juſtitia Dei bona eſt, & ipſe fructus eſt ex arbore bona.* Sic. Aug. Et alibi: *Quā bonus Iſraël Deus? ſed quibus? rectis corde perverſis quid? perverſus videtur. Nā ut ſol oculos puros habenti trāquillus apparet; in oculos autē lippos quaſi tela aſpera jaculatur; intuentē illū vegetat, hunc excruciat; nō mutatus, ſed mutatum. Si cœperis eſſe perverſus, & tibi Deus perverſus eſſe videbitur; tu mutatus es, nō ille. Ergo erit tibi pœna, quod bonis gaudiū.*

In Pſal. 72.

Animæ quærenti illum, ſupple, bonus eſt. Et rectè ſpei ſubjecit quæſitionem; omnis enim qui ſperat quærit, & operam dat, ut inveniat, & obtineat id quod ſperat. Alioqui temeraria erit & ſtulta ſpes, ac potius præſumptio. Quæritur autem Deus, & invenitur, ſi vadas per rectam viam mandatorum ejus. Ergo *animæ quærenti illum*, id eſt, homini ſervanti mandata ejus, bonus eſt & benignus Dominus, quia dat eis ſeipſum, & vitam æternam in alio ſæculo: licet in hoc auferat bona temporalia, & caduca, ad exercitium virtutis.

Bonum eſt in ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Bonum eſt, honeſtum, utile, & delectabile. Honeſtum quidem, quia opus virtutis, ex ſpe & fide procedens cum charitate. Vtile autem, quia ſummum homini bonum parit & conciliat. Et eâdem ipſâ

ratione

ratione ſuave eſt & delectabile. Vnde Apoſtolus ait; *Spe gaudentes. Præſtolari*; exſpectare; ſervat enim aliquid bonis, nempe ſeipſum, quamvis diu differri videatur. *Non enim tardat Deus promiſſionem ſuam*, id eſt, non differt ultra tempus ſtatutum. Et; *Si moram fecerit, exſpecta eum, quia veniens veniet, & nõ tardabit. Cum ſilentio*, id eſt, ſine querelis & murmurationibus, & blaſphemiis adverſus Dominum. Rom. 8. 2. Pet. 3.

Non ut Iudæi, qui ubi res primùm ad votum non ſuccedebat, ſtatim in murmurationes prorumpebant, in Ægyptum redire cupientes. Et apud Ezechielem dicunt; *Non eſt recta via Domini*. Vnde Apoſtolus monet, *Neque murmuraveritis, ſicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore*. Et; *Omnia facite ſine murmurationibus*. Murmuratio enim eſt tinea & corruptio patientiæ. *Salutare Dei*, id eſt, ſalutem, ac liberationem ex malis omnibus, & periculis. Quæ ſalus hîc inchoatur per patientiam; quia *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Ezech. 33. 1. Cor. 10. Philip. 2. Luc. 21.

Bonum eſt viro cùm portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua. Viro unicuique utile eſt & commodum. Nam Hebræis nomen (viri) ſumi ſolet diſtributivè, pro eo quod eſt, unuſquiſque, non habitâ ratione ſexus. *Cùm portaverit jugum Domini*, id eſt, quod aſſuefactus ſit obedire legi Domini, & ſervare mandata ejus. Propriè enim jugum, obedientia intelligitur. *Ab adoleſcentia ſua*; quoniam

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu, Horat. li. 1. epiſt. 2.

ait Poëta. Et Salomon: *Adoleſcens juxta viam ſuã, etiã cum ſenuerit, nõ recedet ab ea*. Ex hac ſentẽtia Prophetæ Prov. 22.

2.2.q. 189. art. 5. D. Thomas laudat conſuetudinem Eccleſiæ, quâ pueri in Religionibus recipiuntur, ut ibi educentur, & bonis moribus imbuantur: exemplo Ioannis Baptiſtæ, qui etiamnum puer receſſit in eremum. Quàm autem religiosè & honeſtè educandi ſint pueri, multa & prudenter docet Quintilianus, ut erubeſcant Chriſtiani in ea re offendere, & negligentes eſſe, in qua etiam Ethnici tam vigilantes erant. Multique alii Ethnicorum Poëtæ, & magiſtri ſummoperè commendant puerorum educationem. Prætermitto Patres inter quos D. Hieron. diligenter in epiſtolis monuit de recta puerorum educatione, quantique ea res ſit momenti, oſtendit.

Lib.1. Inſtit. Orat.

Ad Lætam. Ad Gauden.

Sedebit ſolitarius, & tacebit, id eſt, abſtinebit ſe negotiis ſæcularibus, & deſideriis, atque confabulationibus, & ab omni turba ac tumultu vitæ, quantum in ipſo erit: & ſolâ Dei ſui converſatione & confabulatione contentus erit. Aut enim orando cum Deo ſuo loquetur, aut legendo ipſum audiet loquentem; dicens ac ſentiens illud Prophetæ, *Mihi adhærere Deo bonum eſt*. Et; *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Quã quidem ſpeciem cõverſationis*, ut notat S. Hieron. *boni Eremitæ & Monachi, qui voto monaſticæ diſciplinæ obligati ſunt, imitari contendunt. Sed rara eſt* (inq) *& pauciſſimis dono Dei hæc perfectio conceſſa. Is enim verè & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat.*

Pſal 72.

In hunc locum Ieremiæ.

Vbi nota illud verbum, *voto monaſticæ diſciplinæ obligati*, contra hæreticos qui impudenter aſſerunt temporibus D. Auguſt. & Hieron. monachos non ſe obligaſſe voto, ſed eſſe id noſtri ſæculi novum

vum inventum. Neque verò Monachi ſolùm, qui à ſolitudine nomen habent, ſolitudinem amare debent, & turbas fugere, ſed etiam omnes quibus ſua ſalus eſt curæ, ut ſolitudinem quidem ſemper in votis ha' eant, & ſequantur, atque teneant ex inſtituto; turbæ autem ſeſe dedant ex neceſſitate, ubi id fratrum ſalus poſtulabit. Vnde Dominus tanquam ſingulare beneficium promittit animæ fideli, dicens; *Ego lactabo eam*, id eſt alliciam, *& ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus.* Oſeæ 2. Quoniam videlicet, in turbis nec Deum alloqui poſſumus, nec loquentem audire.

Quamobrem idem ipſe Dominus, qui nullum aut certè non magnum ex ſolitudine habebat emolumentum, ut nec ex turba perturbationem aut impedimentum, tamen notabiliter dicitur, quòd Matth. 14. Luc. 6. *dimiſſâ turbâ aſcendit in montem ſolus orare.* Quid? quod etiam ab ipſis diſcipulis ſuis, tres elegit duntaxat, cum quibus in hortum ſecederet, atque *ab ipſis etiam avulſus eſt; quantum jactus eſt lapidis,* ut po- Matth. 26. ſitis genibus, oraret; dicens, *Pater, ſi vis, transfer calicem hunc à me.* An non pudefaciunt exempla iſta Monachos, quibus cella & monaſterium oneri, turba & platea voluptati ſunt? Tu imitare Dominum tuum, nec te tranſverſum agant multorum prava exempla.

Et tacebit, id eſt, ſilentium aget, vel, ut alij, expectabit. Vterque ſenſus bonus. *Tacebit*, ut cum ſilentio audiat ſibi loquentem Dominum. *Tacebit*, id eſt, quietus & ſine cogitationum turbis & tumultu, & ſine quærelis, & murmurationibus ſedebit ſolus, cum ſimplicitate, & humilitate coram Domino ſuo: *Audiam*, dicens, *quid lo-* Pſalm. 84.

 quatur

quatur in me Dominus meus. Tacebit, de rebus iſtis terrenis, quibus non afficitur, & linguæ frænum injiciet membro perículoſo. Vides quomodo leges dat, & inſtitutiones condit Religioſis? qui & ſolitudinis, & ſilentii debent eſſe amatores. *Quia levavit ſe ſupra ſe.* Levavit ſe quoad animum; ſuper ſe quoad corpus: cogendo corpus ſuum obedire animæ & ſpiritui.

Et quoniam hoc juſtus, vel juſtitiam diligens, & ad perfectionem aſpirans, continenter facit, idcirco poteſt ſolus ſedere atque tacere; quia corpus ſpiritui jam ſubditum habet. Caro enim vult turbam & plateas, vult fabulas, & garrulationes; ſpiritus contrà amat ſolitudinem, & ſilentium. Qui dejiciunt ſe infra ſe, ii ſequuntur ludos, jocos, riſus, confabulationes, turbas, plateas, ſecundùm carnem viventes, & eam tanquam dominam colentes, ſpiritum autem & animum ſuppeditantes & ſervire facientes. *Quibus*, ut verè atque eleganter dixit quidam, *corpus voluptati, animus oneri eſt.* Oneri eſt, propter conſcientiam, quæ ſemper remordet, nec ſinit voluptuoſos omni ex parte & ſine aliqua interpellatione, voluptatibus frui.

Vide Tho. Kemp. li. 3 cap. 59. de Imit.

Saluſtius initio belli Catilin.

Duplicem igitur hominem Propheta in unoquoque homine agnoſcit; quorum alterum ſuper alterum levantes, ad felicitatem, vel miſeriam pervenimus. Nam ſi veterem hominem novo, exteriorem interiori ſubjicimus, beati: contrà, miſeri ſumus. Unde Apoſtolus quoque ait, *Veterem hominem noſtrum, ſimul cum Chriſto crucifixum eſſe, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato.* Veterem hominem appellans carnem ſpiritui dominantem. Et rurſus; *Condelector*

Rom. 6.

Rom. 7.

Digitized by Google

delector legi Dei, ſecundùm interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, id eſt, in homine exteriore, *repugnantem legi mentis meæ*, &c. Et ad Corinth. ipſum corpus vocat ſimpliciter exteriorem hominem, aut ipſum hominem, quatenus animaliter vivit, dicens; *Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur*, per jejunia, pœnitentias alias, & labores, tamen animus his rebus non minuitur, ſed indies magis vigeſcit, & novas vires accipit. 2. Cor. 4.

MONITVM CVI.

Qui intrat per oſtium, Paſtor eſt ovium.

Ioan. 10.

DE Paſtore qui Chriſtus eſt, tria potiſſimùm dicuntur in Evangelio. 1. *Vocat oves ſuas nominatim. Vocat*, quando convertit, & fideles facit. Non foris pulſans, ut nos, ſed intus cor illuſtrans, tangens, & mutans. *Nominatim*, id eſt, ſingulas; non omnes in genere, ſicut unâ voce vocantur omnes quibus prædicatur veritas: ſed ſingularum curam gerit, *ſic unamquamque curans, tanquam ſolam curet*; ſingulas propriis modis ad ſe trahens: Vnam tali occaſione, aliam aliâ, quam ipſe ſuo tempore illis procurat. *Quæ enim procuratio ſalutis*, ait D. Auguſtinus Deo, *præter manum tuam, Domine, reficientem, quæ feciſti?* Notum eſt, quo modo ad Deum converſus Antonius, Auguſtinus, Fulgentius, Ignatius, &c. Dicitur in Pſal. *Numerat multitudinem ſtellarum, &*

Aug. l. 3. Conf. c. 10.

Ibid. li. 5. cap. 7.

Pſal. 116. & ibi Aug. & Proſp.

Pſal. 146.

omnibus eis nomina vocat. Per ſtellas intelliguntur electi, inq. S. Auguſt. *qui in Eccleſia Dei ad conſolandam præſentis temporis noctem, bona converſationis exẽplo, & cæleſtis doctrinæ luce reſplendẽt. Has ſtellas Deus numerat: in æternam praelectas gloriam, & nominatim ex omnibus gentibus advocatas, Novit enim Dominus qui ſunt ejus, cum quibus non computabuntur, quibus dicitur, Diſcedite à me operarij iniquitatis: Non novi vos.* De illis dicitur, quòd *multiplicati ſunt ſuper numerum*, quia licet prædicatione Apoſtolorum accedant, non tamen ſunt prædeſtinati. Numerus electorum eſt.

2. Tim. 2.
Matth. 7.
Pſal. 39.

2. *Ante oves vadit*, ut eas animet, exemplo virtutis, ſpe præmij, præcedit eas, converſatione, paſſione, reſurrectione. Hinc dicitur, *primitiæ dormientium. Et oves illum ſequuntur. Ideo enim paſſus, ut ſequamur veſtigia ejus.* Vnde Petrus, *Chriſto paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulavit, & ipſe ambulare*, inq. Ioannes. Sequuntur ergo illum oves, converſatione, fidē, ſpe; quia enim ejus veſtigijs hic inhærent, & perſeveranter inſiſtunt, hinc credunt & ſperant ſe ad eandem cum illo immortalitatem perventuras. Sunt hîc in carne una, in voce una, in paſſione una; & cùm tranſierit iniquitas, erunt & in requie una. Vnde ipſe dicit; *Ego ſum via, veritas, & vita. Via, ſcilicet in forma converſationis juſta*, ait D. Leo: *Veritas in exſpectatione rei certa: Vita, in perceptione felicitatis æterna. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitãdi ſint*, inq. S. Hieron. *hunc certè imitari tutiſſimum eſt, atque ejus veſtigia ſequi, qui dixit; Ego ſũ via, veritas, & vita. Nunquam enim errat, qui ſequitur veritatẽ, Ne dedignaretur homo*, ait D. Auguſt. *imitari humilem hominẽ, Deus factus eſt humilis, ut vel ſic ſuperbia generis humani*

1. Cor. 15.
1. Pet. 2.
1. Pet. 4.
1. Ioan. 2.
Auguſt. in Pſal. 61.
Ioan. 14.
Ser. 18. de Paſſ.
Ad Celantiam.
In Pſal. 33. Conc. 1.

mani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei. Diſcite, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11.

3. *Et educit eas*, non de Eccleſia quia ſancti morientes non ſeparantur à corpore Eccleſiæ, inquit Aug. ſed educit eas è miſeria hujus vitæ, ſive è ſtabulo fœtido in paſcua vitæ æternæ, vbi herba ſemper viridis eſt, ubi vita ſapientia, ubi paſcitur Iſraël in æternum veritatis pabulo. Orat David; *Educ de cuſtodia, ſeu carcere animam meam.* Et; *Dominus cuſtodiat exitum tuum.* Et nos oramus; *Da ſalutis exitum.* Magna fuit quorundam ſanctorum anxietas, metus, ſollicitudo in exitu, vel de exitu, ut Arſenii, Agathonis, Auguſtini, qui, orans pro matre defunct. *Fundo tibi* (Domine, inq.) *jam aliud lachrymarum genus*) quàm ſcilicet cùm moreretur, quando poterat in eo carnalis affectus redargui) *pro illa famula tua, quod manat de concuſſo ſpiritu, conſideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur.* Vnde David orat; *Salvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me, ne quando rapiat ut leo animam meam.* Sollicitus de præſenti vita & futura, inquit D. Baſil. Hîc enim petit ſalvari à perſequentibus, ne illis conſentiat; poſteà autem tempore reddendæ rationis liberari, nequando diabolus ut leo rapiat animam ejus. Vnde tunc, id eſt, in morte dicit diabolum ad hominem venire, *ut examinet, an ex præcedentibus in vita certaminibus, vulnera vel notas peccati adhuc retineãt, ut ſi eas deprehenderit, diſtineat eos. Fur enim non venit, niſi ut furetur, mactet, & perdat.* Ad Chriſtum etiam in cruce venit, ut idem Baſil. & Gregor. aſſerunt. Vnde ipſe Chriſtus; *Venit princeps hujus mundi, & in me non habet quicquam. Is qui nihil unquam admiſit peccati, rectè dicit; in me non habet quicquã,*

De civit. li. 20. ca. 9.
Pſal. 141.
Pſal. 120.
In hymno de Spir. S.
P. 2. Mon. 5.
Lib. 9. Conf. cap. ult.
Pſal. 7. &
ibi Baſil.
Ioan. 19.
Ioan. 14.
Baſil. ibid.
Gregor. Hom. 39. in Evang.

inquit Divus Baſilius. *Homini autem abundè fuerit, ſi auſit dicere; In me habet pauca & modica. Periculum itaque hæc pati fuerit, niſi nobiſcum protegentem, & liberantem Deum habeamus. Vnde orat David; Domine Deus in te ſperavi, ſalvum me fac*, &c. ut ſuprà.

Sulpit. in Vita. Adfuit etiam S. Martino morienti, qui ita ad eum; *Quid hic aſtas, cruenta beſtia? nihil in me funeſte reperies.* Vocat cruentam beſtiam, & in Scriptura vocatur, *Draco rufus*, ob ſanguinem corporum quem effudit in Martyribus, & ob ſanguinem animarum, quas occidit quotidie. Illi convenit illud dictum Regis Sodomorum ad Abraham; *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Et de eo D. Hieron. *Hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirebat, animas querens jugulare, non corpora.*

(Apocal. 12.) (Geneſ. 14.) (In vita Pauli erem.)

Hic ergo aſtat morientibus. 1. quia maximè *inſidiatur calcaneo hominis*, id eſt, ejus fini; *Tu*, ait Deus Serpenti, *inſidiaberis calcaneo ejus*; exiſtimans tunc hominem ſuis tentationibus ac inſidiis maximè opportunum. Hinc tunc muniendus animus Sacramentis Eccleſiæ, & orandus Deus; *Ne projicias me in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Eſt enim momentum unde dependet æternitas, & tunc habet locum illud Sapientis; *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ; & unumquemque judicabit Deus, ſicut in morte invenerit.* 2. Scit eſſe extremum conflictum; ſi tunc nihil obtinet, nihil obtinebit poſtea, quia homo evaſit manus ejus. In hac vita, etſi ſæpè vincatur, *nunquam tamen ſolet deſperare victoriam*, inquit Divus Chryſoſtomus, hinc ſæpiùs redit, ut vel vi, vel inſidiis, vel tædio, tandem aliquando hominem ſuperet.

(Geneſ. 3.) (Pſalm. 70.) (Eccleſ. ult.) (Hieron. ad Ruſticum.) (Hom. 34. in Matth.)

Quanta

Digitized by Google

Quanta autem erit conſolatio & fiducia morientis, qui hoc, quod Divus Martinus, diabolo dicere poterit; *Nihil in me funeſte reperies.* Sed quis eſt ille? 1. Qui Dei timorem, & innocentiam ſuam ſemper ſervavit. Sed quàm rarus eſt ille, qui inoffenſo pede viam hujus vitæ decurrit, ubi tot ſunt tentationes, pericula, hoſtes, intus & foris? 2. Qui etſi peccavit, peccata tamen ſua purgavit, ac redemit eleëmoſynis, jejuniis, orationibus; uſu Sacramentorum, &c. Quod enim dimiſit Deus, non poteſt exigere diabolus. Et cùm quotidianis peccatis adhibentur quotidiana remedia, fit ut is qui ſine peccato non vixit ſine peccato tamen exeat, ut rectè & conſolatoriè. Aug. epiſt. 89. 4. 1.

Quærit David, *Cur timebo in die mala?* id eſt, mortis, quæ malis mala. Reſpondet; *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Si illa eſt cauſa timoris tui, inquit S. Auguſtinus, ergo, *ut tunc non timeas, ſed ſecurus ſis, purga iniquitatem de calcaneo tuo. Impietas enim impii non nocebit ei,* ait Dominus per Prophetam, *in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua; omnia peccata ejus quæ peccavit, non imputabuntur ei,* Et, *Omnia mandata facta deputantur,* inquit S. Auguſtinus, *quando quicquid non fit, ignoſcitur.* Dicit S. Leo: *Miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera converſio, dicente Spiritu Dei per Prophetam; Cùm converſus ingemueris, ſalvus eris* Et iterum; *Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio.*

Pſalm. 48. In illum Pſalm. Ezech. 33. Lib. 1. Retract. c. 19. Epiſt. 91. Iſai. 30. Pſal. 123. Mon. 59.

MONI

MONITVM CVII.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere pop. &c.

Pſal. 44.

F*ilia* Dei, anima eſt Chriſtiana; *Filia*, creatione, regeneratione, adoptione. Excitat hæc vox, gratitudinem, amorem, fiduciam. Quæ enim major gratia, quàm ex filia diaboli, fieri filiam Dei? Et quid charius debet filiis eſſe, quàm pater? Et quando pater ſolet filiam reppellere, ſi ſe ut bonam filiam gerat?

Audi; parata eſſe debet ad audiendam vocem Domini. Variis modis & variis de rebus loquitur nobis Deus. *Loquitur per Scripturas, per ſermocinationes fratrum, per internas inſpirationes.* Loquitur de fuga ſæculi, de vanitate mundi, de peccati fœditate, de virtutis pulchritudine: de cæleſti gloria, de damnatione æterna, &c. Multi aures aperiunt diabolo, carni, mundo. Sed David, *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* Et Samuel; *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.* Et D. Auguſt. *Noli*, inq. *eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis tumultu vanitatis. Audi & tu: Verbum ipſum clamat.*

Auguſt. de Trinit. li 1. cap. 3.

pſalm. 84.
1. Reg. 3.
Lib. 4. Cõf. cap. 11.

Et vide, diligenter cognoſce, & perpende quæ audis. Non ſatis eſt obiter audire, ſed audita recondenda, ruminanda, expendenda; ſic ſalus & ſanitas conſequitur. *Concaluit cor meum intra me*, inquit David, *& in meditatione mea exardeſcit ignis.*

pſalm. 38.

Cogno

Cognoverum diſcipuli Dominum in fractione panis. Luc. 24.
Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Thren. 4.
Panis ſpiritualis Verbi Dei, frangendus dentibus meditationis, attentionis, inquiſitionis. Paralyticus aperto tecto intus ſanatus eſt, intus erat medicus. *Filius ſenior foris ſtabat, nolebat intrare in domum cõvivii: nos eruimus dulce ac ſalutare epulum ſpiritus, de ſterili ac inſipida litera, tanquam granum de palea, de teſta nucleum, de oſſe medullam*, inquit Divus Bernardus. De Maria virgine dicit Lucas; *Conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.*

Luc. 5. August. de Paſtorib. cap. 6. Luc. 15. Serm. 73. in Cant. Luc. 2.

Inclina aurem tuam, id eſt, humiliter obedias, ſubmittas te per humilem obedientiam. Aures ſpirituales, Intellectus & voluntas; ille cæcus & anguſtus eſt, non capit quæ Dei ſunt, & amat ſuum ſenſum; quod admodum periculoſum, ac perniтioſum. Voluntas corrupta, & ad malum prona, ad aliud ſemper impellens, quàm Deus jubet. Inclina ergo intellectum ad credenda omnia, quæ Deus docet; inclina voluntatem, ad facienda omnia quæ jubet, etſi humanæ corruptioni in qua nati ſumus, repugnent.

Et obliviſcere populum tuum, de quo, ſcilicet, egreſſa es, de populo barbaro, de ſæculari converſatione. Egreditur 1. quando renuntiat diabolo & operibus ejus; mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus. 2. *Egreditur, videlicet, à ſervitio, à carnis imperio & dominatu, exit non in carne, ſed in ſpiritu, exit ad regimen poteſtatis*, inquit S. Ambroſ. 3. *Egreditur de corporis quadam commoratione, de qua exivit Paulus, qui dixit; Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Ad quod idem Paulus hortatur; *Quæ ſurſum ſunt quærite, ſapite, non quæ ſuper terram.* Non ſufficit egredi, oportet etiam obliviſci.

Lib. de Iſaac 8. anima. 1. Idẽ Ambr. lib. 1. de Abraham cap. 2. Philip.

Uxor

non fecit Dominus, ait; *Divinâ prudentiâ cuncta moderāte, ita homo malefacit quod vult, ut malè patiatur quod non vult.* Et Tertullian. contra Marcionem; *Deus initio*, inquit, *tantùm bonus fuit, orto peccato factus eſt juſtus, id eſt, cœpit exercere juſtitiam.*

Lib. 2. c. 11.

Ibid. *Hâc ergo ratione*, ait Aug. *Deus malum facit, quod non ipſi Deo malum eſt, ſed eis quos vindicat. Itaque ipſe, quantū ad ſe pertinet, bonum facit, quia omne juſtum bonū eſt, & juſta eſt illa vindicta. Quamvis enim malum ſit gehenna dānato, juſtitia Dei bona eſt, & ipſe fructus eſt ex arbore bona.* Sic. Aug. Et alibi: *Quā bonus Iſraël Deus? ſed quibus? rectis corde perverſis quid? perverſus videtur. Nā ut ſol oculos puros habenti trāquillus apparet, in oculos autē lippos quaſi tela aſpera jaculatur; intuentē illū vegetat, hunc excruciat, nō mutatus, ſed mutatum. Si cœperis eſſe perverſus, & tibi Deus perverſus eſſe videbitur, tu mutatus es, nō ille. Ergo erit tibi pœna, quod bonis gaudiū.*

In Pſal. 72.

Animæ quærenti illum, ſupple, bonus eſt. Et rectè ſpei ſubjecit quæſitionem; omnis enim qui ſperat quærit, & operam dat, ut inveniat, & obtineat id quod ſperat. Alioqui temeraria erit & ſtulta ſpes, ac potius præſumptio. Quæritur autem Deus, & invenitur, ſi vadas per rectam viam mandatorum ejus. Ergo *animæ quærenti illum*, id eſt, homini ſervanti mandata ejus, bonus eſt & benignus Dominus, quia dat eis ſeipſum, & vitam æternam in alio ſæculo: licet in hoc auferat bona temporalia & caduca, ad exercitium virtutis.

Bonum eſt in ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Bonum eſt, honeſtum, utile, & delectabile. Honeſtum quidem, quia opus virtutis, ex ſpe & fide procedens cum charitate. Vtile autem, quia ſummum homini bonum parit & conciliat. Et eâdem ipſa

ratione ſuave eſt & delectabile. Vnde Apoſtolus ait; *Spe gaudentes. Præſtolari*; exſpectare; ſervat enim aliquid bonis, nempe ſeipſum, quamvis diu differri videatur. *Non enim tardat Deus promiſſionem ſuam*, id eſt, non differt ultra tempus ſtatutum. Et; *Si moram fecerit, exſpecta eum, quia veniens veniet, & nõ tardabit. Cum ſilentio*, id eſt, ſine querelis & murmurationibus, & blaſphemiis adverſus Dominum.

Rom. 8.
2. Pet. 3.

Non ut Iudæi, qui ubi res primùm ad votum non ſuccedebat, ſtatim in murmurationes prorumpebant, in Ægyptum redire cupientes. Et apud Ezechielem dicunt; *Non eſt recta via Domini*. Vnde Apoſtolus monet, *Neque murmuraveritis, ſicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore*. Et; *Omnia facite ſine murmurationibus*. Murmuratio enim eſt tinea & corruptio patientiæ. *Salutare Dei*, id eſt, ſalutem, ac liberationem ex malis omnibus, & periculis. Quæ ſalus hic inchoatur per patientiam; quia *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*.

Ezech. 33.
1. Cor. 10.
Philip. 2.
Luc. 21.

Bonum eſt viro cùm portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua. Viro unicuique utile eſt & commodum. Nam Hebræis nomen (viri) ſumi ſolet diſtributivè, pro eo quod eſt, unuſquiſque, non habitâ ratione ſexus. *Cùm portaverit jugum Domini*, id eſt, quod aſſuefactus ſit obedire legi Domini, & ſervare mandata ejus. Propriè enim jugum, obedientia intelligitur. *Ab adoleſcentia ſua*; quoniam

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu,

Horat. li. 1. epiſt. 2.

ait Poëta. Et Salomon: *Adoleſcens juxta viam ſuã, etiã cum ſenuerit, nõ recedet ab ea*. Ex hac ſententiã Prophetæ

Prov. 22.

2.2.q. 189. art. 5. D. Thomas laudat conſuetudinem Eccleſiæ, quâ pueri in Religionibus recipiuntur, ut ibi educentur, & bonis moribus imbuantur: exemplo Ioannis Baptiſtæ, qui etiamnum puer ſeceſſit in eremum. Quàm autem religioſè & honeſtè educandi ſint pueri, multa & prudenter docet Quintilianus, ut erubeſcant Chriſtiani in ea re offendere, & negligentes eſſe, in qua etiam Ethnici tam vigilantes erant. Multique alii Ethnicorum Poëtæ, & magiſtri ſummoperè commendant puerorum educationem. Prætermitto Patres inter quos D. Hieron. diligenter in epiſtolis monuit de recta puerorum educatione, quantique ea res ſit momenti, oſtendit.

Lib.1. Inſtit. Orat.

Ad Lætam. AdGauden.

Sedebit ſolitarius, & tacebit, id eſt, abſtinebit ſe negotiis ſæcularibus, & deſideriis, atque confabulationibus, & ab omni turba ac tumultu vitæ, quantum in ipſo erit: & ſolâ Dei ſui converſatione & confabulatione contentus erit. Aut enim orando cum Deo ſuo loquetur, aut legendo ipſum audiet loquentem; dicens ac ſentiens illud Prophetæ, *Mihi adhærere Deo bonum eſt*. Et; *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Quā quidem ſpeciem cōverſationis*, ut notat S. Hieron. *boni Eremitæ & Monachi, qui voto monaſticæ diſciplinæ obligati ſunt, imitari contendunt. Sed rara eſt* (inq) *& paucisſimis dono Dei hæc perfectio conceſſa. Is enim verè & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat.*

Pſal 72.

In hunc locum Ieremiæ.

Vbi nota illud verbum, *voto monaſticæ diſciplinæ obligati*. contra hæreticos qui impudenter aſſerunt temporibus D. Auguſt. & Hieron. monachos non ſe obligaſſe voto, ſed eſſe id noſtri ſæculi no-

vum

vum inventum. Neque verò Monachi ſolùm, qui à ſolitudine nomen habent, ſolitudinem amare debent, & turbas fugere, ſed etiam omnes quibus ſua ſalus eſt curæ, ut ſolitudinem quidem ſemper in votis ha' eant, & ſequantur, atque teneant ex inſtituto; turbæ autem ſeſe dedant ex neceſſitate, ubi id fratrum ſalus poſtulabit. Vnde Dominus tanquam ſingulare beneficium promittit animæ fideli, dicens; *Ego lactabo eam*, id eſt alliciam, *& ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus.* Quoniam videlicet, in turbis nec Deum alloqui poſſumus, nec loquentem audire. Oſeæ 2.

Quamobrem idem ipſe Dominus, qui nullum aut certè non magnum ex ſolitudine habebat emolumentum, ut nec ex turba perturbationem aut impedimentum, tamen notabiliter dicitur, quòd *dimiſſâ turbâ aſcendit in montem ſolus orare.* Quid? quod etiam ab ipſis diſcipulis ſuis, tres elegit duntaxat, cum quibus in hortum ſecederet, atque *ab ipſis etiam avulſus eſt; quantum jactus eſt lapidis*, ut poſitis genibus, oraret; dicens, *Pater, ſi vis, transfer calicem hunc à me.* An non pudefaciunt exempla iſta Monachos, quibus cella & monaſterium oneri, turba & platea voluptati ſunt? Tu imitare Dominum tuum, nec te tranſverſum agant multorum prava exempla. Matth. 14. Luc. 6. Matth. 26.

Et tacebit, id eſt, ſilentium aget, vel, ut alij, expectabit. Vterque ſenſus bonus. *Tacebit*, ut cum ſilentio audiat ſibi loquentem Dominum. *Tacebit*, id eſt, quietus & ſine cogitationum turbis & tumultu, & ſine quærelis, & murmurationibus ſedebit ſolus, cum ſimplicitate, & humilitate coram Domino ſuo: *Audiam*, dicens, *quid lo-* Pſalm. 83.

delector legi Dei, ſecundùm interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, id eſt, in homine exteriore, *repugnantem legi mentis meæ*, &c. Et ad Corinth. ipſum corpus vocat ſimpliciter exteriorem hominem, aut ipſum hominem, quatenus animaliter vivit, dicens; *Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur*, per jejunia, pœnitentias alias, & labores, tamen animus his rebus non minuitur, ſed indies magis vigeſcit, & novas vires accipit. 2. Cor. 4.

MONITVM CVI.

Qui intrat per oſtium, Paſtor eſt ovium.

Ioan. 10.

DE Paſtore qui Chriſtus eſt, tria potiſſimùm dicuntur in Evangelio. 1. *Vocat oves ſuas nominatim. Vocat*, quando convertit, & fideles facit. Non foris pulſans, ut nos, ſed intus cor illuſtrans, tangens, & mutans. *Nominatim*, id eſt, ſingulas; non omnes in genere, ſicut unâ voce vocantur omnes quibus prædicatur veritas: ſed ſingularum curam gerit, *ſic unamquamque curans, tanquam ſolam curet*; ſingulas propriis modis ad ſe trahens: Vnam tali occaſione, aliam aliâ, quam ipſe ſuo tempore illis procurat. *Quæ enim procuratio ſalutis*, ait D. Auguſtinus Deo, *præter manum tuam, Domine, reficientem, quæ feciſti?* Notum eſt, quo modo ad Deum converſus Antonius, Auguſtinus, Fulgentius, Ignatius, &c. Dicitur in Pſal. *Numerat multitudinem ſtellarum, &*

Aug. l. 3. Conf. c. 10.

Ibid. li. 5. cap. 7.

Pſal. 116. & ibi Aug. & Proſp.

Pſal. 146.

omnibus eis nomina vocat. Per ſtellas intelliguntur electi, inq. S. Auguſt. *qui in Eccleſia Dei ad conſolandam præſentis temporis noctem, bona converſationis exẽplo, & cæleſtis doctrinæ luce reſplendẽt. Has ſtellas Deus numerat: in æternam præelectas gloriam, & nominatim ex omnibus gentibus advocatas, Novit enim Dominus qui ſunt ejus,* cum quibus non computabuntur, *quibus dicitur, Diſcedite à me operarij iniquitatis: Non novi vos.* De illis dicitur, quòd *multiplicati ſunt ſuper numerum*, quia licet prædicatione Apoſtolorum accedant, non tamen ſunt prædeſtinati. Numerus electorum eſt.

2. Tim. 2. Matth. 7. Pſal. 39.

2. *Ante oves vadit*, ut eas animet, exemplo virtutis, ſpe præmij, præcedit eas, converſatione, paſſione, reſurrectione. Hinc dicitur, *primitiæ dormientium. Et oves illum ſequuntur. Ideo enim paſſus, ut ſequamur veſtigia ejus.* Vnde Petrus, *Chriſto paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulavit, & ipſe ambulare,* inq. Ioannes. Sequuntur ergo illum oves, converſatione, fide, ſpe; quia enim ejus veſtigijs hic inhærent, & perſeveranter inſiſtunt, hinc credunt & ſperant ſe ad eandem cum illo immortalitatem perventuras. Sunt hîc in carne una, in voce una, in paſſione una; & cùm tranſierit iniquitas, erunt & in requie una. Vnde ipſe dicit; *Ego ſum via, veritas, & vita. Via, ſcilicet in forma converſationis juſta,* ait D. Leo: *Veritas in exſpectatione rei certa: Vita, in perceptione felicitatis æternæ. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitãdi ſint,* inq. S. Hieron. *hunc certè imitari tutiſſimum eſt, atque ejus veſtigia ſequi, qui dixit; Ego ſũ via, veritas, & vita. Nunquam enim errat, qui ſequitur veritatẽ. Ne dedignaretur homo,* ait D. Auguſt. *imitari humilem hominẽ, Deus factus eſt humilis, ut vel ſic ſuperbia generis humani*

1. Cor. 15. 1. Pet. 2. 1. Pet. 4. 1. Ioan. 2. Auguſt. in Pſal. 61. Ioan. 14. Ser. 18. de Paſſ. Ad Celantiam. In Pſal. 33. Conc. 1.

mani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei.Diſcite,inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11.

3. *Et educit eas*, non de Eccleſia quia ſancti morientes non ſeparantur à corpore Eccleſiæ, inquit Aug. ſed educit eas è miſeria hujus vitæ, ſive è ſtabulo fœtido in paſcua vitæ æternæ, vbi herba ſemper viridis eſt, ubi vita ſapientia, ubi paſcitur Iſraël in æternum veritatis pabulo. Orat David; *Educ de cuſtodia, ſeu carcere animam meam.* Et; *Dominus cuſtodiat exitum tuum.* Et nos oramus; *Da ſalutis exitum.* Magna fuit quorundam ſanctorum anxietas, metus, ſollicitudo in exitu, vel de exitu, ut Arſenii, Agathonis, Auguſtini, qui, orans pro matre defunctâ, *Fundo tibi*(Domine,inq.) *jam aliud lachrymarum genus*) quàm ſcilicet cùm moreretur, quando poterat in eo carnalis affectus redargui) *pro illa famula tua,quod manat de concuſſo ſpiritu,conſideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur.* Vnde David orat; *Salvum me fac ex omnibus perſequentibus me. & libera me, ne quando rapiat ut leo animam meam.* Sollicitus de præſenti vita & futura, inquit D. Baſil. Hîc enim petit ſalvari à perſequentibus, ne illis conſentiat; poſteà autem tempore reddendæ rationis liberari, nequando diabolus ut leo rapiat animam ejus. Vnde tunc, id eſt, in morte dicit diabolum ad hominem venire, *ut examinet, an ex præcedentibus in vita certaminibus,vulnera vel notas peccati adhuc retineãt,ut ſi eas deprehenderit,diſtineat eos. Fur enim non venit, niſi ut furetur, mactet, & perdat.* Ad Chriſtum etiam in cruce venit, ut idem Baſil. & Gregor. aſſerunt. Vnde ipſe Chriſtus; *Venit princeps hujus mundi,& in me non habet quicquam. Is qui nihil unquam admiſit peccati,rectè dicit;in me non habet quicquã,*

De civit. li.20.ca.9. Pſal. 141. Pſal. 120. In hymno de Spir. S. P.2.Mon. 5. Lib.9. Conf. cap. ult. Pſal.7. & ibi Baſil. Ioan. 19. Ioan.14. Baſil. ibid. Gregor. Hom. 39. in Evang.

inquit Divus Baſilius. *Homini autem abundè fuerit, ſi auſit dicere; In me habet pauca & modica. Periculum itaque hæc pati fuerit, niſi nobiſcum protegentem, & liberantem Deum habeamus. Vnde orat David; Domine Deus in te ſperavi, ſalvum me fac*, &c. ut ſuprà.

Sulpit. in Vita. Adfuit etiam S. Martino morienti, qui ita ad eum; *Quid hic aſtas, cruenta beſtia? nihil in me funeſte reperies.* Vocat cruentam beſtiam, & in Scriptura vocatur, Apocal. 12. *Draco rufus*, ob ſanguinem corporum quem effudit in Martyribus, & ob ſanguinem animarum, quas occidit quotidie. Illi convenit illud Geneſ. 14. dictum Regis Sodomorum ad Abraham; *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Et de eo D. Hieron. In vita Pauli erem. *Hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirebat, animas quærens jugulare, non corpora.*

Hic ergo aſtat morientibus. 1. quia maximè Geneſ. 3. *inſidiatur calcaneo hominis*, id eſt, ejus fini; *Tu*, ait Deus Serpenti, *inſidiaberis calcaneo ejus*; exiſtimans tunc hominem ſuis tentationibus ac inſidiis maximè opportunum. Hinc tunc muniendus animus Sacramentis Eccleſiæ, & orandus Deus; Pſalm. 70. *Ne projicias me in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Eſt enim momentum unde dependet æternitas, & tunc habet locum illud Sapientis; Eccleſ. ult. Hieron. ad Ruſticum. *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ; & unumquemque judicabit Deus, ſicut in morte invenerit.* 2. Scit eſſe extremum conflictum; ſi tunc nihil obtinet, nihil obtinebit poſtea, quia homo evaſit manus ejus. In hac vita, etſi ſæpè vincatur, *nunquam tamen ſolet deſperare victoriam*, inquit Divus Hom. 34. in Matth. Chryſoſtomus, hinc ſæpiùs redit, ut vel vi, vel inſidiis, vel tædio, tandem aliquando hominem ſuperet.

Quanta

Digitized by Google

Quanta autem erit conſolatio & fiducia morientis, qui hoc, quod Divus Martinus, diabolo dicere poterit; *Nihil in me funeſte reperies.* Sed quis eſt ille? 1. Qui Dei timorem, & innocentiam ſuam ſemper ſervavit. Sed quàm rarus eſt ille, qui inoffenſo pede viam hujus vitæ decurrit, ubi tot ſunt tentationes, pericula, hoſtes, intus & foris? 2. Qui etſi peccavit, peccata tamen ſua purgavit, ac redemit eleëmoſynis, jejuniis, orationibus; uſu Sacramentorum, &c. Quod enim dimiſit Deus, non poteſt exigere diabolus. Et cùm quotidianis peccatis adhibentur quotidiana remedia, fit ut is qui ſine peccato non vixit ſine peccato tamen exeat, ut rectè & conſolatoriè. Aug. epiſt. 89. 4. 1.

Quærit David, *Cur timebo in die mala?* id eſt, mortis, quæ malis mala. Reſpondet; *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Si illa eſt cauſa timoris tui, inquit S. Auguſtinus, ergo, *ut tunc non timeas, ſed ſecurus ſis, purga iniquitatem de calcaneo tuo. Impietas enim impii non nocebit ei,* ait Dominus per Prophetam, *in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua; omnia peccata ejus quæ peccavit, non imputabuntur ei,* Et, *Omnia mandata facta deputantur,* inquit S. Auguſtinus, *quando quicquid non fit, ignoſcitur.* Dicit S. Leo: *Miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera converſio, dicente Spiritu Dei per Prophetam; Cùm converſus ingemueris, ſalvus eris* Et iterum; *Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio.*

Pſalm. 48. In illum Pſalm. Ezech. 33. Lib. 1. Retract. c. 19. Epiſt. 91. Iſai. 30. Pſal. 123. Mon. 59.

MONI

MONITVM CVII.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere pop. &c.

Pſal. 44.

Filia Dei, anima eſt Chriſtiana; *Filia*, creatione, regeneratione, adoptione. Excitat hæc vox, gratitudinem, amorem, fiduciam. Quæ enim major gratia, quàm ex filia diaboli, fieri filiam Dei? Et quid charius debet filiis eſſe, quàm pater? Et quando pater ſolet filiam reppellere, ſi ſe ut bonam filiam gerat?

Audi; parata eſſe debet ad audiendam vocem Domini. Variis modis & variis de rebus loquitur nobis Deus. *Loquitur per Scripturas, per ſermocinationes fratrum, per internas inſpirationes.* Loquitur de fuga ſæculi, de vanitate mundi, de peccati fœditate, de virtutis pulchritudine: de cæleſti gloria, de damnatione æterna, &c. Multi aures aperiunt diabolo, carni, mundo. Sed David, *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* Et Samuel; *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.* Et D. Auguſt. *Noli*, inq. *eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis tumultu vanitatis. Audi & tu: Verbum ipſum clamat.*

August. de Trinit. li 1. cap. 3.

pſalm. 84.
1. Reg. 3.
Lib. 4. Cõf. cap. 11.

Et vide, diligenter cognoſce, & perpende quæ audis. Non ſatis eſt obiter audire, ſed audita recondenda, ruminanda, expendenda; ſic ſalus & ſanitas conſequitur. *Concaluit cor meum intra me*, inquit David, *& in meditatione mea exardeſcit ignis.*

pſalm. 38.

Cogno

Digitized by Google

Cognoverunt diſcipuli Dominum in fractione panis. Luc. 24.
Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Thren. 4.
Panis ſpiritualis Verbi Dei, frangendus dentibus meditationis, attentionis, inquiſitionis. Paralyticus Luc. 5. aperto tecto intus ſanatus eſt, intus erat medicus. August. de Paſtorib. *Filius ſenior foris ſtabat, nolebat intrare in domum cõvivii:* ap. 6. *nos eruimus dulce ac ſalutare epulum ſpiritus, de ſterili* Luc. 5. *ac inſipida litera, tanquam granum de palea, de teſta nucleum, de oſſe medullam*, inquit Divus Bernardus. Serm. 73. in Cant. De Maria virgine dicit Lucas; *Conſervabat omnia verba* Luc. 2. *hæc, conferens in corde ſuo.*

Inclina aurem tuam, id eſt, humiliter obedias, ſubmittas te per humilem obedientiam. Aures ſpirituales, Intellectus & voluntas; ille cæcus & anguſtus eſt, non capit quæ Dei ſunt, & amat ſuum ſenſum; quod admodum periculoſum, ac pernitioſum. Voluntas corrupta, & ad malum prona, ad aliud ſemper impellens, quàm Deus jubet. Inclina ergo intellectum ad credenda omnia, quæ Deus docet; inclina voluntatem, ad facienda omnia quæ jubet, etſi humanæ corruptioni in qua nati ſumus, repugnent.

Et obliviſcere populum tuum, de quo, ſcilicet, egreſſa es, de populo barbaro, de ſæculari converſatione. Egreditur 1. quando renuntiat diabolo & operibus ejus; mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus. Lib. de Iſaac 8, anima. 1. 2. *Egreditur, videlicet, à ſervitio, à carnis imperio & dominatu, exit non in carne, ſed in ſpiritu, exit ad regimen poteſtatis*, inquit S. Ambroſ. Idẽ Ambr. lib. 1. de Abraham cap. 2. 3. *Egreditur de corporis quadam commoratione, de qua exivit Paulus, qui dixit; Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Ad quod idem Paulus hortatur; *Quæ ſurſum ſunt quærite, ſapite, non quæ ſuper terram.* Philip. Non ſufficit egredi, oportet etiam obliviſci.

Uxor

Coloſſ. 3. Auguſt. in Pſal. 83. Geneſ. 19. Exod. 16.

Vxor Loth egreſſa erat de Sodomis, ſed non oblita, quia reſpexit retro & verſa in ſtatuam ſalis, ut homines condiat, & ſapere doceat. Iſraëlitæ egreſſi erant de Ægypto, ſed non obliti, quia recordabantur ollas carnium, & ſaturitatem panis & graviter puniti ſunt.

Philip. 3.

Habet mundus & caro ſuas delectationes, illas oportet oblivisci, aut ſi invitis occurrant, abominari. *Quæ retro ſunt obliviſcens*, ait Paulus. Saltem deſideriis, operibus, nihil tale deſiderare, aut facere, quale in illo populo facere conſuevimus. Sic Auguſtinus loquens de rebus Venereis, quibus aſſueverat; *Talium rerum imagines*, inquit, *concurſant quidem mihi vigilanti, ſed carentes viribus, reſiſtit enim talibus ſuggeſtionibus ratio, & ſi res ipſa ingerantur, inconcuſſus maneo. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro*, id eſt, rediens ad ea quæ reliquit, vel animo, vel opere, *aptus eſt regno Dei*, inquit Chriſtus.

Lib. 10. Conf. c. 30.

Luc. 9.

Et domum patris tui, id eſt, familiam diaboli, qui pater eſt omnium impiorum, ſub cujus poteſtate omnes naſcimur. Inſufflavit primis parentibus virus peccati, & concupiſcentiæ pravæ, illi in nos transfuderunt. Congregatio impiorum domus diaboli, illis præeſt, illos *regit ad ſuam voluntatem.* De illa omnes fuimus, 1. reatu originis. 2. plerique etiam additamento propriæ voluntatis. Cum ſuperbis ſuperbi, cum immundis immundi, cum vanis vani fuimus; ſi non opere, fortè voluntate. Inde erepti miſericordiâ Salvatoris. *Undecumque enim veniat homo ad Chriſtum, à diabolo venit. Etſi enim non omnes mali proficiunt in hoc, ut ſint boni, nemo tamen eſt niſi ex malo bonus.* Et quid agitur in domo

2. Tim. 2.

Auguſt. in Pſal. 144

mo patris iſtius? Ibi fiunt blaſphemiæ, luxuriæ, comeſſationes, ebrietates, rixæ, contentiones, ſacrilegia, injuſtitiæ, &c. Hæc omnia oblivioni tradenda, & dicendum cum David; *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ:* Domus Dei, congregatio bonorum: Decor hujus domus eſt Charitas, Pax, Manſuetudo, Caſtitas, &c. Hæc diligenda. In ea nemo ſe glorificat, ſed Deum omnibus boni authorem. Hic canitur, *Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam.* Pſalm. 25.

Et concupiſcet rex decorem tuum. Plerique ſtudent illi ſpeciei, quam concupiſcit mundus; nos illi ornatui ſtudeamus, quem concupiſcit Dominus. Narrat Valer. Max. apud antiquos Romanos, *fœminas ne non triſtis earum & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multâ purpurâ uſas eſſe. Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, ſed pariter & videre ſanctè, & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.* Idem Valer. *Fœminas*, inquit, *& imbecillitas mentis, & graviorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre.* Lib. 2. ca. 1. Lib. 9. ca. 1.

Et S. Hieronymus. *Philokoſmos genus fœmineum eſt, multaſque etiam inſignis pudicitiæ, quamvis nulli virorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari.* In quo autem verus Chriſtianorum ornatus ſit, demonſtrat ex Apoſtolo D. Baſilius. *Quod nullo modo debent mulieres nimis exquiſitæ in ornatu corporum elegantiæ ſtudere, potiuſque curam omnem in bona opera conferre: atque hunc verum atque germanum Chriſtianorum ornatum* In Morali. cap. 3.

Digitized by Google

tum eſſe exiſtimamus. Deinde ſubjungit verba Pauli
1. Tim. 2. ad Timotheum: *Mulieres cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per bona opera.*

Apud Plutarch. in præc. connubial. *Ornamentum*, inquit Crates, *eſt quod ornat. Ornat autem quod mulierem honeſtiorem facit. Talem verò præſtat, non aurum, non ſmaragdus, non coccineus color, ſed quæcunque gravitatis, moderationis, & pudoris ſpecimen adhibent.* *Dejecta decoris cura*, ait Divus Ambroſius ad Virgines, *plus placet, & hoc ipſum quod vos non ornatis, ornatus eſt. Munditia veſtis & corporis animæ immunditia eſt*, dicebat S. Paula apud Hieron. in ejus Epitaphio. Et S. Bern. *Veſtium curioſitas deformitatis inditium eſt mentium & morum.* lib. 5. de Conſiderat. *Hoc ſtudium in ornando corpore, internam indicat deformitatem*, inquit S. Chryſoſtomus. *Fieri enim poteſt, ut qui animæ curam habeat, ejuſque pulchritudinem plurimi faciat, & externo cultui inhiet. Sicut & impoſſibile eſt, in externo illo cultu tantopere occupatum, illius agere curam Quot pauperum ventres poſſent inde paſci? quot nuda corpora contegi?* &c.

Ambr. ad Virg. lib. 1.

Hom. 37. in Geneſ.

Epiſt. 109. Monet Divus Auguſtinus in regula; *Nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.* Non utique mundam
1. Timot. 2. veſtem prohibens, ſicut nec Apoſtolus ornatum muliebrem moderatum, ſed mores bonos verum
1. Petri. 3. eſſe ornatum docens. Sicut cùm dicit Apoſtolus:
Rom. 14. *Non eſt regnum Dei eſca & potus*, non ea prohibet.
De habitu mulierum. Denique Tertullianus: *Veſtite*, inquit, *vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis; purpurâ pudicitiæ: talibus pigmentatæ, Deum habebitis amatorem.* Plauti ſententia eſt:
In Moſtellaria. *Mulier nequicquã exornata eſt benè ſi morata eſt malè.* Et Auguſtus Cæſar ajebat *Veſtitum mollem ac inſignem*

ſuperbiæ

ſuperbiæ eſſe vexillum nidumque luxuriæ.

Henricus II. Imperator, ſi quando hominem aſpiceret veſtitu ſuperbientem, *Te, inq. vermes; veſtimenta verò tua tineæ comedent.* Præclarè Bernardus; *Cur carnem tuam pretioſis rebus impinguas & adornas, quam poſt paucos dies vermes in ſepulchro ſunt devoraturi; & animam tuam bonis fidei operibus non adornas, quæ Deo & angelis ejus præſentanda eſt in judicio? Cur animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominam ancillari & ancillam dominari, magna equidem abuſio eſt.* Quamvis autem omnes homines vana ſuperbi veſtitus oſtentatio dedeceat; viros tamen & juvenes maximè. Vnde Poëta; S. Bernard.

Sint procul à nobis juvenes ut fœmina compti.

MONITVM CVIIII.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?

Cant. 8.

Dicitur hoc cum quodam animi ſtupore & admiratione, *Quæ, eſt iſta?* quaſi præclarum aliquod & heroicum opus aggrediatur is, qui ſæculum relinquit, & Deo ſe tradit. Deſertum enim, ſæculum hoc eſt, nequam, relictum à Deo, denſum tenebris errorum & peccatorum, ubi nullus ordo, cultura ſpiritualis nulla, ubi ſilveſcunt omnia, ubi maxima rerum omnium confuſio, ubi fera & venenata animalia, id eſt, homines impij, illis ſimi-

 les;

Digitized by Google

les; lupi, avari; leones, crudeles; porci immundi, &c. *Quæ aſcendit* ſublimem aliquem locum, cæteris eminentiorem; ut eſt ſtatus Religionis. Religioſi enim non ſunt contenti vulgari hominum juſtitia, ac impletione mandatorum Dei, ſed multò pleniùs ac perfectiùs ea obſervare conantur; ideoque amplectuntur Dei conſilia; quibus rejiciuntur vitæ melioris ac perfectioris impedimenta. De quo ſtatu D. Hieron. *Flos quidam, & pretioſiſſimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta, Monachorum ac Virginum chorus eſt.* & D. Cyprian. de Virginibus loquens, *Flos eſt ille*, inq. *Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis, illuſtrior portio gregis Domini.* Vnde & S. Ignatius ad Heronem; *Virgines*, ait, *ſerva tanquam pretioſa Chriſti monilia.*

Vide D. Thom. Quodlib. 4. art. 23. in reſponſ.

In epiſt. ad Marcell.

De habitu Virg.

In epiſt. ad Heron.

Delitiis affluens. Hoc mirum, quomodo delitiis affluat, cùm in Religione omnia videantur aſpera, jejunia, vigiliæ, cilicia, diſciplinæ, mortificationes, pœnitentia, &c. Non enim in Religione quærendum eſt otium, non cultus, ventris aut carnis commoda vel ſimilia. Sed rectè quidam Spiritalis Doctor; *Invenient ſuaviſſimam ſancti Spiritus conſolationem, qui pro amore Dei, carnalem abjecerunt delectationem. Et quantò plus ſe ab omni creaturarum ſolatio ſubtraxerint, tantò in Deo ſuaviores & potentiores conſolationes invenient.* Habent ſervitores mundi ſuas delectationes, & non haberent ſuas ſervi Dei? ita certè, & quidem multò ſuaviores & ſolidiores, quæ etiam in tribulationibus durant. Iſtas verò mundanas *vel una aufert febricula.* Febricitans enim omnia faſtidit, quibus antè delactabatur.

Thom. Kemp. li. 3. cap. 11. 13.

Auguſt. de catech. rudib. ca. 17.

Perverſum mundanorum judicium exprimit Propheta Iob, dicens, *Eſſe ſub ſentibus delitias computans.*

Iob. 30.

tant. Voluptates eorum ſentes ſunt, ſicut & Dominus in Evangelio ſpinas vocat, quia pungunt cruentant, occidunt animas. Et Divus Auguſt. de voluptatibus guſtus; *Calamitates*, inquit, *delitiæ vocātur.* Verè enim miſeria eſt hujuſmodi naturæ neceſſitatibus ſubjacere. *Habent quidem & hæc ima delectationes, ut mundus reputat, ſed non ſicut Deus, qui fecit ea, quia in ipſo delectatur juſtus, & ipſe eſt delitiæ rectorum corde*, inquit Divus Auguſtinus. Et rurſum; *Obſurdeſce adverſus immunda illa membra, quæ ſunt ſuper terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, ſed non ſicut lex Domini Dei tui.* Luc 8. Lib. 10. cap. 31. Lib. 2. ca. 5. Lib. 8. c. 11. Pſal. 118.

Qui ergo ex carnalibus ſpirituales fiunt, *delectationes non perdūt*, ut mundus exiſtimat, qui non alias quàm iſtas corporeas novit nec guſtavit; *ſed mutant à carne ad ſpiritum, à ſenſibus ad conſcientiam.* Id in ſe expertus Auguſtinus, cùm ex carnali factus eſſet ſpiritualis; *Quam ſuave mihi ſubitò factum eſt*, ait in Confeſſ. *carere ſuavitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim eas à me; vera tu & ſumma ſuavitas, & intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini.* Imò & ipſi labores, qui in Religione ſunt & ſuſcipiuntur, quoniam amantium ſunt, non ſunt oneroſi, ſed delectant: *Si enim delectat labor, quo fera capitur, ut venantium, ſi delectat labor, quo nummus colligitur, ut negotiantium: quomodo non magis delectabit labor, quo Deus acquiritur, ut eſt eorum qui ei ſervire elegerunt.* Auguſt. in Pſalm. Lib. 9. Cōf. cap. 1. Auguſt. de bono viduitat. cap. 21.

Innixa ſuper dilectum ſuum. Quis dilectus noſter, niſi Chriſtus Dominus, qui dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis; Vnde & illum nos præcipuè redamare & omnes ad illius amorem Galat. 1.

trahere debemus. Sed quæret aliquis, Nonne arduum homini aſcendere, & ſupra vires? primò enim infirmus eſt, firmitatem ſuam priſtinam peccato amiſit: infirmi autem ambulare non poſſunt, multò minùs aſcendere. Deinde homo pondere concupiſcentiæ pravæ in qua naſcitur, ſemper deorſum trahitur, & ſic aſcendẽdo contra naturam conatur, & ſupra vires. *Nemo*, ait D. Proſper, *de ſuis viribus confidat, in quibus non habet niſi periculi facilitatem, quæ etiam cùm integræ eſſent, non ſteterunt.* Quomodo ergo audet tentare aſcenſum? *Innixus eſt ſuper dilectum ſuum*, ejus auxilio & gratiæ fidit, & ſic fortis efficitur. *Quis ambulat in tenebris, & non eſt lumen ei?* vel ſcientiæ, vel juſtitiæ. *Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum*, & ſic illuminabitur, & juſtificabitur. *Nemo*, inquit Divus Cyprianus, *ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei miſericordia & indulgentia tutus eſt.* & S Auguſtinus: *Firmitas noſtra quando tu es Domine, tunc eſt firmitas; quando autem noſtra eſt, tunc eſt infirmitas.*

De voc. gent. lib. 1. cap. 8.

Iſaiæ. 50.

De Orat. Dominica.

Lib 4. Conf. cap. ult.

Sic innixus ſuper dilectum ingreſſus eſt S. Fulgentius, licet juvenis delitioſus, Monaſterium. Qui cùm veniſſet ad Fauſtum Epiſcopum, virum ſanctiſſimum, eique votum ſui cordis fideliter indicaſſet; ille ſciens ſæcularem omnino juvenem, verebatur talia credere pollicenti, dicens ei: Quare, fili mentiris, ut ſervos Dei fallere delecteris? Tune eris Monachus, aut antiquam delitiarum tuarum conſuetudinem ſic repentè mutabis, ut eſcarum vilium negligentior apparatus, & veſtium ſordidarum tuum animum non offendat abjectio? Ad hæc ille juvenis magis ac magis inflammatus repellentis manum ſuppliciter oſculans,

In Vita. c. 4.

oſculans, ſic oculis in terram depoſitis precabatur: *Potens eſt, Domine pater, dare volenti facultatem qui nolenti tribuit voluntatem.* Permitte me tantùm tuis inhærere veſtigiis, aperi mihi januam Monaſterij, præbe ſanctæ ædificationis adjutorium, fac me unum de diſcipulis tuis: & Deus novit quomodo me liberet ab iniquitatibus meis.

Dicitur & B. Laurentius Iuſtinianus, initio converſionis ſuæ animo propoſuiſſe, hinc omnia bona fortunæ, nobilitatem, Magiſtratus, honores, uxorem, liberos, pecuniam, & omnis prætereà generis voluptates; illinc inedias, vigilias, æſtus, algorem, ſervitutem: ſediſſe deinde quaſi judicem inter iſta, & ab ſeſe ita exegiſſe: *Conſidera nunc etiam atque etiam Laurenti, quid agas: Putaſne hæc perferre poteris, aut illa contemnere? Tum ſeſe ad Domini crucem convertiſſe; Tu es Domine, ſpes mea; ibi poſuiſti certiſſimum refugium tuum* Sicque animo confirmatus, calcatis opibus & honoribus, & florentis ætatis illecebris, ad cœleſtem militiam profectus eſt. In Viat. c. 1.

Andreas Spinula, cùm provectiori jam ætate, nempe, ut ipſemet humili quodam joco de ſe queri ſolebat, tringinta & octo annos habens in infirmitate, de ſæculo relinquendo deliberaret, atque in partem contrariam, tum valetudinis imbecillitas, tum delitiarum conſuetudo, familiæ nobilitas, dignitatis, quam in Eccleſia gerebat, amplitudo, denique diſciplinæ difficultas, & multæ aliæ rationes quaſi agmine facto ad terrorem ei ſeſe offerrent, repentè Dei bonitas hunc verſiculum ejus menti objecit; *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quaſi cervorum.* Eoque verſiculo, tanquam lumine quodam oborto, ita illuſtratus eſt, ut omnes

Apud Platũ lib. 3. c. 16. Ioan. 5.

Abac. 3.

Digitized by Google

illæ timidæ ac diſſidentes cogitationes momento evanuerint, iſque animo penitus confirmato ac conſtanti adverſus illa omnia incommoda permanſerit. Ecce, quomodo iſti Sancti aſcenderint de deſerto, ſed innixi ſuper dilectum ſuum: non nitentes ſuis viribus, ſed Dei adjutorio ac gratiæ fidentes. Libet aſ-
Lib. 3. c. 16. ſcribere quæ eleganter de his rebus diſſerit D. Proſper de vit. contempl.

Quemlibet hominem, inquit, *donec ſe in eo quod elegerit certâ definitione confirmet, quamdiu non vult quod volebat, modò velle incipit, quod nolebat; velut in quodam deliberationis incertæ bivio conſtitutum diſcerpit ipſa diverſitas voluntatum. Hinc eum virtus admonet ſuæ ſalutis, & vocat; inde conſuetudo vitioſa diſcedere à ſe volentem remoratur & revocat: & paulisper à ſe averſo, nec ad virtutem plenè converſo uſitatæ voluptatis admonitione blanditur, & omnes illecebras, quibus olim perditè fruebatur, oſtẽdit. Turpia quoque deſideria quibus vinciatur immittit, ac jam penè faſtidienti blandum neſcio quid molliter inſuſurrat: & ſupplicat, ne præponat mollibus dura; lætis triſtia, certis dubia, præſenti voluptati futura: cogitet quàm pœnale ſit atque difficile, dulcibus carere delitiis, illecebris renuntiare carnalibus, abſtinẽtiæ jugis gravari laboribus jejuniorum ac vigiliarum continuatione torqueri, certâ carnis afflictione præmiũ dubiæ remunerationis ambire, contra diabolum decipiendi peritum reſiſtendo arma corripere, inſidias ejus ac fraudes vigilantis animi cautione vitare; quàm denique miſerum ſit enormitate tantæ aſperitatis evictum, ac diabolicâ fraude deceptum, ad repudiata redire, voluptatibus quas abjecerat frui, & omnibus quæ incautè laborioſum ſuſcipiendo propoſitum, contempſerat, delectari. His & talibus vitioſa conſuetudo, dubium ſanctæ definitionis affligit.*

Vide Aug. lib. 8. Conf. cap. 11. & lib. 6. c. 11.

Virtus contrà, quæ continentia nominatur, morantem confidenter objurgat, ad delectationes puras caſtaſq; delitias, quibus fruuntur omnes ſui amatores, invitat: offert nudo juſtitiæ veſtimentum; illuminato ſui apparatus demonſtrat ornatum; diffidenti de ſe, protectionis ſuæ promittit auxilium; hortatur & provocat, ut definitionis ambiguitate depoſitâ propoſitum ſpirituale ſuſcipiat; perſeveraturũ ſe in ſuſcepto labore propoſiti ſui, non ſuâ poſſibilitate, ſed Domini miſeratione confidat; nec ſuis viribus ſed gratiæ Omnipotentis fretus auxilio, contra diabolicas impugnationes victricia arma corripiat; cogitet quanti & quantæ potuerunt, & poſſunt, quod ſe poſſe deſperat: unde illi vel illæ potuerunt, inde ſe poſſe firmiter credat: certâ ſpe ſpiritualia carnalibus, & terrenis cœleſtia, & futura præſentibus anteponat. Hactenus S. Proſper.

Vide in vita S. Fulgēt. cap. 2.

MONITVM CIX.

Cæpit lavare pedes Diſcipulorum, &c.

IOAN. 13.

LOtio iſta pedum facta videtur ob ſequentem Euchariſtiæ inſtitutionem & diſtributionem; quo ſcilicet exteriori quodam ſigno doceremur, quæ munditia requireretur in eo qui Euchariſtiam dignè eſſet percepturus. Non ſolùm ergo in exemplum humilitatis & dilectionis eſt adhibita, ſed etiam in myſterium ſpiritualis munditiei. Hoc ex verbis Chriſti ſatis patet, cùm Petro dicit; *Si non lavero te,* &c. *Qui lotus eſt,* &c. ut rectè colligit D.

Vide Ianſe in Concord

In Serm. de cœna Domini. git D. Bernardus. Quanquam autem pro ratione facti ſui, myſterium hoc non explicaverit, ſed ſolum, *Exemplum dedi vobis*, &c. *Sed multa habebat illis*
Ioan. 14. August. hic. Cyprian. de ablut. pedū. *dicere, quæ adhuc portare non poterant*. Et D. Auguſtinus ac Cyprian. ſignificant Dominum hâc ablutione demonſtraſſe aliud lavachrum, quo poſt baptiſmum non iterabilem, à peccatis poſt baptiſmum contractis ablui poſſemus, videlicet, lavachrum pœnitentiæ, ac mutuæ condonationis peccatorum; quæ ſpiritualis ablutio maximè neceſſaria eſt ad dignam Euchariſtiæ participationem. Unde
1. Cor. 11. & Paulus præcipit, *ut quis ſe probet, ac ſic de pane illo edat*.

Priùs autem Evangeliſta ſignificat Chriſti celſitudinem, quæ comparata cum eximiæ humilitatis ejus facto, ſummè illud ſtupendum facit;
Ioan. 13. *Sciens quia omnia ei dedit Pater in manus*, ſecundùm divinitatem quidem, per æternam generationem; ſecundùm humanitatem, per unionem divinitatis cum humanitate in unitatem perſonæ. *Et quia à Deo exivit*, cum in ſinu Patris requieſcebat, homo factus eſt in mundo. *Et ad Deum vadit*, quia per divinitatis virtutem humanam naturam in cælum ſubducturus erat, ac ſeſſurus in dextera Patris. Similiter Paulus, exaggerans Chriſti pro nobis humi-
Philip. 2. liationem, *Qui*, inquit, *cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi*, &c.

Talis ergo cùm eſſet, *ſurgit à cœna*, ac ſpeciem abjectiſſimi induit ſervi. Quod ut adhuc magis admirandum faciat, ſingula diligenter perſequitur: *Ponit*, ſcilicet, ipſemet, *veſtimenta ſua, accepit linteum, præcingit ſe*, ipſemet *mittit aquã in pelvim, & lavat*, non manus

manus,ſed *pedes diſcipulorum*. Hæc autem humilitatis officia Apoſtolis ſemel exhibita, etiam omnibus nobis Chriſtus exhibuit, myſticè intellecta, quemadmodum intelligi ea poſſe indicat S. Aug. Veluti enim veſtimenta gloriæ ſuæ poſuit, dum in forma Dei exiſtens ſemetipſum exinanivit. Veluti linteo ſe præcinxit, dum formam ſervi accepit. Velut aquam miſit in pelvim, unde lavari poſſint pedes noſtri, cùm ſanguinem ſuum in terram fudit, & lavachrum inſtituit, quo immunditia noſtrorum deleretur peccatorum. Veluti linteo quo erat præcinctus, pedes quos lavit terſit, cùm carne qua erat indutus, veſtigia fidelium confortavit. In hunc locum Ioan.

Fuit ergo humilitas hæc nunc Apoſtolis exhibita, typus quidam humiliationis Chriſti pro ſalute omnium electorum. Stupenda ſanè humilitas, quâ non ſolum ſuam erga Apoſtolos dilectionem declarare, illoſque ſuo exemplo ad ſimilem inter ſeſe dilectionem provocare voluit, ſed & omnem tumorem ac ſuperbiam, ab eorum omniumque fidelium mentibus eximere, ut qui per ſuperbiam à regni cæleſtis exciderant conſortio, per humilitatem ad illud rurſus ſublevarentur. *Tanta eſt enim* ait D. Auguſt. *humanæ humilitatis utilitas, ut eam ſuo commendaret exemplo Divina ſublimitas: quia homo ſuperbus in æternum periret, niſi illum Deus humilis inveniret. Venit enim Filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat. Perierat autem ſuperbiam deceptoris ſecutus. ergo humilitatem Redemptoris ſequatur inventus.* Sic Auguſtinus. Tract. 58. in Ioan. Luc. 19.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Græci putant, ſicut & Cyrill. Chriſtum à Iuda cœpiſſe, quo magis eum ab inſtituto ſcelere revocaret. Auguſtinus

autem à Petro, quod veriſimilius: magis conveniens conſuetudini Chriſti, quia is ſolitus ſemper fuit præferre Petrum aliis, & ab illo exordiri; honori Apoſtolorum, quia non eſt veriſimile eos in ſe paſſuros quod Petrus recuſavit, ſed ſimili reverentiâ recuſaturos: fervori Petri, quod veriſimile ſit illum pro ſuo fervore non etiam admiſſurum, ut aliorum pedes abluere tentaret. Petrus autem conſiderans ſuam indignitatem, & Domini dignitatem, exhorruit inauditum humilitatis exemplum, eodemque animo refugiens à magiſtro lavari, quo

Matth. 3.

Baptiſta detrectaverat eum lavare, dixit; *Domine tu mihi lavas pedes?*

In illum locum Ioan.

In quibus verbis magna emphaſis eſt, *Tu*, &, *Mihi*: quam cogitandam potiùs vult S. Auguſt. quàm exprimendam. *Quid eſt*, inquit, *Tu*; *Quid eſt*, *Mihi? cogitanda ſunt potius quàm dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidem dignè concipit anima, non explicet lingua.* Eſt & Emphaſis in dictione, *pedes*, quam explicat Theophylactus. Petro ex reverentia & zelo detrectanti reſpondit Dominus, *Quod ego facio, non intelligis modò, intelliges poſtea*, videlicet poſt lotionem, quando ſe Dominus in exemplum illorum feciſſe reſpondit, ſed pleniùs poſt acceptum Spiritum ſanctum, quando non ſolùm perfectè cognovit cum aliis factum hoc fuiſſe eximium exemplum ſequendæ humilitatis, & dilectionis mutuò exhibendæ, ſed etiam fuiſſe myſterium neceſſariæ ablutionis, internæ & ſpiritualis.

Porrò Petrus ne hoc quidem reſponſo, quoniam non intelligebat, coërcitus, perſiſtit in cœpto fervore, imò etiam magis refugit, & per ſummam illam reverentiam non conſiderans, quam deberet illi

ret illi obedientiam in omnibus, dixit; *Nunquam patiar ut mihi laves pedes.* Ne quidem altitudinem prætenti myſterii à ſententia cedens; ſed magis in ea firmatus. Dominus autem ut hanc vehementem recuſationem ab amore proficiſcentem, veluti clavum clavo pelleret; minis cohibuit opportunis, vehementer ſcilicet amanti dilectionis damnum prætendens, ac ſignificans eum, ſi ſic amare pergeret, amari viciſſim non poſſe. Cùm enim præ omnibus aliis diſcipulis maximè deſideraret, eſſe cum Chriſto: (unde poſtea dolenti animo rogat; *Domine quò vadis?* &, *quare non poſſum te ſequi modò?* Dominus quod maximè ſciebat animũ ejus vellicaturum, incutit ei tanquam terriculamentum quoddam, dicens; *Si non lavero te, non habebis partem mecum*, id eſt, non eris particeps hæreditatis meæ, & felicitatis in regno meo. Vel etiam non eris particeps convictûs & conſuetudinis meæ, ſed ejiciam te è meo conſortio.

Dupliciter autem hoc intelligi poteſt. 1. De illa corporali pedum lotione; non quòd ablutio illa per ſe ad ſalutem fuerat neceſſaria, ſed quòd ob inobedientiam, ſi perſeveraret reſiſtere, eſſet rejiciendus. Sic accepit D. Baſilius, cùm hunc locum expendens, hinc oſtendit terribilitatem divini judicii, quod Petro ob inobedientiam, ex amore licet prodeuntem, Chriſtus comminatus ſit rejectionem & condemnationem. Similiter S. Aug. ut videtur, cùm admonet hoc dictum eſſe; *Si non lavero te*, cùm de ſolis pedibus ageretur, quomodo dici ſolet, calcas me, quando ſola planta calcatur. 2. De ſpirituali ablutione, ut intelligatur Dominus facta Anagoge, ab externa ad internam ablutionem

In oratio. de judicio Dei.

In hunc locum.

ablutionem extuliſſe ſermonem: quemadmodum cùm Samaritanam alloqueretur, à corporali aqua ſermonem tranſtulit ad ſpiritualem.

Vnde notat Caietanus, non jam dixiſſe Dominum, ſi non lavero pedes tuos, ſed, te, ut hac locutionis mutatione ſignificaret ſe jam non loqui de externa pedum ablutione, ſed interna ipſius Petri, quæ Chriſto eſt propria, & omni homini neceſſaria, qui cum Chriſto partem eſt habiturus. Et de tali ablutione intelligenda eſt ſequens Domini ſententia. Sic intelligit D. Cyprian. ſermone prædicto. *Quicquid dicit Petrus*, inquit, orans Chriſtum *neceſſe eſt, ut ipſe nos abluas; neque enim lavare nos poſſumus, ſed in omnibus quæ agimus, indulgentiæ tuæ lavachro indigemus*. Hinc ergo diſcamus non poſſe nos participare menſæ Domini, niſi ab illo abluamur, nec poſſe admitti nos in ſanctorum poſt hanc vitam conſortium, niſi & pedes noſtros abluat, quia *nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum*. Quare quod minus hîc purgatum fuerit, poſt hanc vitam neceſſe eſt ut purgetur perfectè, priuſquam quis partem cum Chriſto & apud Chriſtum obtineat.

De ablutione pedum.

Apocal. 21.

Petrus tametſi non intelligebat quid ſibi vellet ſermo Domini, tamen cùm audiret de periculo ſecluſionis à conſortio ejus, quem unicè diligebat, idque vehementer, & nihil magis abhorreret (dura quippe eſt amanti mentio divortii) quàm vehemens fuerat in recuſando, tam vehemens ſubitò, imò vehementior factus eſt in admittendo, ſe totum lavandum offerens. Quod factum Petri nobis eſt inſigne exemplum, ut & per humilitatem nos indignos planè divinâ dignatione cenſeamus, & tamen per obedientiam avidè Dei dona,

na, quæ ipſe in ſalutem noſtram paravit, amplexemur. Dedit ille corpus ſuum in cibum, & ſanguinem in potum. Noſtrum eſt ut nos eâ participatione indignos planè reputemus: at quoniam ei placuit ad ſalutem noſtram nobis dare, dixitque, *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*: ſicut modò dixit Petro, *Si non lavero te, non habebis partem mecum*. Rurſum noſtrum eſt, ut non per humilitatem deprimamur nimis, ſed per obedientiam, & Chriſti amorem, & ſalutis deſiderium, cupidè adſpiremus ad eorum participationem donorum, eaque non frigidè, ſed avidiſſimè ſuſcipiamus.

Ioan. 6.

Ioan. 13.

Deinde hoc Petri facto commodè utemur contra eos qui indiſcretè & temerè ſe facturos quippiam ſtatuerunt, quod eis non prodeſt, ſed potiùs in ſalutis eorum diſpendium vergit, quod & juramento confirmaverunt, ac deinde juramenti irreverentia, in eo quod ſtatuerunt, pertinaces eſſe perrexerunt. Proferendum illis hoc Petri exemplum, qui cùm propoſitum ſuum, in quo pertinax eſſe decreverat, audiret vergere in ſeparationem à Chriſto, ceſſit ab illo: ut hinc admoneātur præſumptuoſum mutare decretū, nec immorari illo, etſi juramento illud ex magno impetu firmaverint. Hoc notavit Theophyl.

In hunc locum.

Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut lavet pedes, ſed eſt mūdus totus. Prius ejus vehementiam in recuſando repreſſit, hîc ejus vehementiam coarctat in alteram partē, & ſenſus eſt; fruſtrà manus & pedes offert, cum ſufficiat pedum ablutio. Sicut enim qui in balneis bene abluti ſunt, non habent opus toto rurſus ablui corpore, ſed tantùm ut pedes abluant, quos mox, ut egreſſi fuerint balneum, ex contactu terræ

coinquinant:

coinquinant: ita qui meo ſpiritu, meoque baptiſmo ſunt jam loti & mundati, non neceſſe habent eodem rurſum purgari lavachro, ſed tantùm ut pedes, id eſt, animi affectus, qui ex terrenis rebus, in quibus verſantur, ſubinde in præſenti vita maculantur, identidem etiam purget, pœnitentiæ lachrymis, carnis caſtigatione, aliiſque id genus virtutum remediis. Vos autem mundi eſtis, meoque ſpiritu ſemel in baptiſmo abluti.

Poſteà reddit hujus facti cauſam: *Et vos debetis alter alterius lavare pedes.* Vbi non tantum pedum ablutionem exegit, quamquam & hanc conveniret exemplo Chriſti inter Chriſtianos eſſe receptiorem, ob quam Abraham & Loth in Script. ſunt commendati, quam & in primitiva Eccleſia exemplo Chriſti Chriſtiani plerique hoſpitibus & peregrinis exhibebant. Vnde Paulus viduam requirit, *quæ laverit pedes ſanctorum.* Et D. Aug. teſtatur ſuo ſæculo apud pleroſque conſuetudinem fuiſſe hujus humilitatis cũ ſe invicẽ hoſpitio ſuſcipiũt, multoq; id melius eſſe dicit & ſine controverſia verius, ut etiam manibus fiat opere ipſo corporali, ne dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus. At nunc ut multorum refrixit charitas, & humilitas; ita conſuetudo hæc pænè tota exolevit.

Geneſ. 18.
Geneſ. 19.
1. Timoth. 5.
In hunc locum.

Non ergo pedum tantum ablutionem exigit, ne ſine hac putemus præceptum iſtud non obſervari, ſed humilitatis ac veræ dilectionis quævis officia. Synecdoche enim eſt ut ex eo quod ſerviliſſimum videtur & abjectiſſimum omnia officia intelligantur. Qui enim eò ſe demiſerit, ut fratri lavet pedes, imò & hoſti ſicut Chriſtus, quid ille miniſterii, quid officii detrectabit? Sic cùm Abigail diceret

ret nuntiis David; *Ecce famula tua ſit in ancillam, ut lavet pedes ſervorum Domini mei*, ſignificavit ſe uſq; adeò morigeram & ſubjectam fore Davidi, ut quævis officia etiam abjectiſſima non eſſet detrectatura. Servat ergo præceptum Domini, ſecundùm ſcopum ab illo intentum, qui ſervat præceptum Apoſtoli; *Honore invicem prævenientes.* & rurſum, *In humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes*: quiq; ex ſyncera erga proximos dilectione, nullum gravatur ipſis impendere officium, etiam humile, ſive in corpore, ſive in anima, quod illis ſit commodum, ac dilectioni fovendæ & promovendæ conveniat. 1.Reg.26. Rom.12. Philip.2.

Singulari autem & eximiâ ratione hoc præceptum adimplent Chriſtiani, cùm ſibi mutuo peccata condonant. Inter reliqua enim humilitatis & dilectionis officia, præcipuum obtinent locum, humilitatemque ac dilectionem maximè provocant, confiteri & condonare invicem peccata. Hic denique myſticè lavamus pedes noſtros, eaque facimus quæ ad Euchariſtiæ participationem maximè ſunt neceſſaria, & ad eam præparant.

MONI

lis ei qui contempletur quemadmodum Salvator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedech ritu ea, quæ ad ſacerdotium in hominibus gerendum ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. Nam quemadmodum ille qui ſacerdos gentium erat, nuſquam videtur corporalibus ſacrificiis functus, ſed vino ſolo ac pane, dum ipſi Abraham benedicit: ita ſanè primus ipſe Salvator ac Dominus noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt Sacerdotes in omnibus gẽtibus ſpirituale ſecundùm Eccleſiaſticas ſanctiones ſacerdotij munus obeuntes, vino ac pane, & corporis illius & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentant. Quæ ſanè myſteria Melchiſedech tanto antè cognoverat. Geneſ. 14.

Minatur Dominus pro magna plaga populo Iudaico, quòd *ſedebunt multos dies abſque ſacerdotio & ſacrificio.* Et Azarias deflet tanquam ingentem plagam, quòd *non haberent incenſum, ſacrificium, holocauſtum, ſacerdotem, locum primitiarum. Et non eſt in tempore hoc Propheta, neque holocauſtum, neque Sacrificium,* &c. Si voluit igitur Chriſtus Eccleſiam ſuam tempore novi Teſtamenti eſſe ſine ſacerdotio, & ſacrificio externo, non teſtamentum gratiæ tradidit populo ſuo, ſed magnæ iræ, & majoris quàm in veteri teſtamento, id quod prorſus repugnat tempori gratiæ, de quo Chtiſtus dicit, quod venit *prædicare annum Domini acceptum.* & Paulus; *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*: Aliter certè D. Auguſt. qui docet *unicum ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, quod in Eccleſia in Miſſa ubique offertur, ſucceſſiſſe omnibus ſacrificiis veteris teſtamenti.* Aliter quoque D. Cyprianus in lib. 1. ad Quirinum contra Iudæos cap. 16. 17.

Oſeæ 3. 2. Paral. 15. Daniel 3. Luc. 4. 2. Cor. 6. De civit. l. 17. cap. 20. & lib. 20. ca. 21. Cont. adverſ. leg. & Proph. cap. 18. In Pſal. 39.

Aliter etiam S. Irenæus in hæc verba, *Chriſtus dans conſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, nõ quaſi* Lib. 4. cap. 22.

 indigenti,

indigenti; ſed ut ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit, dicens; Hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & novi Teſtamenti novam docuit oblationem; quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in univerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat primitias ſuorum munerum, in novo Teſtamento.

Malach. 1. Ibidem.

De quo in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificavit; Non eſt mihi volũtas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab ortu uſque ad occaſum nomen meum glorificatur inter gẽtes & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum, quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidẽ populus ceſſabit offerre Deo; omni autem loco ſacrificium offertur ei, & hoc purum; nomen autem ejus glorificatur in gentibus.

Serm. 7. de paſſ. Aug. de civit. lib. 16. cap. 25. Hier. in comment. ſuper Malach.

Sic & Leo; *Cùm in atrio Caiphæ tractaretur quomodo Chriſtus poſſet occidi, ille corporis ſui & ſanguinis ordinans Sacramentum, docebat qualis Deo hoſtia deberet offerri.* Ad eundem planè modum tractant alij Patres locum illum Malachiæ.

Quo magis miranda eſt malignitas & perverſitas hæreticorum, qui non verentur de Miſſa noſtra aſſerere, quòd ſit immunda oblatio panis, de qua Malach. cap. 1. cùm ille prorſus non meminerit alicujus immundæ oblationis, ſed ſolùm *mundæ oblationis*, quam dicit *ubique ſacrificari Deo.* Id quod prædicti omnes Doctores interpretantur de ſacrificio corporis & ſanguinis Domini, quod ubique terrarum in Miſſa offertur. Grandis eſt impudentia, Scripturam ita pervertere, & fingere apud imperitos

ticos ſcriptum eſſe quod ſcriptum non eſt. Habet quidem Malachias contra ſacerdotes veteris legis. *Offertis ſuper altare meum panem pollutum.* At de Euchariſtia loquens, dicit, *in omni loco & in omnibus gentibus offerri ſibi oblationem mundam.* Malach. 1.

Sacerdotes olim etiam fuiſſe ſacrificos (quod negant hæretici) patet ex S. Laurentio dicente Sixto Pontifici: *Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras:* eique tanquam Diacono *commiſſa erat Dominici ſanguinis diſpenſatio.* Item ex altaribus quæ furore infidelium leguntur everſa, quæ ſine viſibili ſacrificio nulla eſſe debuerunt. Item, quòd everſis templis vel ereptis, ſacerdotes ſecretioribus ut poterant locis, adeoque ipſis in carceribus divina myſteria celebrabrant. Mentio altaris etiam in Scripturis novi Teſtamenti. Ut cùm Dominus dicit in Evang. etiam pro futuro tempore; *Cùm offers munus tuum ante altare, &c. relinque munus tuum ante altare, &c.* Et Paulus; *Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt*, id eſt, qui adhuc veteribus cæremoniis inhærent. Et ad Corinthios, cùm ait: *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum:* per menſam non niſi altare intelligit. Vnde ibidem, *Qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris.* Ambroſ. li. 1. Offic. cap. 41. Vide Aug. cont. Donat. poſt. collat. cap. 4. Victorem Vtic. in Hiſtor. Matth. 5. Heb. 13. 1. Cor. 10.

Apud Patres verò eorum frequens mentio. Optatus Milevitanus; *Quid eſt altare*, inquit, *niſi ſedes corporis & ſanguinis Domini?* Ambroſius: *Non ego altaria tenebo, vitam obſecrans, ſed pro altaribus gratiùs immolabor. In quibus*, ait idem Optatus, *vota populi, & membra Chriſti portata ſunt, quò Deus omnipotens invocatus eſt; quò poſtulatus deſcendit* Lib. 6. cont. Donat. Epiſt. 33. Ibidem.

Spiritus S. unde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. Altaria, inquã, in quibus fraternitatis munera non juſſit Salvator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. S. Gregor. Nazian. laudans pietatem Gorgoniæ ſororis; *Ad altare,* inq. *procubuit, eumque qui ſupra illud colitur magno cum clamore obteſtans*, &c. In orat. funeb. Quid autem ſuper altare colatur jam ex Optato & aliis intelligitur.

Ad Heliodor. Hieron. de miſeria ſui temporis querens: *Ad altaria*, inquit, *Chriſti ſtabulati equi.* Et Aug. de Matre

Lib. 9. conf. cap. ult. quod moriens petiit *memoriam ſui ad altare Domini fieri, unde ſciebat diſpenſari victimam ſanctam, quâ deletum eſt chirographum*, &c. *cui nullius diei intermiſſione*

Epiſt. 107. *ſervierat, ad quod nullá die oblationem prætermiſerat*, & rurſum; *Nunquid ubi audieris Sacerdotem Dei ad ejus altare populum hortantem ad Deum orandum*, &c. Et

Epiſt. 72. Cyprian. *Oportet,* ait, *Sacerdotes & miniſtros, qui altari & ſacrificijs deſerviunt, integros atque immaculatos eſſe.*

Epiſt. 66. Idem etiam refert, *Anteceſſores ſuos cenſuiſſe, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: Ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificiũ pro ejus dormitione celebraretur. Neque enim,* inquit, *meretur apud altare Dei nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit avocare.* Ac infinita alia de Altaribus leguntur apud Patres.

Dicunt etiam hæretici, ſententiam eorum qui dicunt, panem tranſubſtantiari in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem, adverſari & pugnare cum aſcenſione Chriſti in cœlum. Sed libet eos interrogare, cur hoc dicant: Reſpondent, quia corpus Chriſti non poteſt eſſe in duobus locis, in cœlo, & in altari. Sed intereſt de qua potentia hoc intelligant, divinane, an naturali ipſius corporis?

Si de

Si de naturalis corporis potentia intelligant, reſpondemus cum D. Ambroſio; *Quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cùm ipſe præter naturā ſit partus ex Virgine*? Et juxta tale Sophiſma neganda erit ſimiliter conceptio Chriſti de Virgine: nam juxta naturam fœmina non niſi viro juncta conſuevit concipere. Neganda erit etiam reſurrectio Chriſti & noſtra. Corporis enim mortui hæc eſt natura, ut maneat mortuum. Sed ita loquuntur hæretici, quaſi ne divinâ quidem potentiâ poſſit idem corpus eſſe in pluribus locis. Unde adhibent hanc ſimilitudinem; Deus non poteſt facere ut album ſit nigrum, & lux ſit tenebræ.

De ijs qui myſter. initiant. cap. 1.

Atqui Chriſtus contra eos apertè oſtendit Deum non ſolùm poſſe ponere idem corpus in diverſis locis, ſed etiam hoc feciſſe, dum ipſe certo loco ſedens cum Apoſtolis ſuis in ultima cœna; de eo quod habebat in manibus ſuis, & Apoſtolis in os porrexit, dixit; *Hoc eſt corpus meum*. Erat ergo corpus idem in diverſis locis, nempe in loco ubi Chriſtus ſedebat, & in manibus ejus âtque ore Apoſtolorum. Sic natura corporis habet, ut non poſſit ſimul eſſe in eodem loco cum alio corpore: ſed divina potentia ſuperiorem ſe legibus naturæ oſtendens, invexit corpus Chriſti ad Apoſtolos januis clauſis, ut Joannes teſtatur. Imò D. Auguſt. teſtatur *poteſtatem Creatoris apud ſe habere, ut de omnibus rebus aliud faciat, quam eorum quaſi ſeminales rationes habent*.

Matth. 26.

Aug. in Pſal. 33.
Proſp. de promiſſ. & prædict. part. 2. c. 25.

Ioan. 20.
De geneſ. ad lit. c. 20.

Hæc ergo ſententia dicens ſententiam quæ docet corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, pugnare cum aſcenſione Chriſti in cœlum, contraria eſt primo articulo Fidei de omnipotentia Dei, & imi-

tatur eos de quibus ſcriptum eſt; *Malè locuti ſunt de*
Pſal. 77. *Deo: dixerunt; Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo?* Et Capharnaitas illos, *Nunquid poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mãducandum?* Et Sadducæos, qui *ignorantes Scripturas,*
Ioan. 6.
Matth. 22. *& Dei virtutem*, impoſſibilem eſſe credebant mortuorum reſurrectionem. Item Origeniſtas, qui ex elementorum ponderibus idem Chriſtianum dogma de carnis reſurrectione confutari putabant. Et Iovinianum, qui impoſſibile exiſtimavit in veri hominis partu permanere virginem integram. Ut Neſtorius, Deum ex fœmina naſci, aut mori poſſe.
Epipha. in hæreſi Origen.
Auguſt. hæreſ. 28.

At noſtrum eſt imitari non horum infidelitatem, ſed fidem B. Mariæ, de qua ſcriptum eſt, *Beata quæ credidiſti.* Quæ propterea credidit Angelo Gabrieli, quia *non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum.* Qui etiam poteſt efficere, ut *tranſeat camelus per foramen acus*, & ſuum virilis ſtaturæ corpus per clauſas intulit januas; *& verax eſt ac fidelis in omnibus verbis ſuis*; ſive nos ea intelligamus, ſive non. Credamus igitur omnipotenti Deo, & *demus eum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe, quia in rebus mirabiliter ab eo factis*, ait Auguſt. *tota ratio facti eſt omnipotentia facientis.*
Luc. 1.
Matth. 19.
Ioan. 20.
Pſa. 144.
Epiſt. 3. ad Voluſian.

Sed conantur hæretici apertiſſima hæc verba Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, commětitiâ expoſitione, per Metonomyam illudere, videlicet, quaſi diceret Chriſtus; Hoc eſt ſignum vel figura corporis mei. Sicut olim eludebat Neſtorius hæc apertiſſima Dei Patris verba, *Hic eſt filius meus dilectus*: dicens Ieſum filium Mariæ, non fuiſſe verum filium Dei naturalem,
Matth. 3.

lem,ſed tropicum tantùm, ſeu adoptivum, propter amicitiã quam habebat cum Deo. Simili ratione veritatem Scripturæ Geneſeos evertit Origenes. Iconoclaſtæ quoque dixerunt, Euchariſtiam eſſe imaginem corporis & ſanguinis Domini. Sed SS. Patres in 7. Synodo, etſi approbaverunt ſanctorum imagines, tanquam quæ in recordationem prototyporũ habendæ ſunt, Euchariſtiam tamẽ nullâ ratione dixerunt connumerari poſſe nudis imaginibus, aut veris ſignis. Sed docuerunt *eſſe verum Chriſti corpus & ſanguinem*, ſicut & alii veteres. Synodus 7.

Si figuratè locutus fuiſſet Dominus, ſimiliter & de Agno Paſchali ejuſque carne dicere potuiſſet, *Hoc eſt corpus meũ.* De ſãguine quoque vituli, de quo Moyſes ait; *Hic eſt ſanguis fœderis quod mandavit ad vos Deus*, potuiſſet eadem ratione dicere, *Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti*: ſicut hæc dixit de his quæ diſcipulis ſumenda tradidit. Quod quàm ſit abſurdũ, nemo non videt. Et qui manna manducabant & aquam de petra bibebant, paſſim in ſuis cœnis & refectionibus, & Domini corpus manducabant & ſanguinem bibebant? & ut erant pleriq; mali, rei erant violati corporis & ſãguinis Domini, quotieſcunq; id fecerint. Exo. 12. Exo. 24.

Quando autem S. Auguſt. ſignum vocat, non negat verum corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, ſed tantummodo intelligit non eſſe id ibi in propria ſpecie, quomodo apparebat in terra, & nunc in cælo. Et *de Trinit.* dicit hoc Sacramentum ſignificare Chriſtũ, ſicut alia eum ſignificant; hoc tamẽ habere præ cæteris propriũ, *quod etiã corpus & ſanguis Chriſti ſit*. Maximè autẽ ſignum vocatur, quia ob oculos nobis ponit corpus Chriſti ſub ea qualitate, qua erat in paſſione & cruce, in qua jam non eſt in gloria cæleſti. Cõt. Adimãtum, ca. 12. ep. 23. in Pſal. 89. Lib. 3. c. 4.

Ibid. c. 10. Tam gravi autem authoritate tradit Auguſt. hoc quod eſt in Altari eſſe corpus Chriſti, *ut ſi nunquam alibi ſpecies illa niſi in altari videretur, nihil aliud crederetur, quam Chriſtum in tali ſpecie apparuiſſe mortalibus; & talem liquorem de ejus latere fluxiſſe.* Rurſum ita in hoc Sacramento Chriſtum eſſe aſſerit ut ab omnibus adorari debeat. Vide quæ dicat in Pſal. 33. in præfat.& quæſt. ſuper Levit. c.26.

Cauſa autem cur Aug. & alij interdum obſcuriùs locuti ſint de myſterio Euchariſt. hæc videtur fuiſſe, quod haberent auditores non Chriſtianos tantum, ſed infideles etiam & catechumenos, â quibus etiam libri eorum legebantur. Hinc tectiùs locuti, *ne ſanctum darent canibus.* Vide Dion. Areopag. ad Timotheum. Ambr. initio de initiandis. Baſil. de Spiritu S. ca. 27. Aug. tract. 13. & 96. in Ioan. Vbi oſtendit moris fuiſſe antiquitus ut catechumenis myſterium Euchariſtiæ occultaretur. Vnde pro more habet quando de Euchariſtia loquitur, adijcere, *quod norunt fideles*; hoc modo ſatis eos inſtituens, & occultans catechumenis. Vide etiam in Pſal. 109.

Quod autem cauſantur hæretici laicis gravem fieri injuriam, dum calix eis in communione negatur: mentiuntur Chriſtum omnibus laicis præcepiſſe, ut de calice biberent, cùm nuſquam hoc præcipiat; ſed illud, *Bibite ex eo omnes,* ad Apoſtolos tantum in cœna præſentes dictum eſt; ait enim Marcus 14. cap.verſ. 23. *& biberunt ex illo omnes.* nec præcipientis eſt, ſed invitantis tantummodo ad bi-
Marc. 14. bendum. Imò indicat potiùs Scriptura quòd hoc non exigatur ab omnibus. Ait enim; *Quotieſcumque bibetis calicem Domini, mortem Domini annuntiabitis.*
1. Cor. 11. Non ſicut de pane dicit; *Hoc facite in meam commemoratio-*

morationem ; hoc eſt,offerte , & manducate corpus meum in mei memoriam. Ipſe Chriſtus diſcipulis in Emmaus ſub una ſpecie diſtribuit , ut ex Patribus probat Heſſ.in tract.de Commun.ſub utraque ſpecie.

Quia igitur Eccleſia ab antiquo nullum vidit præceptum de offerendo & bibendo ab omnibus calice , ſicut eſt præceptum de ſacrificando & manducando corpus Domini in memoriam paſſionis ejus , ideò judicavit Eccleſia plenè participem eſſe totius ſacrificii , eum , qui vel parvam ejus partem acceperit (cùm ſub qualibet parte ſacrificii totum ſit , quod ſub toto ſacrificio , & utraque ſpecie) ſicut in ſacrificiis aliis , totius quod in altari geritur , particeps eſt , quiſquis vel partem ejus ſumpſerit. Ideoque permiſit Eccleſia conſuetudinem illam inoleſcere tanquam laudabilem , qua laici ſub unica ſpecie communicant , maximè cùm ſciret (ut diximus) totum Chriſtum ſub unica ſpecie contineri , & memoriam mortis Chriſti , ſacrificio perfici.

Ex veteribus quoque hiſtoriis ſatis clarum eſt non habuiſſe veteres eam opinionem ut putarent communicanti de corpore , neceſſe eſſe ex Chriſti præcepto communicare de calice. Notum eſt enim quomodo propter perſecutiones rari conventus quandoque potuerint à Chriſtianis celebrari , & nihilominus ſine Euchariſtiæ communione non eſſent. Dabatur enim eis tunc domum deferenda, utique ſub ſpecie panis tantum.Nam Cyprian.*Corpus Domini manibus domum eſſe deporta'ũ,atque in arca repoſitum* dicit. De lapſ.

Et refert Algerus Tharſitum quendam corpus Domini ferentem,cùm à paganis comprehenſus , requireretur quid ferret , *& ſanctum canibus dare nollet*, martyrium obtinuiſſe : cumque illo mortuo curioſè Lib.1. de Euch.c. 10. ex Martyrol Bedæi 15. Auguſt.

quærerent,quid ferret, corpore Chriſti cælitus ſublato, linteamina tantum,quibus ipſum continebatur reperiſſe. Author eſt Hieron. fideles Romæ corpus Domini domi accipere ſolitos, cum ob congreſſum conjugalem Eccleſias ingredi non auderent.

In Apolog. pro libris in Iovin.

Refert de fratre ſuo Satyro necdum baptizato S. Ambroſ. quod in naufragio conſtitutus, acceptam à fidelibus;qui ſimul vehebantur,Euchariſtiam, & orario involutam collo ſuo alligarit, qua munitus ſeſe in mare,ſoluta navi, demiſerit. Accipiebant ergo tunc ſecumEuchariſtiam navigaturi fideles,ut urgente naufragij periculo,ſine hoc viatico nō exirent;at utique ſub ſpecie panis tantū.Nam ſub ſpecie vini quomodo orario involvi,colloq; Satyri alligari potuiſſet.

Orat. funeb. in obitu ejus.

Refert Beda, idololatras, mortuo Chriſtiano rege,cùm vidiſſent Pontificem celebratis in Eccleſia Miſſarum ſolemniis,Euchariſtiam populo dantem,inſenſos,barbara ei ſtultitia dixiſſe: *Quare non & nobis porrigis panem nitidū,quem & patri noſtro Saba, & populo adhuc in Eccleſia dare non deſiſtis?* Ibidem ait infirmum quendam fidelem,allata ſibi,& in manus accepta Euchariſtia, interrogaſſe omnes, *num erga ſe placidum animum,ſine querela controverſia, & rancoris haberent?* Narrat Nicephorus pueros innocentes, qui jejuni erant, ſolitos Conſtantinopoli edere reliquias immaculati,& divini corporis Domini.

Lib. 2. ca. 5. hiſt. Angl.

Lib. 4. ca. 21.

Lib. 17. ca. 25.

Communicarunt quidem Chriſtiani in principio Eccleſiæ maximè ex gentibus converſi, qui ſoliti erant antè bibere de idolorum libaminibus, etiam de calice:& tamen dum & ipſi interdum, etiam ſub ſolius panis ſpecie communicarunt, abundè declararunt ſentire ſeſe,neminem Chriſti præcepto teneri, ut quando ſumeret corporis Sacramentum,etiam ſanguinis

Chryſoſt. hom. 41. in Matth. Cypr. lib. 2. & 4. epiſt. 6.

Digitized by Google

guinis ſumeret. Creſcente autem poſteà fidelium multitudine, multiſque periculis irreverentiæ, & præcipuè effuſionis Dominici ſanguinis experientiâ probatis, & maximè exurgente hæreſi Berengarii, aſſerentis ſigna tantùm eſſe corporis & ſanguinis in hoc Sacramento, & non ipſum corpus & ſanguinem; cœpêre fideles uti ſuâ libertate: & ut adhibita reverentia magis declararent, quid in hoc Sacramento corporaliter eſſe crederent, nempe *vivum Chriſti corpus vivo ſanguine plenũ*, quodq; magis rem ipſã quã ſigna ſectarentur, cœperunt unicâ ſpecie eſſe contenti, eâ ſcilicet, quam ſumi abſolutè Dominus præcepit, & ex qua minùs irreverentiæ eſſet periculũ.

Huic rei & alia ratio acceſſit, converſio populorum Aquilonarium, apud quos nec naſcebatur vinum, nec importabatur niſi rariſſimè & maximis impenſis pro ſolis divitibus: *cùm fervor fidei* (ut ex hiſtoriis intelligi poteſt) *glaciem Aquilonarem antè ſciderit, quàm mercatorum avaritia.* Et hâc ergo occaſione cœpit univerſa Eccleſia unicâ ſpecie eſſe contenta, maximè à charitate; quam Chriſtus in hoc Sacramento & docet, & exhibet, edocta, melius eſſe in rebus licitis condeſcendere infirmis ac rudibus, & pauperibus Chriſtianis, quam uſu calicis eos contriſtare. Potuiſſent enim nec ſine ratione, Neophyti illi cogitare, minus ſe habere in Sacramento unitatis, & pacis, quàm reliqui Chriſtiani, apud quos eſt vini copia: ſeque Chriſto minùs curæ fuiſſe, quòd vini inopiâ laborarent, ſub cujus ſpecie communicandum præcepiſſet.

Chriſtus, inq. S. Aug. *non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur Euchariſtia, ut Apoſtolis per quos diſpoſiturus erat Eccleſias, ſervaret hunc locum. Nam ſi hos ille monuiſſet,* Epiſt. 118. cap. 6.

In Concil. Conſtantienſ. *ſet, ut poſt cibos alios ſemper ſumeretur Euchariſtia, cùm morē nemo variaſſet.* Sic etiã ſi monuiſſet, ut ſub utraq; ſpecie. Definivit autem Eccleſia, Chriſti præcepto non adverſari conſuetudinem communicandi tantum ſub ſpecie panis, imò ſanxit eam conſuetudinem privata authoritate non immutandam. *Hæreticum autem eſſe* dicit Auguſt. *qui poſt definitionem plenarii Concilii, & totius Eccleſiæ conſenſũ contra ſentire elegit.*

Lib. 1. cont. Donat. ca. 18. & li. 21. ca. 4.

MONITVM CXI.

Accipite, & manducate.

1. Cor. 11.

TRia ſunt genera hominum qui Euchariſtiam ſumunt. Alii corporaliter ſeu ſacramentaliter tantùm accipiunt, ut peccatores, quibus os & cor impurum, quos dicit Apoſtolus *indignè manducare*; atque illi non ſolùm nullum inde fructum capiunt, ſed & manducando judicium & damnationem ſibi conciliant. Sacramentum enim hoc dupliciter poteſt conſiderari; ſub ratione ſacrificii, & ſacramenti. Primo modo etiam mortuis poteſt prodeſſe: offertur enim utiliter in Eccleſia non ſolùm pro pœnitentibus, ut reconcilientur, ſed & pro incredulis, ut fidei & pœnitentiæ ſpiritum accipiant. Non ſic ſecundo modo: Sacramentum enim non prodeſt, neque operatur, niſi ſumptione ſui, & applicatione corporali. ut autē ſic proſit, debet non indignè ſuſcipi. Sacrificium autē prodeſt alio modo, videlicet, per modum ſuffragii & orationis.

1. Cor. 11

Alii verò ſpiritualiter tantùm accipiunt, qui nempe,

nempe, deſiderio & voto comedunt, fide vivâ incenſi, *quæ per charitatem operatur*; quando mens hominis ex corpore & ſanguine Domini ſpiritualiter reficitur atque nutritur. Sic poteſt quilibet devotus omni die & horâ ad ſpiritualem Chriſti communionem ſalubriter accedere. *Nam toties myſticè communicat, & inviſibiliter reficitur, quoties incarnationis Chriſti myſterium paſſionemque devotè recolit, & in amore ejus accenditur.* Galat. 5. Vide Tho. Kemp. lib. 4. cap. 10.

Alii denique ſacramento & ſpiritu percipiunt, qui antea *ſe probant*, juxta admonitionem Apoſtoli, & ornati *veſte nuptiali*, quæ charitas eſt Dei & proximi, ad hanc menſam accedunt. Qui ex Euchariſtia uberrimos fructus percipiunt. Unit enim Euchariſtia nos Chriſto, & ſecundùm ſpiritum & ſecundùm carnem. 2. Quos fructus cibus corporalis operatur in corpore, eoſdem & hic cibus ſpiritualis operatur in anima. 3. Conſervat & ſuſtentat animam in vita ſpirituali; ad hoc enim inſtituta eſt. 4. Remittit peccata venialia, præſervat à mortalibus, & licet non proſit ad reatus ſupplicii æterni remiſſionem, qui per pœnitentiam tollitur; prodeſt tamen ad pleniorem peccati mortalis remiſſionem ſecundùm reliquias temporalium pœnarum, ut plenior habeatur reconciliatio. 5. Carnis libidinem cohibet ac reprimit. Denique efficit ut mortale hoc corpus ad vitam immortalem reſurgat. 1. Cor. 11. Matth. 22. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap 12. 14. & epiſt. 10. ad Neſtor. Cyril. li. 4. in Ioan. cap. 14.

Si autem quæras, quando ſumenda ſit Euchariſtia: Fuit olim tempus cùm fideles quotidie Euchariſtiam acciperent, quod ex Actis Apoſtolicis intelligimus. Ubi dicit Lucas; *Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis.* &; *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo,* Act. 2.

templo,& frangentes,circa domos,panes. Quo ritus communionis exprimitur. Unde & Paulus ; *Panis*
1. Cor. 11. *quem frangimus*, id eſt , Caro Dominica. Quomodo Chriſtus de ſe, *Ego ſum panis vivus.* Frangitur autem ratione ſpecierum, quas ſuſtentat modo mirabili, & à nobis incomprehenſibili. *Chriſtus quod non eſt paſſus in cruce* (ait Chryſoſt. hom.24.in. 1. ad Cor.) *hoc in oblatione patitur propter te:& patitur frangi,ut omnes impleat.* Omnes enim fideles (calente adhuc ſanguine Chriſti in cordibus hominum) verâ & ſyncerâ charitate ita ardedant (unde tunc non erat opus legibus) ut cùm ſine intermiſſione orationibus, & aliis pietatis officiis vacarent , quotidie ad communicandum parati invenirentur. Hanc conſuetudinem , quæ intermitti videbatur , Anacletus Pontifex aliqua ex parte renovavit , præcipiens ut miniſtri , qui Miſſæ Sacrificio intereſſent , communicarent; quod ita ab Apoſtolis con-
Epiſt. 1. ſtitutum eſſe affirmaret:

Vide Dionyſ. Areop. de Eccl. Hier.p. 2. cap. 3.

Diu etiam in Eccleſia ille mos fuit , ut ſacerdos peracto Sacrificio, cùm Euchariſtiam ſumpſiſſet , ad populum qui aderat converſus, his verbis ad ſacram menſam fideles invitaret , *Venite fratres ad communionem.* Tunc qui parati erant ſumma cum reverentia ſacroſancta myſteria ſumebant. Sed cùm deinde charitas & pietatis ſtudium adeò refrixiſſet , ut rarò admodum fideles ad communionem accederent , ſancitum eſt à Fabiano Pontifice , ut
Epiſt. 3. ter quotannis, Natali Domini ; & Reſurrectionis , ac Pentecoſte omnes Euchariſtiã ſumerent. Ad extremum cum res eò deducta eſſet,ut non modò ſancta illa & ſalutaris præceptio non ſervaretur , ſed in plures etiam annos differretur, decretum eſt in Lateran.

Concilio,

Digitized by Google

Concilio, ut ſemel ad minus ſingulis annis in Paſcha fideles omnes ſacrum Domini corpus acciperent. Qui verò id facere neglexiſſent, Eccleſiæ aditu prohiberentur. cap. 21.

Omnium autem ſanctorum Patrum hæc ſemper etiam ſollicitudo fuit, ne quis fidelium abſq; Euchariſtia, inſtante morte, migraret; *Sciebant enim*, ut inq. Chryſoſt. *virtute corporis Chriſti animã in cœlũ ſublevari*. Quare communionem illam extremã, viaticũ nominarunt; ut ait prima Synodus Arauſicana. Vnde etiam ſollicitè tempore perſecutionis ſingulis Dominicis, ut Iuſtinus teſtatur, infirmis qui cœtui Eccleſiaſtico intereſſe non poterant, per Diaconos hoc Sacramentum deferebatur. Et pro caſibus repentinis, ut ad ægros citò deferri poſſet, in Eccleſiis aſſervabatur, ut teſtis eſt D. Chryſoſtomus & alii. Quin & fervente perſecutione dabatur etiam domum deferenda, ut patet ex S. Cypriano, ne fideles ad tormenta & cædem à Tyrannis rapti propter Chriſti confeſſionem, dolorum acerbitate victi, ſalutari certamine deficerent, ſed Euchariſtiæ energiâ roborati & animati, certiùs de hoſte ſævicnte victoriam reportarent. *Idcirco quotidie calicem ſanguinis Chriſti bibitis*, inq. S. Cyprian. *ut poſſitis & ipſi propter Chriſtum ſanguinem fundere*,

Lib. 6. de Sacerd. — Cap. 3. — In Apolog. — Epiſt. ad Innoc. 1. — De lapſis. — L. 4. epiſt. 6.

Ad frequentem autem communionem ſæpiùs exhortantur Patres. Quemadmodum enim corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrare neceſſarium putant homines, ita etiam ſæpiùs hoc Sacramento alendæ, & nutriendæ animæ curam abiicere non debent. Neque enim minus ſpirituali cibo anima, quàm naturali corpus indigere perſpicuum eſt. *Date operam*, ait S. Ignatius, *ut crebriùs*

Epiſt. 14. *brius congregemini ad Euchariſtiam & gloriam Dei*, &c.
de orat. Et D. Cypr. *Hunc quotidie panem dari nobis poſtulamus,*
Domin. *ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie in cibũ ſalutis accipimus, intercedẽte aliquo graviore delicto, dum*
Epiſt. 50. *abſtenti & non communicantes à cæleſti pane prohibemur,*
cap. 28. *à Chriſti corpore ſeparemur.* Sic & S. Hieron. *Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, ut fideles ſemper Chriſti corpus accipiant: quod non reprehendo, nec probo.* Quod addit; quod nec is qui ſe nocte admiſcuiſſet uxori, à ſumenda Euchariſtia temperaret, ut ipſe ſubdit.

Lib. 4. in Ioan. c. 17. *Nos*, inq. D. Cyrill. *ſi vitam æternam conſequi volumus, ſi largitorem immortalitatis habere in nobis deſideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus: caveamuſq; ne loco laquei damnoſam religionem diabolus nobis*
1. Cor. 11. *prætendat. Rectè (inq.) dicis: Scriptum tamen eſſe non ignoramus, judicium ſibi comedere atque bibere illum, qui de pane comedit & de calice bibit indignè. Ego igitur probo meipſum, & indignum invenio. Quando igitur, quicunque tu es, qui iſta dicis, dignus eris? quando Chriſto teipſum of-*
Pſal. 18. *feres? Nam ſi peccando indignus es, & peccare non deſinis (quis enim delicta intelligit? ſecundum Pſalmiſtã) expers omnino eris vivificæ hujus ſanctificationis. Quare pias quæſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſè ſancteq; vivas, & benedictionem participes: quæ (mihi crede) non mortem ſolùm, verùm etiam morbos omnes depellit*, &c.

De verb. Dom. ſer. 28. Denique Divus Auguſtinus ex ſancto Ambroſio; *Quotidie peccas, quotidie ſume. Sed ſi quotidianus eſt*
Lib. 5. de Sacra. ca. 4. & li. 4. ca. 6. *panis, cur poſt annum illum ſumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. Sic vive ut quotidie poſſis ſumere. Iſte panis quotidianus, ſumitur in remedium quotidianæ infirmitatis.* In Can. Apoſt. & Conc. Antioch.
Can. 10. Can. 2. jubentur ab Eccleſia ejici, qui accedentes ad eam,

non

non communicant.

Erat abuſus Græcorum, qui rarò communicabant, quem reprehendit D.Baſil. & Chryſoſt. Dicebat B. Laurentius Iuſtinian. *Qui cùm poſſit Domino ſuo frui, non fruitur, facilè declarat, ſe Domini ſui curam non habere. O conſuetudinem,* ait Chryſoſt. *Sacrificium fruſtra quotidianum. Incaſſum aſſiſtimus Altari: nullus qui communicetur. Hæc non dico,* inq. *ut temerè communicemini, ſed ut vos dignos reddatis. Si pura ſint veſtimenta, adora, & communica. Vaſa quibus ineſt Sacramentum, cernis quàm ſint terſa, quàm reſplendẽtia. Animas noſtras decet eſſe his puriores, sãctiores, ſplẽdidiores,* & alibi oſtẽdens ſuum zelum erga Sacramenti honorem, miniſtrantes alloquens; *Non parva,* ait, *imminet vobis pœna, ſi quẽ aliqua improbitate teneri ſciẽtes, ei hujus mẽſæ participationẽ permittatis: ſanguis enim ejus de manibus veſtris requiretur. Si Dux igitur quiſpiã, ſi cõſul ipſe, ſi qui diademate coronatus, indignè adeat, cohibe, coërce, majorem tu illo habes poteſtatẽ,* & rurſum; *Si ipſe pellere non audes, mihi indica: non permittam iſta fieri, animam prius tradam meam, quàm Dominicũ alicui corpus indignè, ſaguinemque meum effundi patiar, quàm pretioſſiſimum illum ſanguinem, præter quam digno, concedam.* Hæc de manifeſtis peccatoribus intelligens, ut ſubdit.

In epiſt. ad Cæſar.
Hom. 61. ad popul.
In vita. c. 9.
Ibidem.
Hom. 61.
Hom. 83.
Hom. 60.

Et iterum; *Quantum contra proditorem indignaris, contra eos qui illum crucifixerunt, itaque conſidera ne tu quoque ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti. Illi ſanctiſſimũ corpus occiderunt, tu verò pollutâ ſuſcipis animâ, poſt tot beneficia. Diſpenſatione incarnationis jam conſummatâ,* inquit D.Cyrill. *poſt reſurrectionem ſuam non facilè unicuique concedit ſui contactum, ut eam nobis regulam traderet, quam lex quoque Moſaica immolatione agni ſignificavit, de quo in figura Chriſti ſcribitur; Omnis incircunciſus*

Ibidem.
Lib. 12. in Ioan. c. 50.
Exod. 12.

cunciſus non comedet ex eo. Incircunciſum porrò appellat omnem impurum. Vnde & accedentibus ad myſticã benedictionem miniſtri myſterij magnâ voce clamare ſolebant: Sancta Sanctis. Solis ſanctificatis ſpiritu tactum corporis Chriſti congruere ſignificantes,inq. idem Cyrill.

Appellatur autem hoc Sacramentum ſubinde apud veteres, ſignum corporis & figura, ſed hujuſmodi quod ſit etiam res ipſa ſignata & fugurata. Signum eſt quia non apparet oculis externis eſſe quod verè eſt. Signatum eſt, quia aliud in ſe occultat, quam foris appareat. Aliud videtur exterius, aliud intelligitur eſſe interius. Signum eſt ſui ipſius ſub propria quondam ſpecie in terra verſantis, & nunc apparentis & aſſidentis Patri in cœlis: atque ita ſumi imus in veritate,nõ tamen ſub propria ſpecie.

Hoc denique hîc notandum. Per Pronomen (*Hoc*) demonſtratur id quod Chriſtus in manibus habebat quod Apoſtoli ſumebant, quod videbatur eſſe panis. Et quia hic ſermo Chriſti operatorius erat,verificatur oratio illa,non pro tempore in quo profertur, ſed pro tempore quo jam prolata eſt: ſicut ſermones omnes, quibus aliquid imperamus,aut efficimus, verificantur pro illo tempore, quo finita eſt oratio & completam habet ſignificationem. Vt quando Chriſtus dixit: *Remittuntur tibi peccata tua.* Vel quando quiſpiam alteri dicit,Do ribi hanc veſtem,ignoſco injuriam mihi illatam,vel cùm dominus manumittens ſervum dicit; Tu es liber. item ſponſus ſponſæ;Do tibi fidem meam, in quibus omnibus completa duntaxat ſignificatione & oratione ipſa oritur effectus, quem quis per has orationes efficit. Sicut etiam cùm imperat dominus ſervo, Fac hoc, non oritur obligatio, niſi completa oratione; ſimili modo

modo nec ibi erat corpus Chriſti, donec completa eſſet oratio, *Hoc eſt corpus meum.*

MONITVM CXII.

Mortuo ne prohibeas gratiam.

Eccleſ. 7.

ARticulus fidei de Purgatorio, & oratione pro defunctis, tam eſt creditu neceſſarius, quàm qui eſt de cœlo, de inferno, & ſimilibus. Ideoque in periculo ſunt amittendæ ſalutis, qui illum reijciunt, aut non magnifaciunt, quales multi hodie ſunt, etiam qui, Catholici haberi volunt. Audiant illi S. Athanaſium ita loquentem; *Fidem Catholicam niſi quis integram inviolatamque ſervaverit abſque dubio in æternum peribit.* Et jam olim hæretici ab Eccleſia judicati ſunt, qui purgatorium, aut orationem & ſacrificium pro defũctis tollebãt, ut Aeriani, tempore D. Epiphanij: & alij tempore D. Bernardi, qui dicebant animam ſolutam à corpore, ſtatim vel ad requiem tranſire, vel ad damnationem: contra quos dicit; *Si nulla manet in futuro remiſſio purgatioque peccati, quomodo ergo dictum eſt à Chriſto, eſſe quoddam peccatum, quod neque in hoc, neque in futuro ſæculo remittatur?* Quos etiam dicit *coërcendos gladio illius ſcilicet, qui non ſine cauſa gladium portat, ne alios in ſuum errorem pertrahant.*

In Symbolo. In hæreſi Aerij. Sen. 66. in Cant. Matth. Ibidem. Rom. 13.

Vt autem hæc res meliùs intelligatur, clarum eſt ex Scripturis & Patribus, remiſſâ culpâ, videlicet, quoad pœnam æternam, remanere reatum ad pœnam temporalem; *Productior eſt enim pœna quàm culpa*, inq. S. Auguſt. *ne parva putaretur culpa, ſi*

Tract. ultimo in Ioan.

cum illa finiretur & pœna. Patet hoc in parvulis innocentibus, qui etiam remiſſo per baptiſmum peccato Originali, quanta adhuc patiuntur? Sic
Sap. 10. Adam, etiam poſtquam eum *Deus eduxit à peccato ſuo*, quantis adhuc miſeriis per omnem vitam ſubjectus fuit? Et Rex David ex ore Prophetæ Nathan audierat remiſſum illi eſſe peccatum homicidii & adulterii propter pœnitentiam, tamen quanta adhuc poſteà paſſus ob illud, etiam à proprio filio? Sic & Paulus Apoſtolus ob perſecutionis culpam, quæ in baptiſmo ipſi remiſſa erat, pœnas illas paſſus eſt, inq. D. Aug. de quibus Dominus ad Ananiam; *Ego oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*

2. Reg. 12. Aug. de pec. mer. lib. 2. ca. 30. & ſeq. In expoſ. epiſt. ad Galat. in fine. Act. 9.

Hæc ergo remanens pœna, ſi non ſolvatur hîc, in purgatorio ſolvenda erit; ſicut & pœna venialium, quæ hîc non ſunt purgata. Pœna autem purgatorii quanta ſit, declarat S. Aug. cùm eam dicit ſuperare omnes pœnas hujus mundi, quòd ibi ſit judicii ſive juſtitiæ tempus: 1. Ob carentiam divinæ viſionis, quâ per illud tempus anima privatur, quæ ſummo dolore eam afficit, quia egreſſa de corpore ſummo impetu ferebatur in Deum, *ad quem facta eſt*, ut inquit Aug. 2. Propter ignem animam cruciantem, quem multi dicunt eundem eſſe cum igne inferni, & duratione tantùm differre. Durat autem pro ratione criminum, & pœnæ pro eis debitæ, & hîc non ſolutæ.

In Pſal. 37. Heb. 9. Lib. 1. Conf. cap. 1.

2. Mach. 12. Ex quibus tria colligenda; 1. Animas purgatorii à nobis eſſe juvandas, cùm ſint in maxima neceſſitate, & pœna; unde dicitur *ſancta eſſe cogitatio orare pro defunctis*, quia præſtatur officium eis debitum, tanquam commembris noſtris; adhuc enim

ad

Digitized by Google

ad Eccleſiæ corpus pertinent, inq. D. Aug. etſi à ſuo corpore ſeparatæ. *Si quid autem patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*, ait. Apoſt. Vnde cogitandum ipſas ad nos clamare; *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* De civit. lib. 20. c. 9. 1. Cor. 14. Iob. 19.

2. Cavendum ab omni peccato, etiam veniali, quantum fieri poteſt; nec hoc parvi faciendum; variis de cauſis; diſponit enim ad mortale, unde Sapiens; *Qui ſpernit modica, paulatim decidit.* deinde, quia deleri non poteſt, niſi Chriſti ſanguine; *Sanguis ejus*, inquit Ioannes, *emundat nos ab omni peccato.* Denique impoſſibile eſt cum eo ſalvari: *Nihil enim coinquinatum intrabit in regnum cœlorum.* Ergo etiam veniale magnifaciendum, cujus cauſa Chriſtus animam Chriſtianam, ſponſam ſuam, ſuo privat aſpectu, & tanto cruciat igne. Eccleſ. 19. 1. Ioan. 1. Apoc. 21.

3. Oportere in hac vita agi pœnitentiam, ut graviſſima illa pœna evadatur. Ex duobus enim malis minus eligendum. Nonne malles uno aut duobus diebus jejunare, &c. quàm vel ad horulam ardere? *Si noſmetipſos dijudicaremus*, ait Apoſt. *non utique dijudicaremur.* & D. Aug. *Peccata ſive parva, ſive magna, impunita eſſe nõ poſſunt: quia aut homine pœnitente, aut Deo judicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta divina, ſi converſio præcedat humana. Amat enim Deus pœnitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant, non judicare.* 1. Cor. 11. Apud. Proſp. Sent. 10.

Hæc autem cogitatio non ſolùm ſancta, ſed & ſalubris ac utilis eſt. 1. Ob gratitudinem animæ juſtæ, erga eum qui illam ſic juvat. Ab eo enim duo beneficia accipit; quòd citò admittatur ad conſpectum Dei, quod eſt ſummum hominis bonum; & quòd à tanto ignis cruciatu liberetur. Quomodo 2. Mach. 12.

ergo non erit ei grata, viciſſim pro eo orando, cùm iam præſens erit ad Dominum. Refertur in vita Franciſci Borgiæ III. General. Soc. Ieſu, ſæpè apparuiſſe ei animas pro quibus oraverat, eique gratias egiſſe, ac promiſiſſe ſe idem in cœlo apud Dominum pro illo facturas.

Lib. 4. ca. 4. uitæ.

2. Quia cùm plurima ſint ſuffragia Eccleſiæ pro defunctis, dicunt non pauci Doctores, ea illis præcipuè prodeſſe, qui hîc defunctorum memores fuerunt. Certè beatos dicit Chriſtus eos, *qui ſunt miſericordes ac miſeris ſuccurrunt, quod hoc ita eis rependatur, ut & ipſi à miſeria liberentur*. Vnde non ſolum in die animarum, ſed & quotidie earum memoriam habere bonum eſt; quod fideles ſemper in Eccleſia Catholica diligenter factitarunt, ut alias dictũ. S. Odilo Abbas Cluniacenſis, cùm auditas in quibuſdam Siciliæ montibus & ſpeluncis animarum vociferationes accepiſſet, à ſe ſuique Ordinis religioſis, querulis lamentationibus opem implorantium; decreto generali conſtituit, ut per ſua Monaſteria omnia, poſtridie omnium Sanctorum, animarum in Chriſto quieſcentium memoria fieret. Quam conſtitutionem comprobavit, & amplexa eſt poſteà Romana Eccleſia. Sanctus Malachias, ut eſt in ejus vita apud Diuum Bernardum, optabat mori in illa die ob multas preces, quæ tunc à vivis pro mortuis fuduntur; quod & factum.

Matth. 5. Aug. de ſer. Dom. in monte. li. 1. cap. 2.

Par. 1. Mon. 57. In vita ejus apud Suriũ 1. Ianvarii

Refetur de Sancto Dominico, quod ſingulis noctibus ter cathena ferrea in dorſum ſuum ſæviebat, 1. Pro ſeipſo. 2. Pro peccatoribus in mundo degentibus. 3. Pro animabus pœnas in Purgatorio luentibus. Franciſcus Xavier, per quem tam mira-

In vita. li. 4. c. 9. apud eundem.

bilia

bilia Deus operatus eſt inter infideles, & alios, & qui primus è Societate Ieſu in Indiã & Iaponiã Evãgelium invexit; poſt ſolis occaſum Malacam obiens, incolas tintinnabulo excitatos, ſolemni carmine ſeu cantu admonebat, ut pro cruciatis purgatorio igne animabus, proque hominibus in peccato mortali exiſtentibus divinam clementiam implorarent. Illo abeunte alius conſtitutus, qui idem faceret, alterâ manu laternam, alterâ tintinnabulum gerens. Quod & multæ aliæ inſulæ & urbes ſecutæ. In vita.l. 2. cap. 17. li. 3. cap. 7.

3. Vtilis eſt iſta cogitatio, quia in memoriam reducit ipſam mortem, & quid ſemel de nobis agendum ſit. Vnde eſt & illud Sapientis; *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum convivij; in illa enim finis cunctorũ admonetur hominũ, & vivẽs cogitat quid futurũ ſit.* Et Eccleſiaſticus defunctum introducit ita ad viventes loquentem; *Memor eſto judicij mei; ſic enim erit & tuum. Mihi heri, tibi hodie.* Libet hîc aſſcribere Epitaphium Petri Comeſtoris fratris olim ſententiarum Magiſtri huic loco nõ inconveniens, quod ſic habet: Eccleſ. 7. Eccleſ. 38.

Petrus eram quem petra tegit, dictuſque Comeſtor,
Nunc comedor, vivus docui, nec ceſſo docere
Mortuus, ut diſcat qui me videt incineratum,
Quod ſumus, iſte fuit; erimus quandoque quod hic eſt.

Sic Ovidius ad Liviam de morte Druſi ſcribens:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Non enim parcit illa cuiquam, ſed omnes in pulverem cineremque reſoluit, & alius:

Mors Dominos ſervis, & ſceptra ligonibus æquat,
Deſſimiles ſimili conditione trahens.

Memoria autem mortis efficit ut contemnamus mundum, & quæ in eo ſunt. Vnde D. Auguſt. *Si* Lib. 6. Cof. cap. 6.

quid arriſiſſet proſperum, tædebat apprehendere, quia penè priuſquam teneretur, avolabat; aut enim illud tibi, aut tu illi citò ſubtraheris. Et D. Hieron. ad Furiam, viduam juvenem & nobilem; *Cogita*, inq. *quotidie te eſſe morituram, & nunquam de ſecundis nuptiis cogitabis.* Ad Paulinum quoque; *Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.* Dicunt Epicuræi apud Apoſtolum, *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Quæ verba expendens S. Auguſt. ait cauſam hanc, quam afferunt, ejuſmodi eſſe, quæ potiùs à flagitioſa vivendi ratione eos debeat deterrere. Dicant ergo; Declinemus à malo & faciamus bonum; cras enim moriemur. Et de verbis Apoſtoli; *Illi dicunt*, inq. *ſe cras morituros. Veritas autem illos jam cùm iſta dicunt invenit mortuos; Vos autem filij reſurrectionis, cavete imitari eos, qui cras ſperando moriuntur, & hodie bibendo ſepeliuntur.* Talis nimirum erat Sabinianus ille, quem his verbis D. Hieron. inſectatur: *Deum ventrem vis habere pro Chriſto; ſervis libidini, gloriaris in carne & confuſione tua, & quaſi pinguis hoſtia in mortem propriam ſaginaris.*

In epiſt. ad Furiam.

Ad Paulinũ

1. Cor. 15.

In Pſal. 70, Ser. 23.

In epiſt. ad Sabinianum.

Narratur de magno quodam Peccatore, qui acceſſit ad Innocentium Pontificem pro abſolutione facinoris ſui: cumque ſe pœnitentiam facere poſſe negaret, tandem ei injunxit Pontifex, ut ſaltem omni die cùm dormitum iret, diceret cum ſigno crucis, *Morieris & non vives*, cujus dicti conſideratione compunctus, magnam pœnitentiam egit, & ſalvatus eſt. Simile eſt quod de Matrona quadam vaniſſima refertur; quæ cum alias pœnitentias recuſaret à Confeſſario impoſitas, huic tandem velut faciliori acquievit, ut quoties manus lavaret ſecum ipſa diceret; *Carnem hanc aliquando depaſcent vermes*

Iſaiæ. 38.

cujus.

cujus ſententiæ expenſione citò in optimam fæminam eſt mutata.

Ex Muſonio cùm quæſitum eſſet, quánam ratione vitæ curriculum quis bene ac beatè conficere poſſet, reſpondit; *Si extremum diem ſemper ſibi propinquum eſſe exiſtimet.* Qui vult navem regere, ponit ſe in fine navis: & ſapiens conſideratione finis regit ſe in iis quæ ſunt ad finem. Aves caudâ regunt ſe volando; piſces natando. Iumenta caudâ ſe defendunt à muſcis; ſic homo à vitiis, conſideratione finis, id eſt, mortis. *Si frequentiùs de morte tua quàm de longitudine vitæ cogitares, non dubium quin te ferventiùs emendares*, inquit Kemp. Maxim. Tyrius. Lib. 1. de Imit. ca. 21.

In morte arguitur vanitatis quicquid in mundo eſt: *Concupiſcentia oculorum*, in hoc quod homo nudus revertitur in terram, ſicut nudus venerat: *Concupiſcentia carnis*, quia corpus in delitiis nutritum, datur vermibus; *Superbia vitæ*, in hoc quod qui volebat eſſe ſupra omnes, ponitur ſub omnibus, id eſt, in terra. Rectè ergo Sapiens; *Omnia vanitas. O mortalium igitur fragilis & caduca natura!* inquit. S. Hieron. *niſi enim nos fides extollat ad cœlum & æternitas animæ promittatur, cum beſtiis & jumentis corporum una conditio eſt. Idem occubitus juſto & impio, mundo & immundo, ſacrificanti & ſacrificare contemnenti.* Eccleſ. 1. In Epitaph. Paulæ. Eccleſ. 9.

Cyri titulum cùm inveniſſet Alexander in ejus ſepulchro, vehementer permotus eſt, reputans ſecum rerum incertitudinem & viciſſitudinem. Erat autem; *Cyrus ſum, qui Perſis paravi imperium: ne invideas mihi exiguam hanc humum, quæ corpus tegit meum.* De ipſo Alexandro ita Poëta: Iuven. Sat. 10.

Vnus Pellæo juveni non ſufficit orbis,
Æſtuat infelix anguſto limite mundi:

Cùm tamen à figulis munitam intraverit urbem,
Sarcophago contentus erit. Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Valer. Max. Lib. 8.

Hic Alexander habens laudis inſatiabile pectus audiens ex ſententia Democriti innumerabiles mundos eſſe; *Heu me*, inquit, *miſerum, quod ne uno quidem adhuc potitus ſum.*

MONITVM CXIII.

Homo peregrè proficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

Matth. 5.

Lib. 2. de vocat. gent. cap. 5. & 6.

CVm in populo Iſraël, nemo niſi gratiâ juſtificatus ſit per ſpiritum fidei, inq. D. Proſp. *quis ambigat, eos, qui de quibuſcunque nationibus, quibuſlibet temporibus Deo placere potuerunt, ſpiritu gratiæ Dei eſſe diſcretos?* Quæ etſi parcior anteà, atque ocultior fuit, nullis tamen ſæculis ſe negavit, virtute unâ, quantitate diverſâ, conſilio incommutabili, opere multiformi. Nam & in his diebus quibus totum mundum ineffabilium donorum flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadem menſura confertur. Quamvis enim per miniſtros verbi & gratiæ Dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur, *Dei tamen agricultura eſt, Dei ædificatio*, cujus virtus inviſibiliter agit ut incremento proficiat, quod ædificatur aut colitur. Sicut atteſtatur Paulus dicens; *Quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? miniſtri ejus cui credidiſtis, & unicuique*

1. Cor. 3.

ſicut

ſicut Dominus dedit. Ego plãtavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem, & qui rigat, unum ſunt. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. Dei enim ſumus adjutores, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio. 1. Cor. 3. Huc pertinet Parabola de ſemine eodem, quod in diverſis diverſos profert fructus. Luc. 8. v. 5.

Agriculturæ ergo hujus atque ædificationis intantum quiſque adjutor & operarius, ac miniſter eſt, in quantum unicuique Dominus dederit. Et qui miniſtrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum, ad quem illos incrementi author evexerit. In agro enim Domini non uniformis, nec una plantatio eſt. Et quamvis in unum decorem totius templi ſtructura conveniat, non idem tamen locus eſt, nec idem uſus omnium lapidum, *Sicut & in uno corpore non omnia membra eundem actum habent*, dicente Apoſtolo: *Nunc autem poſuit Deus membra & unumquodque eorum ſicut voluit.* Rom. 12.

Hæc verò membra unde apta, unde utilia, unde ſint pulchra idem Doctor exponit dicens; Ideo notũ vobis facio, quod nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto. Diviſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus; & diviſiones miniſtrationum ſunt idem autem Dominus; & diviſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem; alii quidem per ſpiritum da[tur] ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum; alteri fides in eodem ſpiritu; alii operatio virtutũ, alii prophetatio, alii diſcretio ſpirituũ, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem operatur 1. Cor. 12. D. Proſp. ibid. cap. 7. ibidem.

unus

unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult

Hæc magiſter gentium tantâ luce, tantâ evidentiâ prædicante, quâ ratione, quâ causâ dubitandum eſt; an omnium nobis virtutum germen ex Deo ſit? vel quis niſi inſipientiſſimus de differentiis divinorum munerum conqueratur? Aut imparibus aſſcribendum meritis arbitretur, quod non æqualiter de ſuperna liberalitate confertur? Si enim hæc diſtributio ſecundùm præcedentium operum merita proveniret, non ipſorum donorum catalogum tali concluſione Apoſtolus terminaret, ut diceret; *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens ſingulis prout vult*. Vbi utique ſi meritorum cauſas voluiſſet intelligi, diceret: Dividens ſingulis prout merentur, ſicut plantatoribus, aut rigatoribus, præmium devotionis ſpopondit, dicens;

1. Cor. 12. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.*

D. Proſp. li. 2. de voc. gent. cap. 8.

Datur ergo unicuique ſine merito, unde tendat ad meritum; & datur ante ullum laborem, unde quiſque mercedem accipiat ſecundùm ſuum laborem. Quod ita eſſe Evangelicæ veritatis teſtimonio agnoſcitur, ubi per comparationem dicitur, *quod homo peregrè proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis ſubſtantiam ſuam, & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum; unicuique ſecundùm propriam virtutem*, id eſt, ſecundùm propriam & naturalem poſſibilitatem: non autem ſecundùm proprium meritum; quia aliud eſt poſſe operari, aliud operari; & aliud eſt, poſſe habere charitatem, aliud habere charitatem; & aliud eſt, eſſe capacem continentiæ, juſtitiæ, ſapientiæ, aliud verò eſſe continentem, juſtum, atque ſapientem. Non itaque

itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis ſanabilis, ſanatus eſt; quia reparabilem & ſanabilem eſſe, de natura eſt; reparatum autem & ſanatum eſſe, de gratia eſt.

Denique iſti, qui ſecundùm modulum capacitatis ſuæ, quem in eis diſtributor ſubſtantiæ prævidebat, diſpar creditus eſt numerus talentorum, non meriti remunerationem, ſed operis accepêre materiam. In qua duorum ſervorum vigilantiſſima induſtria non ſolùm glorioſis laudibus honeſtatur, ſed etiam in *æterna Domini ſui gaudia intrare præcipitur*. Tertii verò pigrum otium, & deſidioſa nequitia ſic punitur, ut & vituperationis dedecoretur opprobrio, & portione quam acceperat exuatur. *Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat charitatem.* Vnde & in ſubſequenti ſermone, quo apertiſſimè declaratur forma futuri judicii, ſedente Filio hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, antequam factâ congregatione omnium gentium, alii ducuntur ad dexteram, alii ad ſiniſtram conſtituendi, laudatis dextris de operibus charitatis, nihil aliud ſiniſtris objicitur, quàm miſericordiæ benevolentiæque neglectus. Matth. 25.

Acceperant ergo etiam iſti fidem, ſed non ſectati fuerant dilectionem. Nec de non ſervato, ſed de non aucto munere damnabuntur. Quamvis enim omnia bona, dona ſint Dei; à Deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, ut per ipſa quæ accepta ſunt, ea quæ nondum ſunt donata quærantur. *Semen quippe quod jacitur in terram, non ob hoc ſeritur, ut ipſum ſolum maneat, ſed ut fructum afferendo, multiplex atque numeroſum ſit.* Qui quidem profectus ab Ioan. 12. illo eſt, qui dat incrementum: ſed terra vivens, & de

& de gratiæ jam imbre fœcunda, habet quod ab ipſa exſpectetur ad id quod accepit augendum.

Proſp. eodem li.c.11. Multis autem modis, & innumerabilibus differentiis gratiæ dona & opera variantur, inque ipſis ſingulis generibus munerum diſſimiles ſunt gradus & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum atque lignorum, quæ terra producit, non una ſpecies, nec unum in omnibus genus eſt, ſed ſingula quæque in ſua ſeminis forma, & in ſuæ ſtirpis qualitate gignuntur; plenum autem decorem non ſtatim ut eduntur, accipiunt, ſed certis & ordinatis provehuntur augmentis, donec ad perfectam ſui habitus quantitatem per ſuccedentia ſibi incrementa perveniant: ita & ſemina chariſmatum, plantæque virtutum, non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod ſunt futura, naſcuntur: nec facilè reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio.

Exerit quidem frequenter potens & miſericors Deus mirabiles iſtos ſuæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non exſpectata proventuum mora, totum ſimul quicquid collaturus eſt, invehit.
Heb. 7. *In Abrahæ lumbis Levi ſanctificatur, & ſimul cum eo domus Aaron, & ſacerdotalis ordo benedicitur. In Iſaac de*
Gen. 14. Rom. 4. *repromiſſione concepto, & contra ſpem ſterilium ſemini nato, omnium gentium vocatio, & tota Chriſti forma præ-*
Malach. 1. Rom. 9. *conditur. Iacob nullo merito ſuffragante dilectus antequam naſcatur, eligitur. Ieremiæ dicitur: Priuſquam*
Ierem. 1. Lucæ 2. *te formarem in utero, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te. Ioannes intra Elizabeth matris viſcera Spiritu ſancto repletus exultat, & ut nullus inter natos mulierū major ſit, priùs ſentit initia gratiæ quàm naturæ.*

Sed

Sed cùm & alia ſimilium documentorum exempla non deſint, multo tamen crebrior multoque numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quicquid ſuperna largitas donat, accreſcit, ut conferendorum munerũ cauſæ, de his quæ ſunt collata, pariantur. Quidam acceptâ fide, diffidentiâ non carent, quam vtique ineſſe ſibi noverat, qui dicebat; *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.* Quam nec illi abeſſe penitus à ſuis animis ſentiebant, qui dixerunt; *Domine adauge nobis fidem.* Quidam quod credunt, non intelligunt, & multi eorum diu in ſuæ ſimplicitatis modulo detinentur. Multi verò citò intellectus lumen accipiunt: ipſa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut ſimilem facultatem. Et plurimi cum & fide & intellectu videantur ornati, laborant tamen indigentiâ charitatis, ut his quæ fide & intellectu vident nequeant inhærere, quoniam perſeverare in eo non poteſt, quod non toto corde diligitur. *Donum quoque ipſius charitatis non ſemper ejuſmodi eſt, ut quicquid ad plenitudinem ipſius pertinet, ſimul à percipiente ſumatur. Eſt enim amor, qui poteſt alio amore ſuperari, & ſæpè ex mundi dilectione, dilectio Dei marceſſit, niſi ad eum fervorem Spiritu ſancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo poſſit tepore languere.*

Matth. 9.
Lucæ 17.

Cùm itaque in hoc inenarrabili dono Dei, omnium ſumma donorum, & quædam ſit cunctarum vita virtutum, ad hoc cetera conferuntur; ut habeat animæ fidelis intentio, per quæ ad perfectam charitatem poſſit eniti: Quæ quoniam *non ſolùm ex Deo, ſed etiam Deus eſt*, ſtabiles & perſeveran

1. Ioan. 4.

ſeverantes, atque inſuperabiles facit, quos flumine voluptatis ſuæ impleverit. Qui autem iſtarum aquarum dulcedinem neſciunt, & adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt, aut etiam ſi aliquid

Apoc. 14. & 16.

primoribus labris de vitæ fonte guſtaverint, *inebriari tamen aureo Babylonis calice delectantur*, ſuo prorſus decipiuntur arbitrio, ſuâ voluntate labuntur, & ſi in hac deſidia perſeverant, ipſi ſe his quæ accepêre diſpoliant. Facilè enim quælibet bona ſine charita-

1.Cor.13.

te poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe.

In Cant. Cant.lib. 1.

Dicebat Iulianus Pelagianus omnia in omnibus poſſe eſſe quæ vel ſingula inveniuntur in ſingulis. Quem refutat V. Beda. 1. Scripturâ. 2. Experientiâ. *Contradicit enim Scriptura*, inq. *quæ ait*; *Omnia autem*

Rom. 12.

membra non eundem actum habent.&, *Multi unum cor-*

1.Cor.15.

pus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habentes donationes ſecundùm gratiam quæ data eſt nobis differentes. At cùm mortale hoc induerit immortalitatem, tunc demum poſſunt eſſe omnia in omnibus bona virtutũ. Et ne tunc quidem de naturæ bono, ſed per gratiam ejus de quo ſcriptum eſt; *ut ſit Deus omnia in omnibus*. Sed & quotidiana noſtræ fragilitatis documenta probant, *non omnia in omnibus eſſe poſſe: ubi tam multi inveniun-*

Hom. 10. in Ezechiel.

tur, qui ſummâ nitentes inſtantiâ, nequaquam ad eas, quas alios vident habere, poſſunt pervenire virtutes. Hujus autem variatæ inter homines gratiæ S. Gregor, du-

Mon.4. part.4.

plicem adfert utilitatem; prima eſt Charitas; altera eſt humilitas. De qua re vide in Monitis Marianis.

MONI

MONITVM CXIV.

Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.

Lucæ 10.

DVÆ vitæ in his duabus ſororibus (Martha & Magdalena) ſignificantur, quæ ſunt in Eccleſia Chriſti, videlicet, Activa, per Martham; Contemplativa, per Magdalenam. *Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Quibus verbis notatur mira hujus mulieris in audiendo aviditas, ut quæ rapta dulcedine verborum Chriſti, & amore veritatis diſcendæ, omnium oblita, fixè aſſederit pedibus Ieſu. Notatur item duplex conditio avidis doctrinæ divinæ neceſſaria, nempe, tranquillitas ab omni mentis & corporis perturbatione, & diſtractione, & humilitas ac reverentia doctoris. Et illud quidem notat verbum, *ſedens*; iſtud verò quod ad pedes Ieſu ſediſſe dicitur. Illud neceſſarium eſſe docet Scriptura, dicens; *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus*; iſtud cùm dicit; *Humilibus dat gratiam.* Vide Ianſe in Conc. Evang. Pſal. 45. 1. Petr. 5.

Quantò autem, inquit D. Auguſt. *humilius ad pedes ſedebat, tantò amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem convallis, denatat de tumoribus collis.* Et bene ſpecialiter hæc mulier ſecus pedes Domini ſedere elegit, quòd illos oſculando & lachrymis rigando peccatorum ſuorum remiſſionem impe- De verb. Domi. ſer. 27.

traverit. *Martha autem ſatagebat*, diſtrahebatur *circa frequens miniſterium*, ſurſum ac deorſum curſitans, ac ſollicitè ſatagens, ne quid omnium deeſſet, quæ ad ſuaviter ſuſcipiendum tantum hoſpitem cum diſcipulis pertinerent. Vtraque autem amore rapiebatur. Mariam amor Ieſu non patiebatur avelli ab illius pedibus, Martham verò idem amor ſurſum ac deorſum circumagebat, nec patiebatur adhærere Domino.

Significantur ergo duæ vitæ. Vitæ activæ eſt, cum Martha occupatum eſſe circa corporalia miniſteria, ut circa filiorum educationem, pauperum curam, & id genus alia quæ non ſine corporali labore, fatigatione, ac diſtractione obeuntur. Contemplativa verò eſt, cum Maria ſepoſitis curis corporalium occupationum, ac mentis diſtractionibus, vacare intelligentiæ ac meditationi rerum divinarum. Docemur autem ex verbis Domini, vitam contemplativam, quâ Deo & divinis rebus vacatur, præferendam activæ, etſi & illa in ſuo genere
I. Cor. 7. ſit bona. Vnde & Paulus *ſtatum virginalem præfert conjugio; hic enim ſollicitudo eſt uxoris, ibi Dei.* Secundò, eos qui ſe dederunt vitæ activæ, non debere obmurmurare tanquam otioſi, his qui requieti à corporalibus miniſteriis vacant cœleſti doctrinæ, ac divinis rebus, nec tales temerè avocandos ab optimo circa quod verſantur, ad corporalia miniſteria. Itaque hinc videre licet, quàm malè quidam hodie ſancto Religioſorum & Sacerdotum otio invidentes aut obmurmurantes, eos ad ſimilia negotia, & corporalia miniſteria avocant, volentes eos patres familias fieri, manibus laborare, unde ſibi aliiſque victum parent.

Verùm

Verùm ut hi malè cum Martha Mariam ab optimo avocare ſtudent, ita videndum his qui Mariæ partem elegiſſe ſe profitentur, ut Mariam etiam verè imitentur, ita ut ſedeant quidem, id eſt à ſæculi diſtractionibus ſint quieti, ſed *ſedeant juxta pedes Ieſu, & audientes verbum illius*, ut ne eorum otium ſit deſidioſum, ſed ſanctum. Sunt enim qui ſedent quidem & otiantur, ſed quaſi *juxta ollas carnium*, quemadmodum Iſraëlitæ in Ægypto; nec ſedent audientes verbum Chriſti, ſed intenti fabulis ac rebus nihili. Iuxta pedes autem Ieſu ſedent audientes verbum illius, qui humiliter ſeſe Chriſto ſubmittunt, fixè veſtigiis ac exemplis converſationis ejus inhærentes, intenti jugiter Scripturarum Sanctarum ac verborum Chriſti meditationi, aures ſuæ mentis divinis inſpirationibus aperientes & præbentes, ſollicitè diſcentes quod eos in vera pietate alat aut proficere faciat, & alios etiam aliquando doceant. Exod. 16.

Ad hoc autem imprimis neceſſe eſt, ut ſedeant, ſepoſitis ſcilicet mundanis negotiis, ac ſedatis animi perturbationibus & paſſionibus. Deinde ut ſedeant juxta pedes Ieſu, humiliando ſeipſos. *Remanſerunt*, inquit S. Auguſt. *in illa domo quæ ſuſceperat Dominum in duabus fœminis, duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna otioſa, altera laborioſa; nulla facinoroſa, nulla deſidioſa. Nulla facinoroſa, quam cavere debet laborioſa; nulla deſidioſa, quam cavere debes otioſa.* De verb. Domini ſer. 27.

MONITVM CXV.

Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi.

1. Cor. 7.

Cap. 27.

DIvus Auguſtinus ut eſt apud Poſſidonium in vita eius; ſervandum in vita & moribus hominis Dei referebat, quod in inſtitutis S. Ambroſij compererat; *Vt uxorem cuiquam nunquam poſceret, neque militare volentem ad hoc commendaret, neque in ſua patria petitus iret ad convivium.* De ſingulis rebus præſtans cauſas, ſcilicet, *ne dum inter ſe coniugato caſu jurgarent, ei maledicerent, per quem cōjuncti eſſent. Et ne militiæ commendatus, ſuam culpam malè agens ſuffragatori tribueret. Et ne per frequentiam in patriæ conviviis conſtitutus, temperantiæ amitteretur modus*

Hieron. adverſus Helvidium.

Incommoda Matrimonii ita recitat D. Hieron. contra Helvid. ubi tradit differentias virginum & maritatarum ex Apoſtolo; & addit: Idem tu putas eſſe diebus & noctibus vacare orationi, vacare jejuniis, & ad adventum mariti expolire faciem, greſſum frangere, ſimulare blanditias? *Illa hoc agit ut turpior appareat, & naturæ bonum infuſcet injuria: hæc ad ſpeculum pingitur, & in contumeliam artificis, conatur pulchrior eſſe, quam nata eſt.* Inde infantes garriunt, familia perſtrepit, liberi ab oſculis & ab ore dependent, computantur ſumptus, impendia præparantur. Hinc cocorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nuntiatur interim vir venire cum ſociis. Illa ad hirūdinis modum luſtrat univerſa penetralia, ſi totus rigeat, ſi pavi

pavimenta verrerint, ſi ornata ſint pocula, ſi prandium præparatum. Reſponde quæſo, *inter iſta, ubi ſit Dei cogitatio?* Et hæ felices domus.

Cæterùm ubi tympana ſonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, *quis tibi Dei timor?* Paraſitus in contumeliis gloriatur: ingrediuntur expolitæ libidinum victimæ, & tenuitate veſtium nudæ impudicis oculis ingeruntur; his infelix uxor aut lætatur, & perit: aut offenditur, & maritus in jurgia concitatur; hinc diſcordia, ſeminarium repudii. Aut ſi aliqua invenitur domus, in qua iſta non fiunt, quæ rara avis eſt, tamen ipſa diſpenſatio domus, liberorum educatio, neceſſitates mariti, correctio ſervulorum, *quam à Dei cogitatione non avocent?* &c. Et alibi:

Fertur aureolus Theophraſti liber de nuptiis, in quo quærit, an vir ſapiens ducat uxorem. Et cùm definiſſet, ſi pulchra eſſet, ſi benè morata, ſi honeſtis parentibus, ſi ipſe ſanus, ac dives, ſic ſapientem aliquando inire matrimonium; ſtatim intulit; Hæc autem in nuptiis raró aliquando concordant. Non eſt ergo uxor ducenda ſapienti. Primùm enim *impediri ſtudia Philoſophiæ, nec poſſe quemquam libris & uxori pariter inſervire.* Multa eſſe quæ matronarum uſibus neceſſaria ſint, pretioſæ veſtes, aurum, gemmæ, ſumptus, ancillæ, ſupellex varia, lecticæ, & eſſeda deaurata. Deinde per noctes totas garrulæ conqueſtiones: Illa ornatior procedit in publicum; hæc honoratur ab omnibus; ego in conventu fœminarum miſella deſpicior. Cur aſpiciebas vicinam; quid cum ancillula loquebaris; de foro veniens quid attuliſti? Non amicum habere poſſumus, non ſodalem. Alterius amorem ſuum odium

Lib. 1. contr. Iovinianũ. cap. 28.

ſuſpicatur. Si doctiſſimus præceptor in qualibet urbium fuerit, nec uxorem relinquere, nec cum ſarcina ire poſſumus. *Pauperem alere, difficile eſt; divitem ferre, tormentum.*

Hiero. Ibid. Adde, quoniam *nulla eſt uxoris electio, ſed qualiſcũque obvenerit habenda; ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida: quodcumque vitij eſt, poſt nuptias diſcimus.* Equus, aſinus, bos, canis, & viliſſima mancipia, veſtes quoque & lebetes, ſedile ligneum, calix, & urceolus fictilis probantur priùs, & ſic emuntur: ſola uxor non oſtenditur, ne antè diſpliceat, quàm ducatur. *Attendenda ſemper ejus eſt facies, & pulchritudo laudanda: ne ſi alteram aſpexeris, ſe exiſtimet diſplicere.* Vocanda domina, celebrandus natalis ejus, jurandum per ſalutem illius; ut ſit ſuperſtes, optandum: honoranda nutrix ejus, & gerula, ſervus, patrimus, & alumnus, & formoſus aſſecla, & procurator calamiſtratus, & in longam ſecuramque libidinem exſectus ſpado: ſub quibus nominibus adulteri deliteſcunt. Quoſcumque illa dilexerit, ingratis amandi.

Ibidem. *Si totam domum ei regendam commiſeris, ſerviendum eſt: ſi aliquid tuo arbitrio reſervaveris, fidẽ ſibi haberi non putabit, ſed in odium vertetur ac jurgia; & niſi citò conſulueris, parabit venena.* Anus, & aruſpices, & hariolos, & inſtitores gemmarum ſericarumque veſtium ſi intromiſeris, periculum pudicitiæ eſt; ſi prohibueris, ſuſpicionis injuria. Verùm quid prodeſt etiam diligẽs cuſtodia, cùm *uxor ſervari impudica non poſſit, pudica non debeat? Infida enim cuſtos eſt caſtitatis, neceſſitas: & illa verè pudica dicenda eſt, cui licuit peccare, ſi voluit. Pulchra citò adamatur, fœda facilè concupiſcit. Difficilè cuſtoditur, quod plures amant.* Moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignetur. Minore tamen miſeria de-

formis

formis habetur, quã formoſa ſervatur, *nihil tutum eſt in quod totius populi vota conſpirant. Alius formâ, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate ſollicitat. Aliquo modo vel aliquando expugnatur, quod undique inceſſitur*

Quod ſi propter diſpenſationem domus, & languoris ſolatia & fugam ſolitudinis ducuntur uxores; multò meliùs ſervus fidelis diſpenſat, obediens auctoritati domini, & diſpenſationi ejus obtemperans, quàm uxor; quæ in eo ſe exiſtimat dominam, ſi adverſus viri faciat voluntatem, id eſt, quod placet, non quod jubetur. Aſſidere autem ægrotanti magis poſſunt amici, & vernulæ, beneficiis obligati, quàm illa, quæ nobis imputat lachrymas ſuas, & hæreditatis ſpe vendit illuviem; & ſollicitudinem jactans, languentis animum deſperatione conturbat. Quod ſi ipſa languerit, coægrotandum eſt, & nunquam ab ejus lectulo recedendum, aut ſi bona fuerit, & ſuavis uxor, quæ tamen rara avis eſt; cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. *Sapiens autem nunquam ſolus eſſe poteſt: habet ſecum omnes, qui ſunt, quique unquam fuerunt boni; & animum liberum, quocunque vult transfert: quod corpore non poteſt, cogitatione complectitur & ſi hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo, nunquam minus ſolus erit quàm cùm ſolus fuerit.* Ibidem.

Porrò liberorum cauſa uxorem ducere, ut vel nomen noſtrum non intereat, vel habeamus ſenectutis præſidia, & certis utamur hæredibus, ſtolidiſſimum eſt. Quid enim ad nos pertinet recedentes è mundo, ſi nomine noſtro alius nominetur; cùm & filius non ſtatim patris vocabulum referat: & innumerabiles ſint, qui eodem appellentur nomine? Aut quæ ſenectutis auxilia ſunt, enutrire Ibidem.

domi qui aut prior te fortè moriatur, aut perverſiſſimis ſit moribus, aut certè cùm ad maturam ætatem venerit, tardè ei videaris mori? Hæredes autem meliores,& certiores amici ſunt,& propinqui, quos judicio deligas,quàm, quos,velis,nolis,habere cogatis. Licet certior hæreditas ſit, dum vivis, benè abuti ſubſtantia tua, quàm tuo labore quæſita, in incertos uſus relinquere.Hæc & hujuſmodi Theophraſtus diſſerens,inq. Hieron.quem non ſuffundat Chriſtianorum, *quorum converſatio eſt in cœlis,qui quotidie dicunt, Cupio diſſolvi,& eſſe cum Chriſto?* &c.

Ibidem.

Philip. 3.

Philip. 1.

Similiter D. Baſilius enumerat moleſtias & incommoda Matrimonij; Quæ mortali connubio conjuncta eſt, inquit, ad ſuam ipſius curam, viri quoque altera adjecta, geminam in una anima ex conjuncto ſibi corpore ſollicitudinem neceſſariò ſuſtinet.Nec jam unius tantum corporis laborat gratiâ,ſed *in una* (ut dixi)*anima, & ad ſuum & ad viri corpus curandum jugiter intenta dividitur.* Vbi verò filios poſt cubiculi ſolennia & ſecreta commercia parturire atque in lucem edere cœperit; *per unumquemque naſcentem animo ſcinditur, etiam præſentibus triſtibus naſcituri cura ſemper adjicitur. Ac ſi quidem virum bonum blandùmque nacta fuerit,perpetuò, ne moriatur,metu viduitatis incommoda cruciatuſq; jam ſuſtinet;* diram quandam & immitem curam & præſente illo & abſente, propter inſperatos caſus animo indeſinenter excipiens. *Si verò contrà, duro & immiti fuerit conjuncta, tota quidem vita illi cruciatus eſt:* & cùm pudicitiæ ratione neutrum queat eligere, id eſt, nec viri mortem propter viduitatis anguſtias, nec vitam, ob moleſtiam incommodumque convictus, ancipiti atque inevitabili malo; acerrimiſque

De vera Virginitate

que

que doloribus ſemper atteritur.

Inde ubi filios edidit, aut ad bonam illi frugem evaſerunt, & majores ex illorũ abſentia dolores tolerat jugiter, quàm parturiens tulerat: aut malos evaſiſſe conſiderat, & majus ex ea procreatione liberorum, quàm ſi permanſiſſet ſterilis, opprobrium ſuſtinet. Sæpè antequam dicta experiatur incommoda, unà & ſponſa & vidua efficitur, ac *ſine liberis in viduitatem delapſa, nec uxor jam, nec virgo, nec mater eſt.* Sic profectò omnibus quæ putantur læta conjugii ſemel amiſſis breviſſimo voluptatis ſenſu, irreparabilem virginitatis perdidit florem; conjugiique tantum ſolummodo experta eſt, quantum illi ſatis eſſet ad dignoſcenda viduitatis incommoda. *Quod ſi relictâ viduâ pupillos enutriat filios, ejus quẽ ex viri morte perceperat mœroris juge illos monumentum cernit*, & ſemper in lachrymis, ſemper in gemitu, ſemper in ſollicitudine educandorum degens, nullum præterito malo ſolatium invenit. Ibidem.

Ibidem.

Præterea & propinquis & famulis, & filiorum curatoribus ipſiſque poſtremò etiam filiis, ubi virilitatis annos attigerint, *cunctiſque omninò ſe vexari volentibus, ad prædam miſerabiliter expoſita*, doloris luctuſque tragœdiam vitam ſuam omnium oculis ingeret. Et quid plura perſequi neceſſe eſt? Dominum ſibi cum dote infelix mulier coëmens virum, *ancilla pro libera efficitur, breviſſimaque voluptatis gratiâ naturali libertate ſe privans, januam ſibi ineffabilem dolorum, perpetuiq; mœroris per hujuſmodi connubium aperit.* Sic Baſilius.

Honeſtiſſima quidem conjugis liberorumque foret jucunditas, ait Boëtius, ſed *nimis è natura dictum eſt, neſcio quem filios habuiſſe tortores.* Quorũ quàm ſit mordax quæcunque conditio, non eſt neceſſe Lib. 3 proſ. 7. de conſolat. Philoſ.

admo

admonere, cùm id ſatis experentiâ conſtet. In quo Euripidis ſententiam probo, qui *carentem liberis infortunio dixit eſſe felicem.* Cupiebat quis inſigne maleficium inſigni ſupplicio punire: cùm alius cruces, alius nervos, alius aliud tormenti genus adferret, denique unus ait; *Si cupis illum immaniter & perpetuò torqueri, dato ei uxorem.* Cùm P. Iacobus Lainez II. Generalis Societatis Ieſu adhuc adoleſcens, audiret illud Evang. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucē ſuam, & ſequatur me,* cœpit dubitare num deberet uxorem ducere, quòd *non videret graviorem crucem, quàm eorum qui ſunt in Matrimonio.* Diponates expertus incommoda Matrimonii, duos ſolummodo bonos dies in eo ſe habuiſſe dicebat, primum, & ultimum; *nuptiarum,* videlicet, *& mortis uxoris.*

Hiero. Falet. Oratio. 9.

In vita li. 5. cap. 17.

Matth. 16.

Notes.

In Theatro. Mundi.

Dicit Comicus; *Vxorem duxi, quam ibi miſeriam non vidi?* &; *Quod fortunatum iſti putant, uxorem nunquam habui.* & *Negotium habere qui volet, navem & mulierem, hæc duo ſibi comparato.*

Terent.

Plaut.

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus

In quo nupta jacet, minimū dormitur in illo, ait Iuvē.

Vnde & Horat. — *Melius nil cœlibe vitâ.*

Iuvenal. Sat. 6.

Horat. li. 1 epiſt. 1.

Narratur & illud Catonis; *Si ſine uxoribus mundus eſſe poſſet; vita noſtra nō eſſet abſque Diis. Sed cum illis incommodè vivitur, ſine illis omnino nō vivitur; unde neceſſarium malum.* Differentiam inter conjugium carnale, & ſpiritale oſtendit S. Gregor. in Dialog. loquens de Galla vidua, quam dum fervente mundi copia, ad iterandum thalamum & opes & ætas vocarent, elegit magis ſpiritualibus nuptiis copulari Deo, *in quibus à luctu incipitur ſed ad gaudia æterna pervenitur:* quàm carnalibus nuptiis ſubjici homini, *quæ à lætitia ſemper incipiunt & ad finem cum luctu tendunt.*

Apud Gel.

Lib. 4. cap. 13.

MONI

MONITVM CXVI.

Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, &c.

Luc. 15.

COnſideranda hîc erit benignitas Dei Patris in receptione peccatoris pœnitentis, & ad patrem redeuntis. *Cùm adhuc longè eſſet*; D. Auguſt. Domino loquens, in Confeſſ. *Non pedibus*, inquit, *aut ſpatiis locorum itur abs te, aut reditur ad te. Aut verò filius ille tuus junior, equos aut currus, vel naves quæſivit, aut avolavit pennâ viſibili, aut moto poplite iter egit, ut in longinqua regione vivens, prodigè diſſiparet quod dederas proficiſcenti. Sed longè receſſerat à vultu tuo in affectu tenebroſo, id eſt libidinoſo.* Et ipſe Auguſtinus, de ſe adhuc à Deo alieno; *Quàm longè exulabam à delitiis domus tuæ, cùm accepit in me luxuria ſceptrum, & totas manus ei dedi vaſaniæ libidinis, licentioſæ per dedecus humanum, illicitæ autem per leges tuas, Domine.* Lib. 1. cap. 18. Lib. 2. ca. 2.

Vidit illum pater ipſius. Sic David in perſona filii prodigi, ut ait idem Auguſt. *Intellexiſti cogitationes meas de longè. Longè enim eram profectus: ſed ubi non eſt quem deſerueram? Et tanquam deprehenſus fugitivus, ſequente ſe vindicta legitima Dei vindicantis, in affectiones noſtras, quacunque ierimus, & quocunque progreſſi fuerimus* Pſal. 138. Vide ibi Aug.

admonere, cùm id ſatis experentiâ conſtet. In quo Euripidis ſententiam probo, qui *carentem liberis infortunio dixit eſſe felicem.* Cupiebat quis inſigne maleficium inſigni ſupplicio punire: cùm alius cruces, alius nervos, alius aliud tormenti genus adferret, denique unus ait; *Si cupis illum immaniter & perpetuò torqueri, dato ei uxorem.* Cùm P. Iacobus Lainez II. Generalis Societatis Ieſu adhuc adoleſcens, audiret illud Evang. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucē ſuam, & ſequatur me*, cœpit dubitare num deberet uxorem ducere, quòd *non videret graviorem crucem, quàm eorum qui ſunt in Matrimonio.* Diponates expertus incommoda Matrimonii, duos ſolummodo bonos dies in eo ſe habuiſſe dicebat, primum, & ultimum; *nuptiarum*, videlicet, *& mortis uxoris.*

Hiero. Faller. Oratio. 9.

In vita li. 5. cap. 17.

Matth. 16.

Notes.

In Theatro. Mundi.

Dicit Comicus; *Vxorem duxi, quam ibi miſeriam non vidi?* &; *Quod fortunatum iſti putant, uxorem nunquam habui.* & *Negotium habere qui volet, navem & mulierem, hæc duo ſibi comparato.*

Terent.

Plaut.

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus

In quo nupta jacet, minimū dormitur in illo, ait Iuvē.

Vnde & Horat. — *Melius nil cœlibe vitâ.*

Narratur & illud Catonis; *Si ſine uxoribus mundus eſſe poſſet; vita noſtra nō eſſet abſque Diis. Sed cum illis incommodè vivitur, ſine illis omnino nō vivitur; unde neceſſarium malum.* Differentiam inter conjugium carnale, & ſpiritale oſtendit S. Gregor. in Dialog. loquens de Galla vidua, quam dum fervente mundi copia, ad iterandum thalamum & opes & ætas vocarent, elegit magis ſpiritualibus nuptiis copulari Deo, *in quibus à luctu incipitur ſed ad gaudia æterna pervenitur*: quàm carnalibus nuptiis ſubjici homini, *quæ à lætitia ſemper incipiunt & ad finem cum luctu tendunt.*

Iuvenal. Sat. 6.

Horat. li. 1 epiſt. 1.

Apud Gel.

Lib. 4. cap. 13.

MONI

MONITVM CXVI.

Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, &c.

Luc. 15.

COnſideranda hîc erit benignitas Dei Patris in receptione peccatoris pœnitentis, & ad patrem redeuntis. *Cùm adhuc longè eſſet*; D. Auguſt. Domino loquens, in Confeſſ. *Non pedibus*, inquit, *aut ſpatiis locorum itur abs te, aut reditur ad te. Aut verò filius ille tuus junior, equos aut currus, vel naves quaſivit, aut avolavit pennâ viſibili, aut moto poplite iter egit, ut in longinqua regione vivens, prodigè diſſiparet quod dederas proficiſcenti. Sed longè receſſerat à vultu tuo in affectu tenebroſo, id eſt libidinoſo.* Et ipſe Auguſtinus, de ſe adhuc à Deo alieno; *Quàm longè exulabam à delitiis domus tuæ, cùm accepit in me luxuria ſceptrum, & totas manus ei dedi vaſaniæ libidinis, licentioſæ per dedecus humanum, illicitæ autem per leges tuas, Domine.* Lib. 1. cap. 18. Lib. 2. ca. 2.

Vidit illum pater ipſius. Sic David in perſona filii prodigi, ut ait idem Auguſt. *Intellexiſti cogitationes meas de longè. Longè enim eram profectus: ſed ubi non eſt quem deſerueram? Et tanquam deprehenſus fugitivus, ſequente ſe vindicta legitima Dei vindicantis, in affectiones noſtras, quacunque ierimus, & quocunque progreſſi fuerimus* Pſal. 138. Vide ibi Aug.

fuerimus, agnoſcimur. Loquitur; Semitam meam, quâ profectus ſum; & limitem meum quouſque perveni, inveſtigaſti. Non enim eram longinquus ab oculis tuis: multum ieram, & tu ibi eras. Sic etiam in Confeſ. Dominum alloquens S. Auguſt. *Eant & fugiant te inquieti, & iniqui,* inquit, *& tu vides eos, & diſtinguis umbras, & ecce pulchra ſunt cum eis omnia, & ipſi turpes ſunt & quid nocuerunt tibi, aut in quo imperium tuum dehoneſtaverunt, à cœlo uſque in noviſſima juſtum & integrum? Quò enim fugerunt, cùm fugerent à facie tua, aut ubi tu non invenis eos? ſed fugerunt ut non viderent te videntem ſe, atque excœcati in te offenderent, quia non deſeris aliquid eorum quæ feciſti. In te offenderent injuſti, & juſtè vexarentur, ſubtrahentes ſe lenitati tuæ, & offendentes in rectitudinem tuam, & cadentes in aſperitatem tuam; videlicet, neſciunt quod ubique ſis, quem nullus circumſcribit locus, & ſolus es præſens etiam his qui longè fiunt à te.* Sic Auguſt.

Lib. 5. Confeſſ. cap. 2.

Miſericordia motus eſt. Vbi miſericordia nominatur, non niſi miſeria præſupponitur. Benefacere enim bene habenti, non miſericordia, ſed liberalitas vocatur; miſericordia eſt, ſi miſeriæ ſubveniatur. *Dei autem proprium dicitur miſereri, quia miſerendi cauſam ſumit ex proprio,* ait D. Bernardus, *ulciſcendi magis ex alieno. Quis enim ego, aut qualis ego, aut quantus ego,* inquit S. Auguſt. *quid non mali ego? An facta mea? aut ſi non facta, dicta mea? aut ſi non dicta, voluntas mea fuit? Tu autem Domine, bonus & miſericors, & dextera tua reſpiciens profunditatem mortis meæ & à fũdo cordis mei exhauriens abyſſum corruptionis. Et hoc erat totum, nolle quod volebas, & velle quod nolebas.* Et rurſum; *Convertantur ergo & quærant te; quia non ſicut ipſi deſeruerũt te creatorem ſuũ, ita & tu deſeruiſti creaturam tuam. Ipſi convertantur; & quærant te, & ecce ibi es,*

Ser. 5. de Nat.
Lib. 9. Conf. cap. 1.
Lib. 5. ca. 2.

Digitized by Google

es, in corde eorum, in corde confitentium tibi, & projicientium ſe in te, & plorantium in ſinu tuo, poſt vias ſuas difficiles, & tu facilis terges lachrymas eorum, ut magis plorent, & gaudeant in fletibus: quoniam tu Domine, non aliquis homo, caro & ſanguis, ſed tu Domine, qui feciſti, reficis & conſolaris eos. Vnde ſequitur in Evangel.

Et accurrens, cecidit ſuper collum ejus. Signa dilectionis paternæ. Tunc autem ille nos diligit, quando nos ſe diligere facit. Et quis non diligat tam miſericordem & beneficum patrem? tamdiu peccata noſtra tolerantem? & poſt tot ſcelera adhuc in gratiam recipientem? *Dulcis pater quia dederas* (prodigo proficiſcenti ſubſtantiam,) *ſed egeno redeunti dulcior*, inquit S. Auguſt. Deum non diligeremus, ait idem, niſi priùs dilexiſſet nos, & niſi nos faceret ſuos dilectores. *Tales nos amat Deus, quales futuri ſumus ipſius dono, non quales ſumus merito noſtro*, inquit Conc. Arauſ. *Qui ad Chriſtum veniunt*, ait D. Proſp. *amore ducuntur; dilecti enim ſunt, & dilexerunt; quæſiti ſunt, & quæſierunt.* Lib. 1. Conf. cap. 18. Arauſ. 2. ca. 12. De voc. gent. lib. 1. cap. 17.

Dixit autem Pater ad ſervos. Eos, videlicet, qui ſunt miniſtri reconciliationis. *Deus* ait Apoſt. *reconciliavit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis, poſuit in nobis verbum reconciliationis. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.* Quia ipſorum eſt, prædicare fidem, pœnitentiam, charitatem, Sacramenta adminiſtrare, &c. quibus fit reconciliatio. *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona*, ait Propheta. Quàm gratus & jucundus eſt adventus eorum qui prædicant pacem, id eſt, reconciliationem; de qua dicitur: *Pacem habemus ad Deum.* Pax bona eſt, ſed in bonis præcipuum eſt regnum cælorum. *Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum.* 2. Cor. 5. Iſaiæ 52.

Citò

Lib. 7. Conf. cap. 7. *Citò proferte ſtolam primam:* Stola prima eſt, prima rectitudo, in qua homo creatus eſt. *Superior eram iſtis corporalibus*, inquit S. Auguſt. ad Dominum; *te verò inferior. Et tu gaudium verum mihi, ſubdito tibi: & tu mihi ſubjeceras, quæ infra me creaſti. Et hoc erat rectum temperamentum, & media regio ſalutis meæ, ut manerem ad imaginem tuam, & tibi ſerviens dominarer corpori, Sed cùm ſuperbè ſurgerem contra te, & currerem adverſus Dominum, in cervice craſſa ſcuti mei, etiam iſta infima ſupra me facta ſunt, & premebant, & nuſquam erat laxamentum, & reſpiramentum.*

Induite illum. Veſtis noſtra, Chriſtus eſt, illum ut induamus, hortatur Apoſtolus. Induimus autem, quando illum in bonis moribus imitamur. Et Galatis dicit; *Quicũque in Chriſto baptiſati eſtis Chriſtũ induiſtis.* Fide, dilectione, moribus, affectu illi adhæretis, in illo ſpem collocatis. De Iacob dicitur, quòd hœdinis pellibus membra contexit. Hœdus, Chriſtus, ob ſimilitudinem carnis peccati: illius pelles induit, qui ejus vitam ac mores imitatur.

Galat. 3.
Rom. 13.
Epheſ. 4.
Geneſ. 27.

Annulus in manu, eſt ſignaculum gratiæ, pignus Spiritus ſancti. Dicit Apoſtolus, quod *habemus primitias Spiritus.* De quibus & S. Auguſtinus: *Primitias,* inquit, *ſpiritus nunc habemus, unde reipſa jam filii Dei facti ſumus: in cæteris verò in ſpe ſicut ſalvi, ſicut renovati, ita filii Dei: re autem ipſa quia nondum ſalvi, ideò nondum plenè innovati, nondum etiam filii Dei, ſed filii ſæculi Proficiemus ergo in renovationem, juſtamque vitam per quod filii Dei ſumus, & per hoc peccare omnino non poſſumus; donec totum in hoc tranſmutetur, etiam illud per quod adhuc filii ſæculi ſumus: per hoc enim & adhuc peccare poſſumus*, &c.

Rom. 8.
Lib. 2. de pec. merit. cap. 8.

Calceamenta pedibus adhibẽtur, ut non tangantur, id

id eſt, non diligantur terrena. Amor terrenorum, totum hominis malum eſt. Hinc lex, *Non concupiſces, quid aliud impe a, niſi à terrenis & illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe velut pōdere, amore fertur, quocunque fertur. Iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pondus charitatis; donec illud cōſumatur, hoc perficiatur. Calceati pedes*, ait Apoſt. *in præparationem Evangelii pacis*. Sic manducantes agnum paſchalem juſſi ſunt habere *calceamenta in pedibus*. Aug. epiſt. 89. Epheſ. 6. Exodi 12. Ioan. 1.

Vitulus ſaginatus, Chriſtus Dominus eſt; 1. quia Spiritu ſancto plenus: *de cujus plenitudine nos omnes accepimus. Oleum effuſum nomen ejus*. 2. quia repletus bonis operibus 3. quia *ſaturatus opprobriis*, & paſſionibus: tunc idoneus erat, ut occideretur. Adducitur autem unicuique, quando ejus incarnatio & adventus ei prædicatur. Occiditur verò, *quando quis in morte ejus baptizatur*. Tunc enim prodeſt ei mors Chriſti. Sic & manducatur, quando quis mortis ejus & paſſionis fit particeps. Sic dicit D. Auguſtinus manducationem carnis filii hominis omnibus eſſe neceſſariam, etiam parvulis; alioqui, ut ipſemet Chriſtus teſtatur, *vitam non habebunt. Quod non niſi baptiſmate creditur in eos conferendum*. ita Innocentius Primus. Et D. Aug. *Qui eſt*, inquit, *in unitate corporis Chriſti, id eſt. Chriſtianorū compage membrorū cujus corporis Sacramentum fideles communicantes de altari ſumere conſueverunt, ipſe verè dicendus eſt manducare corpus Chriſti, & bibere ſanguinem Chriſti*. Thren. 3. Cant. 1. Aug. cont. Iul lib. 6. cap. 5. De Doct. Chriſt. lib. 3. cap. 16. De pecc. mer. lib. 1. cap. 20. 24. Ioan. 6. De Civit. li. 21. cap. 25. Apud Aug. epiſt. 93.

Epulemur. hæc eſt lætitia ſpiritualis Eccleſiæ, de donis gratiæ ipſi ejuſque membris collatis, & vocatur jubilus, ſive jubilatio, quia tanta in corde ſentitur, ut voce non poſſit exprimi. *Iubilus*, ait Sanctus Gregorius, dicitur *ineffabile mentis gaudium* Gregor. lib. 28. Mor. ca. 14. vet. 7. no.

Pſal. 88. *gaudium quod non abſcondi, non ſermonibus aperiri poteſt. Sed tamen quibuſdam motibus aperitur, licet nullis proprietatibus exprimatur. Vnde Pſalmus; Beatus populus qui ſcit jubilationem. Non dicit, qui loquitur, ſed, qui ſcit: quia jubilus quidem ſciri poteſt intellectu, ſed dicto ſeu verbo exprimi non poteſt.*

MONITVM CXVII.

Eleëmoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.

Tobiæ 4.

DIcendum paucis quomodo eleëmoſynis dicantur *peccata redimi*, purgari, penitus tolli.
Dan. 4. Deinde quibus dandæ. Primò itaque qui largitur eleëmoſynas, vel jam juſtus eſt, vel peccator; Si juſtus eſt, cùm juſtitiæ nullum peccatum mortale cohærere queat, profectò ipſius eleëmoſynæ non purgabunt vel tollent ejus peccata; valebunt autem vel ad reliquias priorum peccatorum radicitus excindendas, vel ad expianda peccata venialia, quibus non carent juſti; vel denique ad perſolvendam pœnam peccatis debitam, quæ ſcilicet, remiſſis omnibus peccatis, pœnaque æternâ condonatâ, ad tempus vel in præſenti vita, vel in purgatorio perſolvenda eſt. Vocabulum autem *Peccati*, etiam
1. Cor. 15. pro pœna peccatis debita, non ſemel in Scripturis
1. Ioan. 1. poni notum eſt. Confert præterea multum largitio eleëmoſynarum viro iuſto, ad præcavenda imminentia peccata. Et enim qui frequens & copioſus eſt in dandis eleëmoſynis, hunc ſingulariter protegit

ac

ac tuetur Deus, cunctaque peccandi irritamenta & occaſiones procul ab eo amovet, vel adverſus eas animum ejus valde præmunit ac roborat.

Si autem qui in peccatis eſt, eorum tamen pœnitens, & vitam in melius commutare ſatagens, crebris eleëmoſynis multorum egeſtati opituletur, quo placitum ſibi & propitium faciat Deum, & ab eo veniam ſceleribus ſuis impetret, ea donatio eleëmoſynarum conducit plurimum ad remiſſionem peccatorum: non ſanè quod ipſa eam efficiat, ſolus enim Deus eam facit, eo temporis puncto; quo gratiam & juſtitiam in animum hominis infundit: ſed quod ad eam accipiendam præparet hominem, eumque idoneum reddat & quodammodo dignum, cui Deus eximium illud remiſſionis peccatorum munus impertiatur.

Porrò ſine fide, vel pœnitentia, aut dilectione Dei, quantalibet eleëmoſynarum effuſio, nihil homini ad remiſſionem peccatorum, & cœleſtis juſtitiæ conſecutionem prodeſſe poteſt. Siquidem apertè dicit Scriptura; *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo* & alibi; Heb. 11.
Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. & rurſus; Luc. 13.
Si diſtribuero in cibos pauperum, omnes facultates 1. Cor. 13.
meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Quo circa qui in flagitijs infixi hærent, & nihilominus tamen crebritate eleëmoſynarum impunitatem ſperant, voluntariè in clariſſima luce cæci ſunt, & peſtiferâ opinione ſibi blandientes, ſeipſi fallunt ac perdunt. Vti docet S. Auguſt. in Enchiridio. Vbi addit; *Verùm qui vult eleëmoſynam ordinatè dare, à ſeipſo* Cap. 75.
debet incipere, & ſibi eam primùm dare. Eſt autem eleë- 76. 77.
moſyna opus miſericordiæ, ſed in libro Eccleſiaſtici ſcriptum eſt; Miſerere animæ tuæ placens Deo. Eccl. 30.

Hæc eſt igitur præcipua eleëmoſyna, quæ mundat hominem; videlicet, ex qua vim habent cæteræ eleëmoſynæ, quæ in pauperes erogātur. Et de hac dicitur;
Luc. 11. *Date eleëmoſynam, & omnia munda ſunt vobis.* Idem D.
Serm. 50. Auguſt. de verb. Domini; *Mendicat*, inq. *à te anima tua, redi ad conſcientiam tuam, quicunque malè vivis, & invenies ibi mendicantem animam tuam ærumnoſam, & fortè egeſtate obmuteſcentem. Nam ſi mendicat, eſurit juſtitiam; Miſerere igitur animæ tuæ placens Deo.* Fac illi priùs eleëmoſynam ſpiritualem, ut deinde proſint tibi eleëmoſynæ corporales.

Pſal. 40. Sed quibus dandæ eleëmoſynæ? *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, inq. David; *Pauper mendicus ad te venit*, inquit Aug. *ut petat, juſtum tu præveni ne pe-*
Luc. 6. *tat. Sicut enim de illo qui te quærit dictum eſt; Omni petenti te da; ita de illo quem juberis quærere dictum eſt; Sudet eleëmoſyna in manu tua, donec invenias juſtum, cui eam tradas. Nemo vobis dicat; Præceptum eſt à Chriſto, ut ſervo Dei detur, mendico non detur. abſit, prorſus; impius iſta loquitur. Da illi, ſed multo magis illi. Ille enim petit, & in voce petentis agnoſce cui des. Ille autem quanto minus petit, tanto magis tibi vigilãdum eſt, ut præoccupes petiturum: aut fortè non petiturum, & aliquando damnaturum. Itaq; curioſi eſtote ad iſta fratres mei, & invenietis multorum Dei ſervorum indigentiam: tantum ut velitis invenire.* Hæc Auguſt. in Pſal. 103. Conc. 3.

Eccleſ. 12. Dicit Eccleſiaſticus; *Si bene feceris, ſcito cui feceris. Benefac juſto: da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorē. Da bono, & ne recipias peccatorem: benefac humili, & non de-*
In Pſal. 102. *deris impio* D. Auguſt. dicit *juſto dandum eſſe tanquam juſto, id eſt, quia juſtus; nam ſi des cogitando ibi, aliquid temporale, quia cauſæ tuæ neceſſarius, &c. non tanquam juſto das, nec accipis mercedem juſti. Contrà autem etiam*

peccatori

Digitized by Google

peccatori dandum, ſed non tanquam peccatori. Quando enim in quo peccator eſt, hoc tibi placet ut des, Deum offēdis; ut hiſtrioni, quia hiſtrio, meretrici, quia meretrix. Non ibi attendis naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani. Duo enim ſunt nomina, homo, peccator. Quod homo, opus eſt Dei; quod peccator, opus eſt hominis. Da operi Dei, noli operi hominis. Quid eſt dare operi hominis? Peccatori dare propter peccatum, placenti tibi propter peccatum, &c. Vide de doctr. Christi. lib. 3. c. 16.

Hæc ergo ſententia Sapientis non eſt contraria doctrinæ Evangelicæ; *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Matth. 5. Non enim agit potiſſimùm Sapiens de collatione eleëmoſynarum, quæ fiunt pauperibus ex miſericordia, ſed de beneficentia vel amicitiæ, vel juſtitiæ diſtributivæ. In qua magnus ſanè delectus habendus, ut ſingularia amicitiæ beneficia, vel quæ ex juſtitia diſtributiva ſunt exhibenda, non præſtentur niſi dignis, & qui accepto beneficio & non abutantur in perniciem conferentis & Reipublicæ, & bene utantur in Dei honorem, & conferentis ac aliorum utilitatem. Itaque contra hanc doctrinam faciunt, qui vel propria bona liberaliter conferunt impiis, tanquam ſingularibus amicis, vel communia bona diſpenſant talibus, ut qui beneficia Eccleſiaſtica conferunt indignis.

Nonnunquam tamen beneficia quædam præſtanda ſunt impiis, non quidem ut eorum malitia foveatur, ad quod Sapiens reſpicit; ſed ut beneficiis victi, amici fiant relictâ malitiâ, vel certè ut nocere deſinant, eorumque vexatio redimatur. In beneficentia autem miſericordiæ, quæ eleëmoſy-

nis exhibetur, non eſt omnino talis delectus habendus, ſed obſervanda eſt inprimis perſonarum miſeria, quæ commiſeratione & ſubſidio eſt digna, ubi vel certo vel probabiliter de ea conſtiterit. In hujuſmodi tamen beneficentiæ exhibitione prima etiam habenda eſt ratio juſtorum, & inter eos illorum maximè, qui ob juſtitiam bonis ſuis ſpoliati ſunt, aut ſeipſis bonis exuerunt, quo Chriſto ejuſque Eccleſiæ expeditiùs ſervirent. Deinde etiam in beneficentia quæ malis ob paupertatem præſtatur, cavendum, quantum fieri poteſt, ne per eam foveantur in inerti otio, aut malitia, ſed quod eis datur, ſolo paupertatis intuitu, propter Chriſtum detur, aut ne pejores fiant, aut ne noceant.

Tob. 4. Part. 3. adm. 21. Dicit Tobias filio, *Et non manducabis ex eo* (pane & vino) *cum peccatoribus*. Quod tractans Divus Gregorius in Paſtorali; *Panem ſuum & vinum peccatoribus præbet*, inquit, *qui iniquis ſubſidia, pro eo quod iniqui ſunt, impendit. Vnde & nonnulli hujus mundi divites, cùm ſame cruciantur pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones.*

Epiſt. 5. Quod ante eum ſic etiam deploravit Sanctus Auguſtinus: *Glorioſa eſt effuſionis inſania, & opera miſericordiæ deridentur; ex his quæ divitibus abundant, luxuriantur hiſtriones, & neceſſaria vix habent pauperes.* Queritur & S. Hieron. *in epiſt. ad Gaudent. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur.*

De jejun. 10. menſ. ſer. 5. *Felix eſt illud horreum, & omnium fructuum multiplicatione digniſſimum*, ait Divus Leo, *de quo egentium & debilium ſaturatur eſuries, de quo relevatur peregrini neceſſitas, de quo deſiderium fovetur infirmi. Quos ideo ſub diverſis moleſtiis juſtitia Dei laborare permiſit, ut & miſeros pro patientia, & miſericordes pro benevolentia coronaret.*

Et

Digitized by Google

Et rurſum: *Certum eſt unumquemq; noſtrûm animæ ſuæ benefacere quoties miſericordia ſua inopiæ ſuccurrit alienæ.* Unde Sapiens; *Benefacit animæ ſuæ vir miſericors. Prompta ergo & facilis apud nos largitas eſſe debet; ſi credimus ſibi unumquemq; id præſtare, quod indigentibus tribuit. Theſaurum enim ſuum condit in cælo, qui Chriſtum paſcit in paupere. Benignitatem itaq; in hoc & diſpenſationẽ divinæ pietatis agnoſce. Idcirco enim te abundare voluit, ut per te alius non egeret; & per miniſterium operis tui pauperem ab egeſtatis labore te à peccatorum multitudine liberaret. O mira providentia & bonitas Creatoris! ut uno facto duobus vellet eſſe ſuccurſum.*

Ser. 1 de Collectis
Proverb. 11.

MONITVM CXVIII.

Nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras.

Ioan. 12.

Triplex eſt diaboli condemnatio. Prima quâ ex angelorum ordine, & ſublimiori loco ejectus eſt in hunc caliginoſum aërem. Sicut enim angeli ſancti pro ſuis quidem meritis ſedem cœleſtem ſibi habent præparatam, atque deſtinatam, ſed interim dum mundi huius curſus agitur, unà nobiſcum verſantur, noſtri cuſtodes, noſtræque ſalutis adjutores: Ita dæmones ſic in inferno deſtinati ſunt pro ſuæ ſuperbiæ meritis, ut hîc tamen circumcurſare ſinantur; ut eorum tentationibus alii quidem exerceantur, clarioreſque ſibi comparent coronas, alii deteriores reddantur, qui ipſis ſuâ vo-

Io. Heſſel. Epheſ. 2. & 6.
2. Pet. 2.
Iudas in ep.
Baſil. hom. quod Deus non eſt author malor.
Aug. de cor. & grat. cap. 10. Enchir. c. 29 epiſt. 117.
Vid. Aug. De gen. ad

lit. lib. 11. c. 26. de civit. lib. 11. cap. 28. luntate conſenſerint. *Non enim extorquent, ſed petunt conſenſum.*

Eſt etiam veriſimile eum angelum qui primus per ſuperbiam cecidit, cæteriſque cadentibus author fuit, naturâ fuiſſe omnium præſtantiſſimum & dignitate præcellentem, ut aiunt D. Gregor. & Iſidor. tametſi S. Damaſcen. omnes dæmones de infimis ordinibus fuiſſe arbitretur; quæ tametſi minùs probabilis ſententia, non tamen rejicienda tanquam fidei contraria. Negandum autem non eſt angelos inferiores à Lucifero Principe, qui ſecum traxit *tertiam partem ſtellarum*, fuiſſe ad inobedientiam incitatos: ſicut Michaël bonis ad perſeverantiam in pia obedientia invitator, & quaſi adhortator fuit, qui videlicet ſuparbiæ ſe opponens, præclarâ præ cæteris humilitate dixerit, ſeu ſenſerit, *Quis ut Deus?* Non itaque de nihilo eſt quod aliquoties dicitur, *Diabolus & angeli ejus.* Cur enim angeli ejus, niſi quia juſto Dei judicio illi ſubjecti ſint, à quo ſint peccati ſuggeſtione ſuperati. Unde D. Proſp. *Cũ illis,* inq. *angelis, quos in cõſenſũ ſuæ impietatis cõtraxerat, à ſublimitate dejectus eſt.*

Basil. hõ 9. Hier. in ca. 6. ad Eph. ſ. Lib. 2. ca. 4. de fide.

Apoc. 12.

Math. 25.

2. Pet. 1.

Epiſt. ad Demetriad.

Miſerrimus autem effectus eſt diabolus, & ita in ſceleribus ſuis induratus, ut nec bene velit, nec bene velle poſſit. Sicut rectiſſimè dicitur poſt mortem nemo poſſe reverti ad juſtitiam, quam hîc neglexerit, quia id juſto Dei fit judicio, ut ad eam redeat nemo. Sic & de dæmonibus exiſtimandum eſt. In reprobis autem dum hîc vivunt quid fieri poſſit, etſi non appareat in ipſis, tamen in ſimilibus demonſtratur. Nec verò ideo illis liberum arbitrium ademptum eſt, quoniam plurimis malis in particulari propoſitis liberam habent electionem,

Idem de vit. cont. li. 1. cap. 3.

nem. Quod ſatis eſt ad liberi arbitrii rationem. Verùm hanc ipſam liberi arbitrii naturam *non habent liberam illo genere libertatis, quæ eſt libertas ad benefaciendum*, ſicuti eſt apud D. Aug. Sicut angeli in amore boni ac juſtitiæ ita ſunt confirmati, ut in ea felici quadam neceſſitate teneantur, ideoque ex ea parte non eſt arbitrij libertas, quæ ad utrumque flecti poſſit, tamen circa particularia juſtitiæ officia, liberâ prorſus electione verſantur. Nihil autem intereſt ad liberi arbitrii rationem, ſive in malis ſit pluribus eligendis, ſive in bonis, ſive in malis & bonis. Hæc condemnatio in principio mundi ante hominis lapſum facta eſt. Epiſt. 107.

Vltima eſt, quâ præter ſupplicium ignis æterni, cui irrevocabiliter deſtinatus eſt, ultimo judicio reſervatur, juxta illud Petri; *Angelis peccantibus non pepercit Deus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari*. & juxta illud Iudæ; *Angelos qui non ſervaverunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuũ domicilium, in judiciũ magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſervavit*. & juxta illud Apocal. *Diabolus miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris*. 2. Pet. 2. In epiſt. Apoc. 20. Ioan. 12. & 16. Iudæ. 6.

Præter has duas condemnationes extremas, alia eſt media, de qua ait Chriſtus; *Nunc judicium eſt mundi, nunc Princeps hujus mundi ejicetur foras*. &; *Princeps hujus mundi jam judicatus eſt*. &; *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet; ſi autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus fidebat, & ſpolia ejus dividet*. Per hanc mediam condemnationem ejicitur diabolus ex cordibus hominum, *ne teneat eos captivos ad ſuam voluntatem ne operetur in illis opera ſua, ne tentando cribret eos ſicut triticum, ne ſuperſeminet in eis zizania*. Per hanc condemnationem fit ut de poteſtate Lucæ 11. 2. Tim. 2. Ephes. 2. Lucæ 22. Matth. 13.

ſtate Principis tenebrarum eruti homines, intelligant
aſtutias ejus ac fraudes , & vincant eum *per ſangui-*
Apoc. 12. *nem agni.* Per hanc fit, ut Deus accuſationem ejus
contra genus humanum non amplius admittat, ut
pote jam placatus per Chriſtum. Per hanc fit, ut
non audeat venire inter filios Dei, ſicut legitur veniſ-
Iob. 1. & 2. ſe in libro Iob. *Ejectus enim eſt foras*, inq. Script.
3. Reg. 22. ſumpta Metaphorâ ab iis qui condemnantur, & à tri-
Ioan. 12. bunali exiguntur.

Apoc. 12. De hac condemnatione dicit in Apoc. quod diabolus tanquam malus cauſidicus ejectus ſit, ne accuſare amplius poſſit filios Dei ante conſpectum Dei: nec poſſit habitare in cœlo, ſive electis: neque ſic admittitur ad accuſandum, ut ſanctus angelus ad orandum. Hæc autem ejectio facta eſt præliante
Apoc. 12. te ſupremo atque humillimo angelo, qui (ab excellentiæ divinæ profeſſione quam in principio mundi, efferente ſe diabolo, profeſſus eſt) vocatur Michaël, ſive, Quis ut Deus? Pugnante inquam, precibus contra accuſationes ſatanæ; Chriſti ſanguinem adverſus peccata à diabolo producta, allegante; vocanteque homines *confratres ſuos*, propter Chriſti mortem. De hac condemnatione diaboli
Lucæ 10. dicit Chriſtus in Evang. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones & ſerpẽtes, & ſuper omnem virtu-*
Pſal. 71. *tem inimici, & nihil vobis nocebit.* Rurſum in Pſal. *Iudicabit pauperes populi, & ſalvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* Hinc cum inſultatione & exſufflatione audemus in ceremoniis baptiſmi imperare diabolo; *Maledicte diabole agnoſce ſententiam tuam*, quâ ſcilicet condemnatus es ne amplius occupes corda hominum; *& recede ab hac creatura Dei.*

Diabolus autem poſt Chriſti mortem, dum juxta Chriſti

Digitized by Google

Chriſti ſententiam experiretur ſe ex cordibus hominum ejici, grandem adverſus nos iram concepit, cœpitque terrenorum & carnalium hominum Ioan.12.
mentes poſſidere firmius, arctiuſque, ne ex iis, videlicet, etiam expellatur. Scit enim ex hac ſua condemnatione modicum ſibi supereſſe temporis ad nocendum hominibus. Scit imminere diem judicii. Vnde Ioannes in Apocal. *Væ terræ & mari, quia* Apoc.12.
deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. Contra Sanctos autem longè magis iratus eſt, vires ſuas omnes intendens, ut de ignominia ſe vindicet, quâ affectus ſibi videtur, dum hominum ei ereptum eſt dominium. Vnde ſubdit Ibid.
Ioannes: *Poſtquam vidit draco, quod projectus eſt in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum*; hoc eſt, Eccleſiam primitivam; *ſed poſtquam hæc evaſit manus ejus, iratus eſt draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti.*

Nomen Satan quod idem quod adverſarius, per Antonomaſiam Principi malorum angelorum tribuitur, cujus unicum eſt ſtudium, ut humano generi adverſetur, ne ſummum bonum ſuum aſſequatur. Sic & nomen diaboli per Antonomaſ. quia nihil aliud quam calumniatur & accuſat nos in conſpectu Dei ut eſt Apoc. 12. ad hoc enim inſtigat ad peccata, ut accuſare poſſit, & ſic ad damnationem ſecum pertrahere: diabolus enim idem ſignificat, quod calumniator, accuſator. Patet utcunque, cur tam acriter diabolus, poſt Chriſti adventum, Sanctos perſequatur.

Ut hoc addam. Peccatum diaboli, propter quod dejectus fuit, ſuperbia eſt. Unde ſapiens; *Initium* Eccleſ.10.
omnis peccati, ſuperbia. Et Paulus; Non in Epiſcopatu

Digitized by Google

neophytum eligendum, *ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat diaboli*, qui, videlicet, ob ſuperbiam eſt condemnatus & judicatus. Idem ſignificat Chriſtus, Lucæ 10. ubi gloriantibus & ſe efferentibus diſcipulis, quod eis ſpiritus ſubjicerentur, dixit, quo hanc ſuperbiam reprimeret; *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem*; dejectum nimirum ob ſuperbiam, cujus pondus cœlum ferre non poterat. Item apud Ezechielem, in typum diaboli rex ſuperbus inducitur, atque inter cætera dicitur ei; *Elevatum eſt cor tuum in decore tuo.* Superbiendo autem affectavit divinitatem, ſive Dei ipſius æqualitatem, ut D. Aug. prolixè contra Fauſtum.

Li.22.c. 17. Cõt Secund. ca.17. tract. 17. in Ioan. In Pſal.68. Proſp.ad Demetr. Greg.li. 24 Mor ca. 13 Iſidor.de ſum. bono li.1 cap. 12. Cyril. lib 3 cont.Iulia.

Quæ ſuperbia originem duxit, non ex errore vel ignorantia, aut concupiſcentia: juſti enim erant ac integri, ac ſapientes omni ex parte; ſed à conſideratione pulchritudinis propriæ cui plus æquo inhærentes, ac indulgentes, non eam ſatis cum illa divina incomparabili pulchritudine conferebant; ex qua ortus eſt amor ſui immoderatior, & complacentia, quæ cæcitatem adfert, quâ ſe exiſtimabant ſibi ſufficere ad bene beateque vivendum, unde & Deum ipſum contempſerunt, & principatum pro nihilo duxerunt, ita ut tandem divinitatem ſibi etiam arrogarent; imò plus etiam ſe aliquid eſſe quàm Deum, ſibi perſuaderent. Atque hîc eſt conſummatio diabolicæ ſuperbiæ, quam etiam miſeris hominibus interdum perſuaſit, ut ſtultis Principibus, &c.

Digitized by Google

MONITVM CXIX.

Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti.

Pſal. 64.

DE S. Bernardo nobis ſermo erit, quem conſtat claris, ac opimis ortum natalibus. Quod dicimus, non quòd habentibus grandia ſint, ſed quòd contemnentibus mirabilia. *Sæculi homines ſuſpiciunt eos*, inq. S. Hieron. *qui hujuſmodi pollent privilegiis; nos laudamus qui pro Salvatore iſta deſpexerint: & mirum in modum quos habentes parvi pendimus, ſi noluerint habere, contemnentes prædicamus. Non laudis eſt poſſidere divitias, ſed pro Chriſto eas contemnere; non tumere ad honores, ſed pro Dei fide eos parvi pendere.* Ita prædicamus Bernardum, quòd nobilibus ac divitibus ortus parentibus, omnia iſta contempſerit. In Epitaph. Paulæ viduæ. Horat. lib. 3 Carm. Ode 16.

Dicit Poëta Ethnicus: — *Nil cupientium*
Nudus caſtra peto & transfuga divitum
Partes linquere geſtio
Contemtæ dominus ſplendidior rei.

Quantus futurus eſſet; indicavit viſio matris, quod catulum latrantem geſtaret. De qua re à matre conſultus vir ſanctus; *Benè*, inq. *res agitur, optimi catuli mater eris, qui domus Dei cuſtos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei latratus edet. Erit enim egregius prædicator, & tanquam bonus canis, gratia linguæ medicinalis, in multis multos morbos curaturus eſt animarum.* Vide vitam. Latravit S. Bernardus contra hæreticos, Principes ſæculi, vexantes Eccleſiam, contra peccata & abu-

ſus

Digitized by Google

Cap. 13. ſus hominum etiam Eccleſiaſticorum. Queritur Do-
minus apud Ezechielem: *Non aſcendiſtis ex adverſo,*
neq; oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël. Hoc autem eſt,
pro defenſione Eccleſiæ, voce libera hujus mundi poteſtati-
bus contraire, & pravis decertantibus, ex juſtitia amore re-
In paſt. p. 2. cap. 4. *ſiſtere*, inquit D. Gregor.
Arguuntur, Iſaiæ 56. *canes muti, non valentes latrare.*
In Scripturis per canes ſæpè prædicatores intelligun-
In Pſal. 67. tur. *Sunt canes laudabiles*, inq. D. Aug. *ſervantes fidem do-*
mino ſuo, & pro ejus domo contra inimicos latrantes, quo-
rum lingua laudatur Pſal. 67. quoniam non fruſtrà neo ſine
Iudic. 7. *magno ſacramento Gedeon eos ſolos juſſus eſt ducere, qui*
fluminis aquam ſicut canes lābebant, &c. Dicitur in hi-
Luc. 16. ſtoria de Lazaro, *Canes lingebant ulcera, &c. Canum lin-*
Hom. 40. *gua*, inq. S. Greg. *dum vulnera tangit, ſanat: ſic Doctores*
dum in confeſſione peccati noſtri nos inſtruunt, quaſi per lin-
guam vulnus mentis tangunt & curant. Aliquando ta-
Philip. 3. men Canes in malum intelliguntur, *Videte canes, videte*
malos operarios, ait Apoſtolus. Sunt illi qui latrant
contra veritatem incognitam, ut hæretici, infideles,
etiam interdum indocti Catholici. De ſe adhuc Ma-
Lib. 9. conf. cap. 4. nichæo dicit D. Auguſt. *Eram latrator amarus & cæcus*
adverſus literas de melle cæli melleas, & de lumine Dei
luminoſas.

Mater ergo à puero eum in ſtudiis erudiri fecit;
& quia pulchrâ erat facie, ſæpè tentatus fuit à mu-
lieribus ad impudicitiam. Forma periculoſa, ut in
Geneſ. 39. Daniel. 13. Ioſeph, Suſanna; qui propter formam ad libidinem
De vera Virginit. ſollicitati. *Deformitas optimum ſervandæ caſtitatis præſi-*
dium, inq. D. Baſil. Quem theſaurum, cæteraſque vir-
tutes, ut faciliùs cuſtodiret, mundum relinquere,
& ad Ordinem Ciſtercienſium, qui tunc primum cœ-
perat & ſanctitate florebat, ſe conferre conſtituit.

In

In Evang. dicitur; quòd *inventus theſaurus abſconditur* ut ſervetur. *In præſenti enim vita*, inq. S. Greg, *quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, latrunculi iter noſtrũ obſident: deprædari ergo deſiderat, qui theſaurũ publice portat in via.* Arbores juxta viam facilè ſpoliantur fructibus & floribus; non ſic quæ ſunt in locis concluſis. Hinc clauduntur Religioſæ. Et pius quiſque quo ſe magis ſeparat à mundo, eo minus periclitatur de amittendo theſauro. *Quoties inter homines fui, minor homo redii*, dicebat ille. Maximi ſanctorum humana conſortia, ubi poterant, vitabant, & Deo in ſecreto vivere ſtudebant.

Matth. 19. Hom. 11. in Evang. Senec. ep. 7. Vide Thom. Kemp. li. 1. cap. 20.

Notanda ejus prudentia in eligendo curandæ ſalutis loco. In quo duo conſideranda. Primum, quid te moveat ad ingreſſum Religionis: an honor Dei, & animæ ſalus; an verò otium, ambitio, cultus ventris, carnis commoda, &c. Secundum, ſi prius te movet; an locus ad hoc ſit idoneus; primò ex parte ipſius loci, an charitas & pax ibi vigeat, an ſervetur diſciplina bona, &c. ſi non, imprudentia & temeritas eſt talem locum eligere. Deinde, an tu ſumptus habeas neceſſarios ad hanc turrim ædificandam, in animo, corpore, &c. an onera talis Religionis ferre poſſis, &c. an nudum Ieſum nudus ſequi.

Conſilio eius fratres cognito, conati ſunt eum à propoſito deterrere. In quo ipſe eloquentior fuit ac felicior; nam ſic eos aliosque permovit, ut cum eo 30. juvenes, ac inter eos multi nobiles eandem Religionem ſuſceperint. Vide hîc vim & efficaciam gratiæ Dei, quomodo etiam rebelles ad ſe voluntates compellat. Sic D. Thomas Sororibus, quæ ad eum venerant ut eum à pio conſilio removerent, perſuaſit ut contemptis curis ſecularibus, ad exer-

citationem

citationem cœleſtis vitæ ſe conferrent. Sic *S. Dorothea* à Præfecto Chriſtæ & Calliſtæ ſororibus quæ à fide defecerant tradita eſt ut eam à propoſito removerent. Sed contrà factum eſt; nam eas Dorothea ad cultum Chriſtianæ religionis reduxit.

Gen. 4. Proſp. de voc. gent. li. 2. cap. 4.

Duo præterea in S. Bernardo hîc conſidera; Primò, quòd florem ætatis Deo dicarit. Multi ſunt qui florem juventutis dant diabolo, fæcem ſenectutis Deo. Quibus dicendum, quod Deus dixit ad Cain; *Non rectè dividis*; quia Deo quod pejus erat dabat Cain, ſibi meliora reſervans. Abel & Abraham quod optimum & chariſſimum habebant, Deo offerebant. Monet Sapiens; *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ.* & Ieremias, *Bonum eſt viro,* inquit, *cùm portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua.*

Geneſ. 4. Geneſ. 22. Pruden. in præfat. Pſychomachii. Eccleſ. 12. Thren. 3.

Secundò, quòd non ſolus venerit ad Dominum, ſed & alios ſecum traxerit. *Qui audit* (vocem Domini & ſequitur eam) *dicat* (aliis qui nondum audiunt vel ſequuntur) *veni* (audite & vos & ſequimini eandem.) Dicitur in Exodo; *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Sic in Apoc. ut jam dictum; *Qui audit, dicat, veni; Vt nimirum,* inq. de Greg. *cui ſe vox interna inſinuat, illuc etiam clamando alios, quò ipſe rapitur trahat: ne clauſas fores etiam vocatus inveniat, ſi vocanti vacuus appropinquat.* Sic dicebat David: *Spes mea in Deo eſt.* Statimque converſus ad alios; *Sperate,* ait, *in eo omnis congregatio populi.* Rurſumque; *Benedicam*, inq. *Dominum in omni tempore.* & non contentus quod ipſe benediceret Dominum, ſtatim ad alios ſe convertit, dicens; *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum.*

Apoc. 22. Exod. 23. In Paſt. par. 7. adm. 22. Pſal. 61. Pſal 33.

Quem verſiculum tractans D. Aug. *Excitate*, ait, *in*

Digitized by Google

in vobis hũc amorẽ,& clamate unicuiq; veſtrûm; Magnificate Dominum mecum. Si amatis Deum, rapite omnes ad amorem Dei qui vobis junguntur, & omnes qui in domo veſtra ſunt. Idem de ſe; *Ego,* inquit, *perfectionem, de qua Dominus locutus eſt, quando ait diviti adoleſcenti; Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. vehementer adamavi, & non meis viribus, ſed gratiâ ipſius adjuvante, ſic feci. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem novi ego, quàm quiſquam alius homo; ſed magis Deus quàm ego. Et ad hoc propoſitum quantis poſſum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt.* & generaliter omnes admonens; *Si placent,* ait, *corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum, retorque amorem. Si placent animæ, in Deo amentur, & rape ad eum tecum, quas potes, & dic eis; Hunc amemus, hunc amemus: ipſe fecit hæc, & non eſt longè. Non enim fecit, atque abiit, ſed ex illo, & in illo ſunt.*

In Pſal. 33.
Epiſt. 89. quæſt. 4.
Matth. 19.
Lib. 4. Conf. cap. 11. 12.

MONITUM CXX.

Obſecro vos, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis.

Epheſ. 4.

INgreſſus Monaſterium S. Bernardus, ita ſeipſum frequenter alloquens excitabat; *Bernarde, Bernarde, ad quid veniſti?* ut ſemper ſuæ vocationis ac inſtituti memor, eo dignè ambularet. Rectè monet Kemp. *Eſto vigilans & diligens in Dei ſervitio, & cogita frequenter ad quid veniſti, & cur ſæculum reliquiſti? Nonne ut Deo viveres, & ſpiritualis homo fieres? Igitur ad profectum ferveas,* &c. Sic & S. Nicolaus jam Epiſcopus factus, ſibi dicebat: *Nicolae, Nicolae, hæc dies aliam vitam,*

In vita.
Lib. 1. de Imit. ca. ult.
In vita.

vitam, alios mores poſtulat. Quod ergo Bernardus, hoc quiſque in quolibet vitæ ſtatu conſtitutus, ſibi dicat; Ad quid veniſti? Vos conjugati, ad quid matrimonium iniiſtis? *Non luxuriæ cauſa, ſed ſolâ poſteritatis dilectione*, dicebat Tobias, *in qua benedicatur nomen Domini*. Si ſolam carnis voluptatem quæritis, peccatis, & matrimonium contrahendo, & illo etiam utendo.

Tob. 8.

Vos autem Virgines quæ caſtitatem amatis, ad quid eam voviſtis? Expendite quæ ad vos ſcribat S. Auguſtinus: *Si magnum amorem conjugibus deberetis, eum propter quem conjuges habere noluiſtis, quantũ amare debetis? Toto vobis figatur in corde qui pro vobis fixus eſt in cruce. Totum teneat in animo veſtro, quicquid noluiſtis occupari connubio. Parum vobis amare non licet, propter quem non amaſtis & quod liceret*. Et quod D. Hieron. ait; *Felix illa conſciẽtia & beata virginitas, in cujus corde præter amorem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, juſtitia, cæteræque virtutes, nullus alius verſatur amor.*

De S. Virginit.

Hieron. ad Demetr. ad.

Vos Religioſi vel religioſæ, ad quid religionem ingreſſi eſtis? nónne ut caſtam, pauperem, ac obedientem vitam ageretis? Videte igitur quomodo vos in ſtatu tam ſublimi geratis. Caſtitas veſtra angelica eſſe debet, corporis & animæ, nihil agentes omnino quod ei contrariatur, nec opere vel verbo foris, nec animo vel cogitatione intus. Obedientia integra, conformantes vitam & actiones omnes Regulæ, ac voluntati Superiorum, *Non judicando de eorum ſententia, ſed credendo ſalutare quicquid illi juſſerint, ubi nihil apparet divinis mandatis contrarium*, promptè exequendo quod juſſerint, non attendendo perſonas, ſed eum, cujus locum gerunt, qui eſt Chriſtus Dominus, cui in Superioribus obeditur,

Hier. ad Ruſt. Ber. ad Adamum Monach.

Digitized by Google

tur. Paupertas pura, nihil celantes Superiores, nihil tanquam proprium habentes, nulla re ſine ſcitu & conſenſu Superiorum utentes, nullum circa ea, quibus uti licet, affectum habentes. Ad hoc veniſtis, & hæc voviſtis, & iſta vovendo ſimul aſtrinxiſtis vos ad omnia ea, ſine quibus aut non poſſunt, aut utplurimùm & regulariter non ſolent vota obſervari, & ad ea evitanda & declinanda, quæ utplurimum periculum adferunt, vel occaſiones præbent non obſervandi voti. Alioqui qui ſine his in Monaſterio eſt, periculosè vivit, periculosè moritur.

Audite quid Deus per Prophetam dicat iis qui in Eccleſia, aut alia congregatione ſancta malè vivunt; *Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?* Expendite ſingula verba. Et per alium Prophetam teſtatur: *In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Dei.* Narrat V. Beda, de quodam Religioſo, qui irreligiosè vivebat, ac ſæpè monitus à fratribus non ſe emendabat. Hic in extremo poſitus vidit infernum, & in ejus infimo diabolum, Caïpham, cæteroſque qui occiderunt Dominum, ac in eorum vicinia locum pro ſe. Quem hortati fratres ut dum adhuc viveret, pœniteret; reſpondit nullam ei jam ſpem ſalutis reliquã, judicium jam de ſe cõpletum; ſicque deſperans, infelicem exhalavit animam.

Ierem. 11.

Iſaiæ 26.

Lib. 5. hiſt. Angli. c. 15.

Adfert etiam exemplum de quodam Monaſterio indiſciplinato exuſto: ubi Angelus cuidam viro ſancto vigiliis & orationibus intento apparens: *Bene facis*, inq. *quod non ſomno indulgeas, ſed vigiliis & orationibus inſiſtas.* Cui ille; *Novi hoc mihi neceſſe propter præterita peccata.* Et Angelus: *Verum dicis; nam tibi aliiſque multis neceſſe bonis operibus peccata redimere, ſed pauciſſimi hoc faciunt.* Siquidem modò totum

Lib. 4. hiſt. Angl. c. 25.

„ hoc Monaſterium ex ordine perluſtrans, ſingulorum
„ caſas, & lectos inſpexi, & neminem erga ſalutem
„ animæ ſuæ occupatum reperi, præter te: & omnes
„ prorſus & viri & fœminæ, aut ſomno torpent iner-
„ ti, aut ad peccata vigilant. Nam & domunculæ quæ
„ ad orandum vel legendum factæ erant, nunc in co-
„ meſſationum, potationum, ſaltationum, & cætera-
„ rum vilium illecebrarum cubilia converſæ. Virgines
„ quoque Deo dicatæ, contempta reverentia ſuæ pro-
„ feſſionis, quotieſcunque vacant, texendis ſubtiliori-
„ bus indumentis operam dant, quibus aut ſeipſas ad
„ vicem ſponſarum in periculum ſui ſtatus adornent,
„ aut externorum ſibi virorum amicitiam comparent.
„ Vnde meritò loco huic & habitatoribus ejus gravis
„ de cœlo vindicta flammis ſævientibus præparata
„ eſt. Quam ille viſionem Matri Monaſterii referens, illa verò ſubjectis; ipſa quidem vivente, nonnihil emendatæ, poſteà verò illis ad ingenium redeuntibus Monaſterium exuſtum eſt. Nota eſt hiſtoria in quodam Monaſterio geſta, quando Religioſi olim præcipui, apparentes dixerunt: *Ambitio & crapula duxerunt nos ad tartara.*

Tria autem S. Bernardus ſe maximè in ipſa Religione obſervaſſe dicebat, ea magis familiaribus imitanda commendans. *Minus,* inq. *ſenſui meo, quàm alterius credidi. Læſus de lædente vindictam non expetivi. Nemini ſcandalum facere volui, & ſi quando incidit, ſedavi ut potui. Breviter & luculenter humilitatem, patientiam, & charitatem, eorum mentibus inſerere nitens.* Quoad primum dicit Iſaias, *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Et monet Apoſt. *Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos.* In rebus humanis cenſent ſapientes, verè prudentis eſſe, ſua

In vita.

Apophth. aureum.

ſua ipſius prudentia minimè fidere, præſertim in rebus ſuis, quarum homines animo perturbato ferè boni judices eſſe non poſſunt; quantò magis in ſpiritualibus, ubi eo major cautio neceſſaria, quò gravius eſt viæ ſpiritalis periculum, cùm ſine frænis conſilii, diſcretioniſque decurritur. Vnde Caſſian. *Nullo alio vitio tam præcipitem Diabolus Monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quàm cùm eum neglectis conſiliis ſeniorum, ſuo judicio perſuaſerit, definitionique confidere.* Collat. 2. c. 11.

Quoad ſecundum; *Nulla*, inq. S. Greg. *ſunt bona quæ agimus, niſi æquanimiter proximorum mala toleremus.* Gregor. Et alius Sapiens: *Quæ homo in ſe vel in aliis emendare non valet, debet patienter ſuſtinere, donec Deus aliter ordinet. Cogita, quia fortè ſic melius eſt pro tua probatione & patientia, ſine qua non ſunt multum ponderanda merita noſtra.* Kemp. lib. 1. cap. 16. de Imit. Deinde Chriſtiani eſt, lenitate & patientia ſanare animum ejus qui læſit, non vindicta magis exacerbare. Si nec hac ratione cor ejus lenit, ſuum certè leniet. Benè Paulus; *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Rom. 2. *Audacia non ſolvitur audaciâ, ſed lenitate*, inq. D. Chryſ. in 12. cap. 1 Cor. oſtendens quomodo viro corrigenda ſit uxor mala. Aug. de ſer. Dom. in mont. lib. 1. cap. 34. Deinde cogitandi ſunt injuriantes, ut *ægroti, parvuli, phrenetici, à quibus multa ſæpè patimur, parati plura pati, ſi eorum ſalus id exigat, donec vel ætatis, vel morbi infirmitas tranſeat.* Cogitandum denique, quod *miſerior ſit injuriæ illator, quàm acceptor. Cui enim ſupplicium inferendum, ei ne qui fecit, an qui pertulit injuriam! Ergo ille infelicior.* Vide Boët. de conſol Philoſ. lib. 4. proſ. 4.

Quoad tertium; Scandalum facit, qui dicto vel facto malo, vel mali ſpeciem habente, alteri præbet ruinæ ſpiritualis, id eſt, peccati occaſionem. Si lo-

quatur verbum inhoneſtum, cauſa eſt, quod delectetur auditor; ſi opus aliquod indecens faciat, quod imitetur. Sollicita eſt charitas, ne animæ proximi aliqua re noceat. Vnde Paulus: *Si ob cibum frater tuus ſcandaliſatur, iam non ſecundùm charitatem ambulas.* Ipſe charitate plenus: *Si*, ait, *eſca ſcandaliſat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandaliſem.* Et alios omnes monet; *Sine offenſione eſtote Iudæis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei.* Vrget hoc graviter, quando dicit. *Noli cibo tuo illum perdere, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Si Chriſtus,* inq. S. Bern. *proprium ſanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur graviorem ab eo ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione maligna, exemplo pernitioſo, ſcandali occaſione avertit ab eo animas, quas redemit, quàm à Iudæo, qui ſanguinem illum fudit? Ædificate alterutrum,* ait Paulus.

Rom. 14. 1. Cor. 8. 1. Cor. 10. 1. Cor. 8. Citat. in Methodo Confeſſ. 1. Theſſ. ult. verſ. 11.

FINIS TERTIÆ PARTIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-1

Digitized by Google

Digitized by Google